


36
10 B
13

FRANCISCI CORDUBENSIS MINORITAE, PROVINCIAE Sancti Iacobi, à confessionibus Serenissimæ Imperatrici,

ANNOTATIONES CATHOLICAE, IN RELIGIONIS

articulos à Sectariis controuersos, quibus candidus lector dogmatum dissidia haud difficilè sedare poterit.

Quæ hoc porro in opere continentur sequens docebit pagina.

Quid item Lectorem, antequàm ad huius operis lectionem accedat, necessariò obseruare oporteat, proxima ad eundem epistola significabit.

COLONIAE
Apud Maternum Cholinum.
M. D. LXXII.
Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest. & auctoritate ordinaria.

OPERVM HVIVSCE VOLV-
minis series.

Librum hunc,qui Catholicam veritatem fideliter propugnat, & vel meridiana luce clariùs ob oculos ponit,nec non hæreticorum vesana dogmata, technas, & fraudes detegit, censeo dignum, qui toto Christianorum orbe dispersus, ad multorum manus perueniat, & ab omnibus legatur, Ego Frater Theodoricus Buscoducensis, Sacræ Theologiæ ac instituti dominicani apud Colonienses professor,& hæreticæ prauitatis inquisitor apostolicus.

MATERNVS CHOLINVS Christiano lectori. S.

PRæclarissimam eorum operam esse, Lector beneuole, qui in ecclesia catholica à nefario hæreticorum conatu suis scriptis vindicanda, inq; pristinum decus restituenda desudant, nemo sanus non fatetur. Infructuosam tamen illam esse, vtinam superiori tempore maximo catholicæ religionis incommodo non didicissemus: nunquam enim hęresis malum virus suum tã latè protulisset, atque tot ac tantis Christianã Rempublicam malis multasset. quum siquidẽ initio ipsius nascentis satis quidem magna eorum, qui in illo scriptis suis opprimendo nihil studij atque laboris prętermitterent, esset copia: typographorum verò, qui in scriptis eorũ dilignter & emendatè imprimendis occuparẽtur, maxima, teste in actis Lutheri Cochlęo, inopia: hinc ipsum exortũ, quod initio facili negotio, si non opprimi, saltẽ arctissimis finibus, quibus conclusum teneretur, cohiberi potuisset, viribus assumptis totas regiones, vicos & oppida, prô dolor, inuasit. Quod cùm ego animaduerterem, atque ad curam typographicã, domino res meas ita disponente, vocarer: etsi maximam mihi multorum inuidiam atque odium subeũdum aliorũ exemplis didicissem, attamen à primo susceptæ illius tempore facere pro eo, qui meus in religionem catholicam

perpetuô, fuit atque etiamnum eſt, animo, nõ potui, quin publicandis optimis quibuſq; orthodoxorum cùm veterum, tum recentiũ ſcriptis, afflictum illius negotium in melius, quantum per me fieri poſſet, promouerem. Itaque nullis vnquam in ijs edendis ſumptibus, nulli labori vel induſtriæ peperci. Teſtátur id multi editi à me hactenùs cùm veteres, tùm recentiores orthodoxi: quorum edendorum ſuſceptam à me & conſeruatam hucuſque ſtudioſiſsimè curam, vt me non minori in poſterum ſtudio ſuperſtite vita & comite fortuna tueri velle, Chriſtiane lector, intelligas; en exhibeo tibi Reuerendi doctiſsimiq; Patris Franciſci Cordubenſis, Sereniſsimæ Imperatrici à confeſsionibus, Annotationes Catholicas: in quibus vir ille pro indefeſſo ſuo in religione catholica iuuanda ſtudio, eo acumine, animique moderatione hęreticorum, imprimis autem Philippi & Caluini errores ita confutat, vt quiſquis ad earum lectionem ſyncerum animum attulerit, apertiſsimè viſurus ſit, quàm bona ſcilicet fide atque integritate aduerſarij noſtri in religionis Chriſtianæ negotijs verſenrur. Verùm, quod cum dolore non poſſum non ingenuè fateri, vtiliſsimum alioqui opus hoc, mendoſiùs paulô quàm optârim correctoris noſtri, viri alioqui non indocti, negligentia & culpa excuſum eſſe: Quô verò negligentia ea ſarciatur, nec ſit quod te legentem remoretur, officij candoriſque noſtri eſſe

iudica-

iudicaui , iuxta receptam restituendæ emendandęq; lectionis rationem, erratorum annotationem hîc annectere, per quam ad rectam lectionem ducâris. Ne itaque eo officio nostro, tuoque desiderio deessem, atque authoris adeô existimationem sic tuerer, eam mendarum annotationem in fine operis collocauimus, quod inde recognosces priùs, quàm ad eiusdem lectionem accesseris. Quod superest autem, candide lector, rogatum te volo, vt, quo animo Annotationes hæ ab auctore conscripræ sunt, atque ad tuam vtilitatem in lucem iam prodeunt, eodem tu illas suscicipias, & nostrum in ijs edendis studium atque operam boni consulas, ac beneuolo fauore prosequaris. vale.

(·:·)

PRIMVS ARTICVLVS DE FIDE, SEQVENTIA complectitur capita.

Genera

Sperãs

SECVNDVS ARTICVLVS DE ECCLESIA, SEQVENTIA complectitur capita.

Apostolo-

Eccle-

Vnus

Aposto

CAPITVM.

Papa


SERMO DE RELIGIONIS referendis controuersijs, ad concilium, & ad Papam, sequentia complectitur capita.

LIBELLVS DE ECCLESIAsticorum ministerio et residentia sequentia complectitur capita.

Præla-

CAPITVM.

PRIMVS



PRIMVS ARTICVLVS DE FIde. Procemium.



Tſi Deus optimus maximusq; omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: inſuperq; illi beatam vitam, atq; verum ſcire deſiderant: tamen pauci veritatis notitiam, paucioreſq; beatitudinem aſſequuntur. Quod certè non Dei potentiæ defectui, ſed hominis adſcribendum eſt culpæ. Nam à prima hominis creatione: Deus illum multis, varijs, & ſufficientibus modis, docere veritatem, non deſtitit: ſed homo ipſe multò pluribus ac longè diuerſis ſe implicuit curis: quibus ad veritatem videndam impeditur. Atq; hoc ita eſſe indies magis, ac magis experimur, potiſſimùm in quibuſdam præſentis ſeculi ſapientibus, apud quos tantũ crebruit immodicum inquirendæ veritatis ſtudium, & definiendorũ dogmatum temeritas, vt quid illis poſt multas diſputationes tenendum ſit, prorſus ignorent. Verùm quantum illi allucinentur, intelligent, ſi quæ de Athenienſibus olim, cum Paulo diſputantibus, Lucas ſcribit, diligẽti animo perpenderint. Paulus quidem Dei Apoſtolus, gentiumq; doctor, noſtræ ſalutis myſteria ante ſecula diuinitus definita, in tempore verò hominibus reuelata per Chriſti paſſionem & reſurrectionem fuiſſe conſummata, Athenienſi-

nienſibus cæteriſq; nationibus annunciauit. At philoſophi illi non ex diuina & ſupernaturali, ſed ex humana & naturali ratione, quæ à Paulo illis prædicabantur, æſtimantes, omnem illius doctrinam & eruditionem contempſerunt. Fuerunt etiam & alij, qui nouitatum ſtudioſiſſimi, cum eo diſſerebant, Lucas enim inquit: Act. 17. *Quidam autem Epicurei, & Stoici philoſophi diſſerebant cum eo: & quidam dicebant, quid vult ſeminuerbius hic dicere? Alij verò, nouorum dæmoniorum videtur annunciator eſſe: quia Ieſum, & reſurrectionem annunciabat eis. Et apprehenſum eum, ad Areopagum duxerunt, dicentes: Poſſumus ſcire, quæ eſt hæc noua, quæ à te dicitur, doctrina? Noua enim quædam infers auribus noſtris. Sed horum proculdubio philoſophorum quanta fuiſſet allucinatio mentis, vel ex his manifeſtum eſt. Quia ſi Pauli doctrina illis videbatur noua, quare cùm ipſi (vt Lucas refert) omnes, & aduenæ hoſpites ad nihil aliud vacarent, niſi, aut dicere, aut audire aliquid noui, eam non ſunt complexi? Profectò hæc fuit cauſa, quòd talis doctrina non humana ſed diuina, non noua, vt illi exiſtimabant, ſed antiqua, non varia, ſed vnica, non dubia, ſed omnibus doctrinis certior eſt, quàm etiam humanus intellectus, quantumuis in humanis diſciplinis exercitatiſſimus, ſine dei ſpeciali auxilio pertingere non valet. Huiſmodi profectò omninò ſimiles ſunt, præſentis ſeculi ſectarij: illos etenim non minus nouitatis ſtudium, veluti rabies, circa religionis dogmata, quàm tunc temporis Epicureos, & Stoicos, circa philoſophica inuaſit. Sed de his omnibus*

bus scriptura ait. Semper discentes, & nunquam ad scientiæ veritatem peruenientes: Quod malum sancta catholica ecclesia in magnam suorum perniciem, non modico cum dolore experitur. Multi quidem nouitatis studio, atq; desiderio extirpandi erroris, nunquam ad dogmatum veritatem perueniunt: vt videre licet in sectarijs, qui non solùm sibi non constant, sed neq; diu permanent in eadem sententia. Vnde tot nouæ hæreses, nedum antiquæ sepultæ, pullularunt. Vt catholicæ fidei propter nouitatis studium, non relinquatur locus: ac varijs, falsis, & ignotis dogmatibus aperiatur ianua. Quapropter id, quod gentibus Tertullianus obijcit, aduersus etiam sectarios militat: inquit enim: Vnicuiq; etiam prouinciæ, & ciuitati suus Deus est: & infra: Sed nos soli (videlicet Christiani) arcemur à religionis proprietate: lædimus Romanos, nec Romani habemur: quia non Romanorũ Deum colimus. Benè, quòd omnium Deus est, cuius, velimus, aut nolimus, omnes sumus. Sed apud vos quoduis colere ius est, præter Deum verum, quasi non hic sit magnus Deus, cuius omnes sumus. Hæc Tertullianus. Similiter apud sectarios ferè vnumquodq; dominium, et vnaquæq; ciuitas suam profitetur sectam, sola verò catholica fides prohibetur: & qui hanc profitentur, lædunt sectarios: quia cum eorum dogmatibus non consentiunt. Imò apud sectarios quamlibet sectam profiteri ius est, præter fidem catholicam, & qui hanc sequuntur, non habentur Christiani: quasi hæc nõ sit vniuersalis fides, cui antè Lutheri prædicationẽ omnes Dei ecclesiæ obediebãt. Cæterùm non mi-

2. ad Tim. 3.

In Apol. 25. cap.

randum est. Hieronymus enim ait: Eosdem autem
Hier. Esaiæ 7. Hæreticos, atq; gentiles contra domum Dauid, argumentorum & Dialecticæ artis gladijs dimicare, nulli dubium est: vt qui inter se discrepant, in Ecclesiæ oppugnatione consentiant: iuxta illud, quòd Herodes, & Pilatus inter se discordantes, in domini passione amicitia fœderantur. Hæc D. Hieronymi sententia, quàm verè & germanè sectarijs congruat, probis, & pijs viris iudicandum relinquo. Nam quæcunq; secta, quantumcunq; pugnans cum alijs sectis, si a Catholica ecclesia defecerit, ob hanc causam à sectarijs, & scismaticis in societatem seditionis recipitur. Quare sicut Philosophis, nouitatis studio Euangelio contradicentibus, Paulus incitatus à Spiritu sancto
Actor. 17. fidei rationem reddens dixit: Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosos vos video, præteriens enim, & videns simulachra vestra: inueni & aram, in qua inscriptum erat: IGNOTO DEO. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Ita si quis dogmatum dissidentium varietatem, seu potius contrarietatem candido perspexerit animo, libertate Christiana, nouatoribus dicere poterit: Viri sectarij per omnia quasi temerarios, et pertinaces vos video. Legens enim, & intelligens vestra varia dogmata, non solùm contrarias fictas, sed etiam sectarios sibi non constantes inueni. Et quanquam vnusquisq; vestrûm suam sectam Dei Zelo obseruet: tamen hic Zelus non est secundum scientiam: nam quò sectæ sunt variæ, & contrariæ, eò non sunt veræ, neq; fidei Catholicæ iunctæ: quia fides non est varia, neq; sibi

sibi contraria. Quid? quodsi dogmata vestra animo pacato, à viris probis, semotis contentionibus et simultatibus discutiantur: quædam propter ignorantiam, quædam verò in Cleri, Monachorum & Theologorũ scholasticorum inuidiam asseri & defendi, luce clarius apparebit. Quod vt verum esse demonstrem, adferam hoc loco certos controuersiarum articulos: nã quæ ratio erit horum, eadem est & reliquorum: in quibus etsi minus, quàm rei magnitudo desiderat, præstitero: tamen quoad potero, Dei adiutorio fretus, dabo operam vt his, quæ à me afferuntur, considератis facilimo negotio dogmatum controuersiæ dissoluantur. Atq; de controuersia articulorum, qui falsò quibusdam ascripti sunt, paucis agemus: quia si eorum, quibus impositi sunt, diligenter examinetur sententia, non magno negocio dissoluetur. Aliorum verò articulorum, qui temerè asseruntur: si varij eorum sensus, piè, & syncerè diuidendo, distinguendo, aut definiendo explicentur, proculdubio & illustrabitur veritas, & contentio finietur. In annotandis verò articulis, cauebo, ne hæreticorum more dogmata quædam comminiscar, quædam autem alijs falsò imponam, ne occasionem detrahendi hoc prætextu accipiam. Beatus enim Basilius inquit: Deprehenditur autem ipsius circa Apologiam fraus, quod cùm non habeat, quem nominare possit, accusatorem criminis, ob quod se contendere simulat, Scenicum Apologiæ. Actum sine persona subit: non propter longanimitatem nominatim meminisse eorum, qui ipsum læserunt abstinens (quomodo enim id faceret, Basil. cont. Apolo. lib. 1. c. 1. Eun.

qui tantis conuicijs contradicentes impetit, sed mendacij claritudinem veritus, certas accusatorum personas producere erubescit. Cum quibus etiam conueniunt, quæ alio loco scripsit. Pugna videlicet contra accusatores non extantes, & Apologia, ac responsio ad accusationem non prædictam & oratio ad iudices nusquam comparentes. Primùm itaq; illud ostendat qui sancti geniturum, & creaturam Christum appellarunt, quas scripturæ voces habeat ad demonstrationem. Et alibi quoque inquit: Visi itaq; sunt mihi consimile quid AEsopi fabulæ facere: qui inexcusabile odium contrà nos susceperunt: quemadmodum ille fingit lupum crimina aliqua agno obijcere: verentem nimirum, vt ne videatur citra iustam causam occidere eum, qui nihil prius læserat. Sic ij, qui odium contra nos veluti boni aliquid studiò habènt, erubescentes, ne videantur citra causam odisse, culpas, ac crimina contra nos fingunt. Lib.2. Epist.80. *Hactenus Basilius: Hæc & similia factitantes sectarij hæreticorum, paganorumq; se esse sectatores profitentur, qui non solùm occidendo sed etiam ecclesiam sugillando, ac infamãdo fideles auertere à fide, & ecclesiæ scindere vnitatem conati sunt. Atq; si nostri seculi homines ab his hæreticorum, & gentium moribus essent alieni, controuersiarum non minima pars ab ecclesia sublata fuisset, sed his omissis iam ad articulorum explicationem veniamus oportet: quæ quidem partim excerpti sunt ex libro, cuius inscriptio est: CORPVS DOCTRINAE CHRISTIANAE auctore Philippo Melanchthone. Lipsiæ 1 5 6 1. Et ex libro*

bro cuius titulus est. INSTITVTIO CHRISTIANAE RELIGIONIS auctore Ioanne Caluino. Argentorati. 1 5 4 3.

Omnibus catholicis sacræ historiæ explicita notitia non est necessaria.

Cap. 8.

DIuina scriptura, fidelium quosdam, sacræ historiæ magis explicitam notitiam, quàm cæteros, ac omnes vnam fidem habere manifestè docet. Vnus, inquit, dominus, vna fides. Et Paulus quidem ex Dei vnitate fidei vnitatem deducit. Nam fideles singulari Dei auctoritati innitentes, omnia religionis dogmata credunt. Et sicut Arithmetica in omnibus est vna scientia, quia ex eisdem principijs deducitur: ita, quia omnes credentes propter vnicam causam videlicet Dei auctoritatem ad omnibus dogmatibus assentiendum persuadentur: fides est vna. Sed etsi fides in credentibus sit vna, tamen qui in Dei lege est doctior, magis explicitam noticiam dogmatum habet, & plura dogmata credit, quàm indoctus. Paulus. Alijs quidem, inquit per spiritum datur sermo sapientiæ, alijs autem scientiæ, secundum eundem spiritum. Et infrà: Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes Prophetæ? Nunquid omnes Doctores? Augustinus quoq; eiusdem sententiæ est. Non vtiq;, inquit, quicquid sciri ab homine potest in rebus humanis, vbi plurimùm superuacuæ vanitatis, & noxiæ curiositatis est, huic sciētiæ tribuēs, sed illud tantùmmodo, quo fides saluberrima, quæ ad verā beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur: quæ

Ad Eph. cap. 4.

Paulus 1. ad Corin. 12.

August. de Trinit. 14. cap. 1.

ſcientia non pollent fideles plurimi. quamuis polleant ipſa fide plurimùm. Aliud eſt enim ſcire tantummodò, quid homo credere debeat propter adipiſcendam vitam beatam, quæ non niſi æterna eſt: aliud autem ſcire, quemadmodum hoc ipſum, & pijs opituletur, & contra impios defendatur, quam proprio appellare vocabulo ſcientiam videtur Apoſtolus. Hactenus Auguſtinus. Cùm igitur in eccleſia quidam doctores, quidam verò diſcipuli ſint, illos magis explicitam hiſtoriæ noticiam, quàm iſtos habere compertum eſt. Nam ſi omnes æquè explicitam habuiſſent noticiam, nullus magiſter inter eos fuiſſet. Ex hac Apoſtolica, & ſanctorum patrum doctrina, ſcholaſtici Theologi fidem in implicitam, & explicitam diſtinguunt: nam fidelium indocta plebs non ſolùm tot dogmatum noticiam, ſed nec tam explicitam, quàm eccleſiæ paſtores, habet. Hi nanq; ſi in officio ſunt, plura, & magis explicitè quàm plebs ad alios docendum ſcire tenentur. At Caluinus aduerſus hanc Apoſtolicam doctrinam. Quod craſſiſſimam, inquit, ignorantiam fidei nomine prætexentes, quam ipſi implicitam appellant, miſeræ plebeculæ ſic illudunt. Et infra ait: Figmentum autem de fide implicita, veram fidem nonmodò ſepelit, ſed penitus deſtruit. Hoccine credere eſt, nihil intelligere, modò ſenſum tuum obedienter eccleſiæ ſubmittas, non in ignoratione, ſed in cognitione ſita eſt fides. His conſona ſunt, quæ Philippus ſcripſit: Aduerſarij, inquit, cùm neq; quid remiſſio peccatorum, neq; quid fides, neq; quid gratia, neq; quid iuſticia ſit, intelligant, &c. Sed hi omnes

Caluin. in ſtit. cap. 5. P. 19.

Part. 2.

Philippus Apol. de Iuſtifi.

antiquorum Hæreticorum vestigijs adhærentes, vt indoctam plebem ad suos errores sectandos alliciant. catholicam ecclesiam ignorantiæ damnantes, sibi legis scientiam vendicant. Vt Caluinus fecit. Dum per multos, inquit, esurire, & sitire Christum intelligebam, paucissimos autem videbam, qui vel modica eius cognitione ritè imbuti essent. Has hæreticorum technas multo antè beatus Augustinus detexit: Ab hac, inquit, pollicitatione falsæ scientiæ prohibet etiam illo loco Apostolus, vbi dicit: O Thimotee depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates, et contradictiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Nibil enim sic amant isti, quam scientiam promittere: & fidem rerum verarum, quas credere paruuli precipiuntur, velut imperitiam deridere. Hæreticorum quidem fallacias beatus Augustinus expertus: Nosti, inquit, Honorate, non ob aliam causam nos in tales homines incidisse, nisi quòd se dicebant terribili autoritate separata, mira & simplici ratione eos, qui se audire vellent, introducturos ad Deum: & errore omni liberaturos. Quid enim me aliud cogebat, annos ferè nouem, spreta religione, quæ mihi puerulo à parentibus insita erat, homines illos sequi, ac diligenter audire, nisi quod nos superstitione terreri, & fidem nobis ante rationem imperari dicerent: se autem nullum premere ad fidem, nisi prius discussa, & enodata veritate? Quis non his pollicitationibus illiceretur? præsertim adolescentis animus cupidus veri, etiam nonnullorum in schola doctorum hominum

Caluin. in præf.

Aug. sup. Ioha. trac. 97.

August. de vtilit. credend. c. 1.

disputationibus superbus, & garrulus: qualē me tunc illic inuenerunt, spernentem scilicet, quasi aniles fabulas, & ab eis promissum apertum, & syncerum, verum tenere, atq; haurire cupientem. Et infra: Eis,
Cap .9. inquit, quos illectant, rationem de se obscurißimis rebus polliceantur reddituros, eoq; catholicam maximè criminantur, quòd illis, qui ad eam veniunt, præcipitur, vt credant: se autem non iugum credendi imponere, sed docendi fontem aperire gloriantur. Quid maius dici potuit, quod ad eorum laudem magis pertineret? Non ita est. Hoc enim faciunt nullo robore præditi, sed vt aliquam concilient multitudinem nomine rationis: qua promissa, naturaliter anima gaudet humana, nec vires suas, valetudinemq; considerans, sanorum escas appetendo quæ male committuntur, nisi valentibus irruit in venena fallentium. Hæc Augustinus. Præsentis quidem seculi sectarij Manichæos imitati, prætextu docendi secretiora legis mysteria, non solùm indoctæ plebi, sed reipublicæ primarijs deficere à Catholica fide persuaserunt. Et populus dogmatū explicita noticia intellectus, incidit in errorem, & ambiens theologiam, euasit hæreticus. Nam bona pars orbis tum curæ reipublicæ, aut familiæ administrandæ, tum intellectus tarditate, tum rerum diuinarum difficultate, fidei mysteria secretiora aut non capit, aut circa illa allucinatur. Quapropter à primordijs Ecclesiæ Apostoli tradiderunt symbolum, in quo fidei summa continetur, atq; si fidei articulos in eo contentos indocta plebs explicitè crediderit, cætera verò implicitè, aut in voto, tunc se fidem Ca-
tholicam

tholicam tenere non dubitet. Hanc Apostolorum doctrinam communis Theologorum schola docet. Thomas: fidei, inquit, obiectum per se est id, per quod homo beatus efficitur, vt suprà dictum est. Per accidens autem, aut secundario se habent ad obiectum virtutis, omnia quæ in sacra scriptura diuinitus tradita continentur: sicut, quod Abraham habuit duos filios: quod Dauid fuit filius Iesse, & alia huiusmodi. Quantum ergo ad prima credibilia, quæ sunt articuli fidei, tenetur homo explicitè credere: sicut & tenetur habere fidem. Quantum autem ad alia credibilia, non tenetur explicitè credere, sed solùm implicitè, vel in præparatione animi, in quantum paratus est credere, quicquid diuina continet scriptura: sed tum solùm huiusmodi tenetur explicitè credere, quando hoc ei constiterit in doctrina fidei contineri. Hæc Thomas. Thom. 2. 2. q. 2. art. 5.

Omnibus fidelibus quorundam dogmatum explicita fides est necessaria.

Cap. II.

ETsi fideles in Dei lege eruditi plura fidei dogmata explicitè in effectu, quàm indocti fideles credant, tamen isti aut explicitè, aut implicitè, aut in voto tot dogmata, quot illi credunt. Omnes enim in Christo credentes per fidem ad assentiendum omnibus, quæ in diuina traduntur scriptura, si eis proponãtur, persuasi sunt: & qui in hunc modum nõ credit, nec habet fidẽ, nec est fidelis. Quapropter Caluinus, dum de hac fide disputat, aut de nomine contẽdit Calu. c. 5. Pa. 20.

dit, aut secum pugnat, quia & ipse ponit fidem impli citam, dum inquit: Equidem non inficior, quæ sumus ignorantia circunsepti, quin plura nobis implicita nunc sint, &c. Quibus etiam respondent, quæ paulò inferius dixit ad hunc modum: In quibus ipsis nihil magis expediat, quàm iudicium suspendere, animum autem offirmare ad tenendam cum ecclesia vnitatem, &c. Hanc inquam theologi vocant fidem implicitam. Sed Caluinus fidei mysteria, quæ doctioribus, & illis qui pollent intellectus acumine sunt explicita, ab omnibus quamuis ineruditis, & rudibus explicitè posse capi existimat: quod esse falsissimum, luce clarius est manifestum. Nam non omnes eadem intellectus perspicacitate pollent, & cùm illa, quæ in sacra scriptura traduntur, ineuidentia sint, non omnes æqualiter ea capiunt. Atq; hinc fit, quod plura sunt implicita indoctæ plebi, quàm eruditis viris. Quid quod si in Dei lege periti secundum Caluinum de quibusdam habent fidem implicitam, & credunt in fide ecclesiæ: quanta magis indocta plebs de eisdem, & de alijs dogmatibus implicitè sibi cogni tis, habebit fidem implicitam? Igitur iniquus est Caluinus in indoctam plebem iudex. Contra verò Scotus pius & catholicus. In habente enim, inquit, vsum rationis, requiritur actus distinctior, & explicitus, sed non requiritur necessariò in quolibet pro isto statu: scilicet quòd omnes illos articulos explicitè, & distinctè credat: quia Deus nullum obligat ad impossibile. Et ideo si sit aliquis rudis, qui non possit concipere quid est natura, & quid persona, non est necesse,

Scotus 3. l. senten. distin. 25.

quod

quod habeat actum explicitum de articulo pertinente ad essentiæ vnitatem. & personarum trinitatem distinctè, sicut habēt clerici literati. sed sufficit, vt, si non potest talia intelligere, neque etiā terminos habet, credat, sicut ecclesia credit. Quilibet tamen habens vsum rationis, tenetur pro aliquando, ad aliquem actum explicitum, & maximè ad illa quæ sunt grossa ad capiendum. sicut, quòd Christus natus est, & passus, & alia, quæ pertinent ad redemptionem. Sic igitur omnes tenentur ad aliquem actum explicitū pro aliquando, & ad alios in generali: vt scilicet credat, quod ecclesia credit. Sed ad omnia credenda explicitè, tenentur maiores in Ecclesia, qui præficiuntur alijs, & tenentur aliquos in fide instruere verbo veritatis, & exemplo honestatis. Hactenus Scotus.

Fides implicita plebi sufficit ad salutem. Cap. III.

EX huius quidem sententia, atque ex alijs, quæ diximus, satis apertè colligitur, quod fides implicita, quā scholastici docent, non est crassa ignorantia, nec figmentum, nec sepelit fidem, vt Caluinus dogmatizat, sed credenti est ad iustitiam. Nā aliquorum quidem dogmatum fidem explicitam habens, etsi cæterorum non sui culpa, sed defectu viuacitatis ingenij, aut alterius legitimi impedimenti explicitam noticiam non habeat. non ideò omnino est ignorans. Et hanc qualem qualem dogmatum implicitam cogitationem satis esse ad credendum, ex his manifestum est, quòd credere, est cum assensione cogitare

re. Atq; hanc fidem ad salutem plebi sufficere, Augustinus apertè satis docet. Primùm ergo, inquit, scire debet charitas vestra, quod ipse Christus est crucifixus, quo velut lacte paruulos aluisse se dicit apostolos. Ipsa verò caro eius, in qua facta est vera mors eius & vulnera vera confixi, sanguisq; percussi nō eo modo à carnalibus quo ab spiritualibus cogitatur, & illis est lac, istis cibus, quia etsi non audiunt amplius, intelligunt amplius. Non enim æqualiter mente percipitur, etiam quod in fide pariter ab vtrisq; recipitur. Ita fit, vt prædicatus ab apostolis Christus crucifixus, & Iudæis esse scandalum, & gentibus stultitia, & ipsis vocatis Iudæis, & græcis Dei virtus, & Dei sapientia: sed carnalibus paruulis id tantùm credendo, tenentibus spiritualibus autem capacioribus, id etiam intelligendo credentibus, &c. Neque ab his differunt, quæ in alio loco ait. Huius nos gloriæ seruimus, huic te immobiliter atq; constanter credere hortamur, per quam factum est, vt non pauci, sed populi, etiam qui non possunt ista dijudicare ratione, fide credant, donec salutaribus præceptis adminiculati, euadāt ab his perplexitatibus in auras purissimæ atq; syncerissimæ veritatis. Hæc eadem confirmat alibi, dicens: In Catholica ecclesia, vt omittam syncerissimam sapientiam, ad cuius cognitionem pauci spirituales in hac vita perueniunt, vt eam ex minima quidem parte, quia homines sunt, sed tamen sine dubitatione cognoscant: cæteram quippe turbam non intelligendi viuacitas, sed credendi simplicitas tutissimam facit.

Aug. sup. Ioan. trac. 98.

Epist. 56.

Cont. epi. fund. c. 4.

Quædam

Quædam fidei mysteria indoctæ plebi vtiliter non annunciantur.

Cap. IIII.

Non exigendam esse ab imperitis, & rudibus de quibusdam fidei mysterijs explicitam noticiam, diuina scriptura docet, quando quibusdam mysteria secretiora non esse prædicãda, exponit. Ergo, cum à nullo iustè poßit exigi id, quod non est illi traditũ, meritò ab eisdem, & similibus cognitio integra exquirenda non est. Nam inter cætera, quæ apostolis Christus dispensanda commisit, Dei verbum primùm locum tenet: vt scilicet, quando, quomodo, quibus & quæ dogmata essent prædicanda, animaduerterent. Quapropter à concionatoribus tantùm, tanquàm verbi Dei dispensatoribus explicita noticia petenda est. Nam sicut diuina mysteria propter eorum dignitatem non sunt danda canibus: ita credentibus in Christo quando ignorantia illis non obest, & scientia, aut non prodest, aut nocet, secretiora mysteria non sunt prædicanda. Augustinus, Facile est enim, inquit, imò & vtile, vt taceatur aliquod verum propter incapaces. Nam inde est illud Domini: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modò. Et illud Apostoli: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, quasi paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis, sed ne adhuc quidem potestis. Quamuis modo quodam dicendo fieri poßit, vt id quod dicitur, & paruulis lac, & grandibus esca sit: sicut. In principio erat verbum, &

Auguſt. de bono perſ. l. 2. c. 16.

& verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Quis Christianus tacere poterit? quis capere? aut quid in doctrina sana potuit inueniri grandius? Quod tamen & paruulis non tacetur, & nec grandibus, nec paruulis occultatur. Sed alia est ratio verum tacendi, alia verum dicendi necessitas. Causas verum tacendi longum est omnes quærere, vel inserere, quarum tamen est hæc vna: ne peiores faciamus eos, qui non intelligunt, dum volumus eos, qui intelligunt facere doctiores, qui nobis aliquid tale tacentibus, doctiores quidem non fiunt, sed nec peiores fiunt. Hæc Augustinus. Quare licèt omnis error circa fidem sit cauendus, tamen non omnium dogmatum noticia vnicuique est necessaria, & quæ necessaria est indoctæ plebi, non cuiusuis priuati, sed ecclesiæ iudicio relinquendum est. Quapropter indocta plebs, quanquàm plura, quæ continentur in diuina historia, ignoret, dummodò circa fidei dogmata non errat, hæretica non est. Nam aliud est ignorare Spiritumsanctum à Patre & Filio, non tanquam à duobus, sed tanquàm ab vno principio procedere: & aliud est asserere, tantùm à patre procedere. Illa quidem ignorantia in illis, qui non possunt hæc explicitè capere, aut de hoc dogmate nihil audierunt, non est culpabilis. Iste verò error omninò non est tolerandus.

Religionis secretiora mysteria ad cauendum errorem indoctæ plebi sunt prædicanda.

Indocta

Ndocta enim plebs facilius explicitã erroris, quàm veritatis noticiam à concionatoribus accipit, nam huius noticia lux, illius verò tenebræ sunt. Et sicut noctua facilius tenebras, quàm lucem vidit, ita quanto quis imperitior, tanto facilius decipitur. Ideò quando, & vbi grassantur hæreses, ne plebs circumferatur omni vento doctrinæ, plura dogmata, quàm vbi nullius dogmatis est controuersia, sunt explicanda: & iuxta imbecillitatem intellectus, vnusquisq; explicitam noticiam, ad cauendos errores habere tenetur, quod etiam Origenes apertè docuit. Coacti, inquit, sumus, quæ simpliciter credẽtibus, & simpliciori quodam verborum apparatu indigentibus, minus congruerent, protulisse, ne videamur Celsi criminationes inconfutatas relinquere. Eiusdem sententiæ est Augustinus, dicens: Dicatur ergo verum, maximè vbi aliqua quæstio, vt dicatur, impellit: & capiant, qui possunt, ne fortè cũm tacetur, propter eos, qui capere non possunt, non solùm veritate fraudentur, verùm etiam falsitate capiãtur, qui verum capere, quo caueatur falsitas, possunt. Et infra: Cùm autem res vera ita se habet, vt fiat peior, nobis eam dicentibus, ille qui capere non potest: nobis autem tacentibus, ille qui potest: quid putamus esse faciendum? Nonné potius est dicendum verum, vt qui potest capere, capiat, quàm tacendum, vt non solùm id ambo non capiant, verùm etiam qui est intelligentior, ipse sit peior? qui si audiret, & caperet per illum etiam plures discerent. Quò enim est capacior, vt discat, eò magis est idoneus, vt alios doceat: Hactenus Augustinus. Sed

Cap. V.

Origin. li. 5. con. Cel.

Augu. de bono pers. cap. 16.

B quando

quando veritas fidei exigit, vt secretiora fidei dogmata explicentur, alio modo populo in ecclesia, quàm discentibus in schola explicanda sunt. Nam istis tanquam intelligenda, illis verò tanquam credenda proponuntur. Augustinus: Sed mente adhuc, inquit, paruulis, quos dicit Apostolus carnales lacte nutriendos, omnis de hac re sermo, quo agitur, vt nō solùm credatur, verùmetiam intelligatur, sciaturq́, quod dicitur: percipere talia non valentibus, onerosus est, faciliusq́, illos premit, quàm pascit. Ex hoc fit, vt spirituales ista carnalibus non omnino taceant, propter Catholicam fidem, quæ omnibus prædicanda est. nec tamen sic differant, vt volentes ea perducere ad intelligentiam, non capacem facilius fastidiri faciant in veritate sermonem, quam in sermone percipi veritatē. Vnde, quòd rudi populo in Catholica ecclesia quædā fidei mysteria, aut non, aut implicitè proponantur, non piorum concionatorum, sed plebis ingenij tarditati imputandum est: quod etiam Apostolus docet, dū ait: Et ego, fratres, nō potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, &c. Verùm hoc cùm dicitur, inquit Augustinus, quibusdam, irascuntur, & sibi contumeliosè dici putant, & plerunq́, malunt credere, eos potius, à quibus hoc audiūt, nō habere, quod dicant, quàm se capere non posse, quod dixerint. Et aliquando afferimus eis rationem, non quam petunt, cùm de Deo quærunt: quia nec ipsi eam valent sumere, nec nos fortasse vel apprehendere, vel proferre: sed qua demonstretur eis, quàm sint inhabiles, minimèq́, idonei percipiendo, quod exigunt. Sed quia non audiunt

Aug. su. 1. tract. 98.

Paul. 1. ad Col. cap. 3.

Aug. lib. 1. de trinit. cap. 1.

dũt, quod volũt, aut callide nos agere putant, vt nostrã imperitiã, aut malitiosè quod eu inuideamus, peritiam, atq; ita indignantes, perturbatiq; discedunt.

Non minus fidelis est qui implicitam historiæ noticiam habet, quam qui explicitam.

Cap. VI.

PLebs fidelium implicitè sacrã historiam cogitãs, tam certam dogmatũ persuasionem habet, quàm periti. Nam fidei persuasio non cogitationi, cùm rei ineuidentis sit. sed diuinæ auctoritati innititur: atq; hac apud implicitè cogitantes tãti ponderis est, quãti apud explicitè cogitantes. Quapropter beatus Augustinus quosdam amplius de diuinis mysterijs capere, sed omnes pariter credere perdoctè asseruit. Quia fides quanquam nunquam sit sine cogitatione, tamẽ ad illius esse, quod sit certa magis, quàm quod sit explicita noticia, pertinet. Et quia omnes fideles sunt certi de fidei dogmatibus, alius alio non ampliùs credit, quamuis ampliùs cogitet. Nam aliud est credere, & aliud explicitè cogitare: illud omnibus, hoc eruditis tantùm fidelibus conuenit. Augustinus: Solidã, inquit, profectò voluit scientiam esse spiritualium, vbi nõ sola fides accommodaretur, sed certa cognitio teneretur, ac per hoc illi ea ipsa credebant, quæ spiritua les insuper agnoscebant. Sectarij in hac noticia explicita paruulos suos grandescere conantes inuanũ, imò potius perniciosè laborarunt. Nã cuiusq; hoĩs diuina mysteria nisi credendo nõ est capere, ideò explicitè cogitando pauci grandescũt, & plures semper manẽt paruuli: de quib. August. Nõne videmus, inquit quã

Aug. sup. Ioan. trac. 98.

Aug. sup. Ioan. trac. 98.

Aug. de vtilit. cred. cap. 7.

pauci summam eloquentiam consequantur, cùm per totum orbem Rhetorum scholæ adolescentium gregibus perstrepant. Et infrà: Hæc appetunt omnes qui maiorum auctoritate confirmata sunt, eadem imperitorum turba discere moliuntur, quæ à paucis doctis discenda recepta sunt. Assequuntur autem per pauci, agunt pauciores, clarescunt paucissimi. Quid si tale quiddam est vera religio? Quid si multitudo imperitorum frequentat ecclesias: sed nullum augmẽtum est, ideò neminem illis mysterijs factum esse perfectum? Hæc ille: Explicitè igitur intelligendi sacram historiam donum, non omnibus credentibus datur, sed fides omnibus Christi membris donatur. Quapropter Paulus enumeratis varijs donis: quæ vnus Deus Christi membris, id est, fidelibus partitus est, inquit: Æmulamini autem charismata meliora, et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, &c. Cùm igitur fides sit fundamentum, qui plura fidei dogmata explicitè credit, non magis grandescit, quàm qui implicitè credit, nisi per dilectionem operetur. Nam tam fidelis est, qui implicitè credit, quàm qui maximè. Qui verò per charitatem plura opera super fidẽ ædificat, hic grandescit. Vnde in catholica ecclesia paruuli in Christo grandescunt, quando secundum fidem, dilectionis præcepta adimplent: at in sectariorũ plebe, quanto varia dogmata creuêre, tanto charitas decreuit, prout testantur dißidia, seditiones, & intestina bella, quæ sectariorum prædicatio Germanis peperit.

Paulus 1. ad Corint. 12. cap.

perit. Ex hac enim noua doctrina nihil illi magis didicêre, quàm acuere linguas contra catholicā ecclesiā, & mouere arma aduersus ciuiles potestates: quæ omnia animaduertens Caluinus: Postremò non satis cādidè, inquit, faciunt, cùm inuidiosè commemorant, quantas turbas, tumultus, contentiones secum traxerit nostra doctrinæ prædicatio. Et infrà: Est hic diuini verbi quidam quasi Genius, vt nunquam emergat quieto, ac dormitante Sathana, &c. Quibus verbis traducendo Dei Euangelium, sicut Idololatræ, se purgare ab his maculis existimat. Nam illi imperij Romani inclinationem euangelij prædicationi impiè acceptum referebant. Caluinus verò Germanicæ nationis clades euangelij prædicationi imputat. Sed hoc interest, quod Romanis per Christi Apostolos vna fides, Germanis verò per pseudoapostolos varia dogmata prædicata sunt. Vnde ex illo pax, ex hoc bellum ortum est, quia Romani suis præpositis, etiam discolis, obedire didicêre: Plebs verò Germanica non legitimis bonis quoque præpositis obtemperare, sed in eos arma mouere, didicit. Propter quod sectariorum doctrina, meritò malè audit. At prædicatio verbi Dei immeritò blasphematur. Nam Paulus quicunque, inquit, sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur: ne nomen domini, & doctrina blasphemetur. Vnde diuini verbi Genius (vt verbo Caluini vtar) gloriam Deo, pacem terræ, hominibus bonam voluntatem secum traxit. Quapropter qui Dei verbo credidêre aduersus contradicentes, non solùm non mouerunt bellū, sed potius vitæ periculū pro

Caluin. in præfatio.

1. ad Ti. 6.

fidei confeßione fecerunt, atq; non inuadendo, sed patienter sustinendo vicerunt. Sectariorum verò, id est, Sathani verbi Genius, non solùm scismata in ecclesia, sed etiam seditiones in ciuitatibus, & bella aduersus legitimos principes excitauit. Vnde sectariorum plebs contra ecclesiæ vnitatem scismata, contra fidei veritatem, hæreses contra reipublicæ pacem bella, & seditiones studiosißimè sectatur. Hoccine est sectariorum paruulos grandescere? Hoccine est diuini verbi veritatem annuntiare? absit quidem: nam Euangelij prædicatione, vt historici & præcipuè Orosius maiorem reipublicæ pacem, quàm anteà fuit in toto orbe, sequutam testantur. Adueniente enim in carne Christo, princeps mundi huius eiectus est foras, ac arma, in quibus confidebat, ablata sunt illi, & per Dei verbum ciuilis reipublicæ pax conseruata, ac aucta est. Quis enim Romanorum Imperatorum antè Constantinum, nō solùm inter milites, sed nec inter ciues tutus fuit: vix quidem vnus, aut alter seditiosorum gladium euasit. At postquam principes fidem Christi verbiq; illius prædicationem susceperunt, ab huiusmodi periculis, & incursionibus liberati, & respublica quoq; ab omni tumultuatione semota fuit. Quæ omnia si sectariorum labores, & innumeras vigilias consequerentur, melius multò audirent: sed nunquā audient, quia sicut Christus ascendens in cœlum per discipulos, quos in hoc mundo reliquit maiora, quàm per se ipsum solum operatus est: ita Sathan quanquā ex hoc mundo eiectus, tamen per sectarios maiora dissidia & bella, quàm per se ipsum operatur. Atque

hoc olim per Arrianos factum esse, ecclesiastica historia tradunt: & in praesenti seculo per Lutheranos fieri, experientia testatur.

Ab ineruditis non fidei ratio, sed confessio tantum petenda est. Cap. VII.

CHristiana plebs quia non tam explicitam fidei noticiam, sicut ecclesia pastores habet, ideo nec instruere caeteros, nec haereticos arguere, ad eam spectat. Haec enim ad eccesiae pastores iuxta Dei verbum pertinent. Oportet enim, inquit, Episcopum sine crimine esse. Et infrà: Amplectentem eum, qui secundũ doctrinam est fidelem sermonem, vt potens sit, exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. Ad Tit. 1. *Haec eadem Hieronymus exponit, dicens: Sancta quippe rusticitas solùm sibi prodest: & quantũ aedificat ex vitae merito ecclesiam Christi, tantùm nocet, si destruentibus non resistat. Malachias propheta, imò per Malachiam dominus interrogauit sacerdotes legem: in tantùm sacerdotis officium est, interrogatum respondere de lege. Haec ille: Vnusquisq; igitur tantam fidei rationem, quantò explicatiorem fidei noticiam habet, reddere tenetur. Vnde frequenter imperitis fidei confessio satis est, pro fidei ratione reddenda. Origines: Tametsi Christianorum inquit, nonnulli, quia & simpliciores sint, & minus versuti, eorum quae fecerint reddere rationem ignorent, dum alioquin, quae ab alijs ceperint rectè obseruent, &c. Si verò aliquis in haeresis suspicionem venerit, tum de dogmate illi haeresi contrariò examinandus* Hieron. ad Paulinum. Orig. con. Cel. li. 3.

Thom.22. q. 2.art.6. *nandus est, vt Thomas optimè docuit: Simplices, inquit, non sunt examinandi de subtilitatibus fidei, nisi quando habetur suspicio, quòd sint ab hæreticis deprauati: qui in his, quæ ad subtilitatem fidei pertinent, solent fidem simplicium deprauare: si tamen inueniuntur non pertinaciter peruersæ doctrinæ adhærere: si in talibus ex simplicitate deficiant, non eis imputatur. Ecclesiæ igitur, quæ explicitam habet noticiam, indoctæ plebis implicitè fidei rationem reddere interest, quia imperitis in his omnibus, quæ credũt, ecclesiæ iudicium sectantur. Atq; hoc ita esse, Augustinus satis docuit. Sed ille fidei, inquit, imperator clementissimus, & per conuentus celeberrimos populorum atq; gentium, sedesq; ipsas apostolorum arce auctoritatis minuit ecclesiam, & perpauciores piè doctos, & verè spirituales viros copiosissimis apparatibus, etiam inuictissimæ rationis armauit: verùm illa certissima disciplina est, in arcem fidei quàm maximè recipi infirmos, vt pro eis iam tutissimè positis, firmissima ratione pugnetur.*

Augu. ad Dioscor. epist. 56.

Fidei doctrina plebi non scriptura, sed viua voce tradenda est.

Cap .VIII. *Diuina scriptura Dominum nostrum Iesum Christum, viua voce docuisse Apostolos fidei doctrinam, atq; præcepisse, quod illi eandem cæteros simili modo docerent, expressè exponit: Euntes, inquit,*
Mar. 16. *in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Prædicate verò dixit, quia sensus auditus ad discendum magis, quàm visus iuuat. Vox quoque*

mentis

mentis cōceptus, rerumq́ naturas clarius quàm scriptura exponit. Vnde Hieronymus: Habet, inquit, nescio quid latentis ἐνεργείας viua vox, & in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat. Scriptura nanque mutus magister est, ideò ad intelligendas scripturas maius ingenij acumen quàm ad intelligendas voces opus est. Ex quo, qui fidei dogmata viua voce à concionatore exposita explicitè non capit, multò minus legendo scripturas capiet, quia scriptura nō tam clarè quàm viua vox res significatas exprimit. Hinc fit, vt multi diuinam scripturam legentes, germanum non assequantur sensum, ac in fide sæpenumero errant: quæ si vera sunt, sapientissimè faciunt, qui ineruditis hominibus persuadere conantur, vt rarò, aut potius nunquam diuinam scripturam legant, ne inde errandi occasionem accipiant, sed conciones potius frequentent. Neq́ indocta plebs, quia diuinarum scripturarum lectione caret, ideò priuatur doctrina salutari, sed potius illius saluti maximè consulitur. Nam sicut qui gladium de manu paruuli, aut furiosi hominis abstulit, non quòd illis inuideat, sed quòd eos amet: ita sancta mater ecclesia ineruditis (præcauens eorum lapsus in fide) diuinam legendam scripturam non tradit. Diuina enim fidei doctrina, facilius à quouis audiendo, quàm legendo discitur. Atque hic quidem modus discendi tam eruditis quàm ineruditis est expediens: ille verò eruditis tantùm cōuenit, sed ineruditis non expedit. Frequenter quippe ineruditis scripturarum lectio tantùm abest, vt eorū mentes illuminet, vel potius excæcet. Quia etsi diui-

Hieron. ad Paulinum.

næ scripturæ literalis sensus legentibus sit facilis, tamen sensus historicus tantò cæteris disciplinis est difficilior, quantò diuina, si cum humanis rebus comparentur. Quod fit, quia cū sacra scriptura Dei sensum contineat, in ea maior rerum quàm verborū est difficultas. Quid quod in verbis quoque non parua est obscuritas, quia tropis scatet, propter quam causam propriam verbi significationem, ac figuratam discernere, non cuiuis datum sit. Arriani enim in Christi verbis, videlicet, ego & pater vnum sumus, non propriè, sed figuratè hanc voculam, vnum, acceperunt, vt in istis: vnus populus, vnus exercitus. At catholici propriè accipiendam esse illam vocem, intellexerunt, veluti in istis, vnus deus, vnus homo: quapropter filius consubstantialis est patri. Simile quid factum est nostro seculo circa hæc Christi verba. Hoc est corpus meum: sacramentarij enim ea figuratè accipi volunt: catholica verò ecclesia propriè accipienda esse definit. Cum in Eucharistia verum Christi corpus sit.

Cap. IX. Quantumuis eruditis humanis disciplinis sine magistro diuinarum scripturarum lectio non expedit.

IN diuina quidem scriptura propter figuratas locutiones frequenter incidunt similes difficultates, ex quibus non solùm idiotæ viri, sed sapientes vix se explicare possunt. Quia diuina scriptura non est facilis intellectu, vt beatus Petrus exponit, dum inquit: Propter quod charissimi, hæc exspectantes, satagi-

Pet. epist. 2. cap. 3.

te, immaculati, & inuiolati ei inueniri in pace: & Domini nostri longanimitatem salutem arbitremini: sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis loquens, in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Diuus quoque Hieronymus hanc expertus difficultatem, ait: Omnis quidem ad Romanos epistola interpretatione indiget: & tantis obscuritatibus inuoluta est, vt ad intelligendam eam, spiritus sancti egeamus auxilio, qui per Apostolum hæc ipsa dictauit. Vnde qui ad diuinam scripturam intelligendam linguarum peritiam sufficere existimant, perniciosissimè falluntur Nã linguarũ cognitio neque ad liberales disciplinas, neque ad poëtas interpretãdos sufficit. Quintilianus: Nec si rationem, inquit, syderũ ignoret, poëtas intelliget, qui (vt alia omittam) toties ortu, occasúque signorum in declarandis temporibus vtantur. Quibus adiungi etiam possunt, quæ alibi apertiùs dixit. Nos suum cuique professioni modum demus, & grammaticæ (quam in latinum transferentes Literaturam vocauerunt) fines suos norit, præsertim tantum ab hac appellationis paupertate, intra quam primi illi constitêre, prouecta. Nam tenuis à fonte assumptis poetarum historicorúmque viribus, pleno iam satis alueo fluit, cùm præter rationem rectè loquendi, non parum alioqui copiosam, propè omnium maximarum artium scientiam amplexa sit; & reliqua. Ipsam denique

Hieron. ad Hæd. q. 10.

Quint. lib. 1. cap. 4.

Lib. 2 ca. 1.

Grammiticam nemo nisi viua voce à magistro didicit, ac diuinam scripturam omnes sine praeceptore se existimāt addiscere, ac exactè intelligere. Quae olim iam animaduertens Augustinus: Nulla, inquit imbutus poëtica disciplina, Terentianum, Maurum sine magistro attingere non auderes. Asper, Cornutus, Donatus, & alij innumerabiles requiruntur, vt quilibet poëta possit intelligi, cuius carmina & theatri plausus videntur captare: tu in eos libros, qui quoquo modo se habeant, sancti tamen, diuinarum rerum pleni, propè totius generis humani confessione diffamantur, sine duce irruis, & de his sine praeceptore audes ferre sententiam? Nec si tibi aliqua occurrunt, quae videantur absurda, tarditatem tuam, & putrefactū tabe huius mundi animum, qualis omnium stultorū est, accusas, potius quàm eos, qui fortasse à talibus intelligi nequeunt. Quaereres aliquē pium, simul & doctum, vel qui talis esse multis consentientibus diceretur, cuius & praeceptis melior, & doctrina peritior fieres. Non facilè reperiebatur? cùm labore inuestigaretur: deerat in ea terra, quam incolebas? Quae causa vtilius cogeret peregrinari? Haec Augustinus: Haec namq; librorum legendi & interpretandi temeritas ab omnibus scientiarum professoribus damnatur. Quintilianus: Nihil enim, inquit, peius ijs, qui paulum vltra primas literas progressi falsam sibi scientia persuasionem induerunt. Nam & cedere praecipiendi peritis indignantur, & velut iure quodam potestatis, quo ferè hoc hominum genus intumescit, imperiosi, atq; interim saeuientes stulticiam suam perdocent

August. de vtil. cred. 7. cap.

Quint. lib. 1. cap. 1.

cent. Nec minus error eorum nocet moribus. Siquidem Leonides Alexandri pædagogus, vt à Babilonio Diogene traditur, quibusdam eum vitijs imbuit, quæ robustum quoque etiam maximum regem ab illa institutione puerili sunt prosequuta. Hactenus Quintilianus.

Diuina ſcriptura in vulgarem linguam translata, difficilior quam in natiua eſt intellectu.

Caput X.

CVm habentes igitur linguarum, & Grammaticæ peritiam, nullam præter verborum difficultatem in diuina ſcriptura, quemadmodum in humanis hiſtorijs eſſe arbitrentur: inde fit, vt illam paſſim vnuſquiſq; ex vna in aliam transferat linguam, atque Euangelicam hiſtoriam transferendo magis, quam prædicando præter Chriſti ordinationem diuulgare conantur. Sed tantum abeſt, vt diuina ſcriptura per hoc, quòd ex vna lingua in aliam transferatur, magis illuſtretur, vt potius obſcurior reddatur. Quod Hieronymus ſapientiſſimè manifeſtat, dũ inquit: Noſter Tullius Platonis integros libros ad verbum interpretatus eſt. Et cum Aratum iam Romanum hexametris verſibus edidiſſet, in Zenephontis œconomico luſit: in quo opere ita ſæpè aureum illud flumen eloquentiæ, quibuſdam ſcabris, & turbulentis obicibus retardatur, vt qui interpretata neſciunt à Cicerone, dicta non credant. Difficile eſt enim alienas linguas inſequentem, non alicubi excidere. Et infrà: Quid perfectius Iob? quæ omnia hexametris, et Hieron. in præfa. Eu. Croni.

pentame

pentametris versibus (vt Iosephus & Origines scribunt) apud suos composita decurrunt. Hæc cùm græcè legimus, aliud quiddam sonant: cùm latinè, penitus inhærent: quod si cui non videtur linguæ gratiam interpratatione mutari: Homerum ad verbum exponat latinum. Plus aliquid dicam, eundem in sua lingua prose verbis interpretetur, videbit ordinem ridiculum. & poetam eloquentissimum vix loquentem, &c. Sectarij igitur diuinam scripturam doctorumq́; cōmentaria transferentes in vulgarem linguā, malè meriti de fidei doctrina sunt: nam fidei mysteria, clariùs in lingua græca quàm in latina, & in latina, quàm in germanica, vel in alia lingua vulgari exponuntur Scriptura enim quantò ex primitiua lingua in alias plureis trāsfertur, tantò obscurior redditur, tantoq́; maiores difficultates circa eam insurgunt, atq; hoc experientia testatur. Nam nullibi, quàm in Germania, & nunquam plures, quàm nostro seculo circa fidei dogmata cōtrouersiæ fuerunt. Quid quod vnusquisq; sua vtitur translatione & antiquam latinam aspernatur. Vnde quod diuina scriptura patrumq́; commentaria in lingua latina transllata ab omnibus sine delectu leguntur, eò indies magis, magisq́; in Germania hæreses pullulant. Nam ex diuina scriptura perperā intellecta, hæreses oriuntur, atque hoc modo sectariorum paruuli grandescunt. Olim quidem indocta plebs audiendo verbum Dei, fidei obediebat: nunc verò in lingua vulgari legendo diuinam scripturam, quia germanum verbi Dei sensum non capit, à fide deficit. Neque Grammaticæ præ-

ceptoribus permittendum est, vt diuinam scripturam pueris in scholis exponant. Nam in diuina scriptura verborum eruditio quam illi profitentur, non est quaerenda. Sensus verò scripturae non à Grammaticis, sed à Theologis petendus est. Quod si aliquando ingeniorum gratia digrediēdum à Grammatica illis est, ac imperatorum statuta, quae in ciuili iure traduntur, magis quàm ad legem diuinam exponendam egrediatur oportet, quia in illis non modica sermonis eruditio, & magna verborum difficultas frequenter reperitur. Quid quod si legum ciuilium interpretatio, cui Grammatica tātùm prodesse videtur, respublica benè instituta non Grammaticis, sed iurisperitis permittit, multò minus igitur diuinarum scripturarum expositio eisdem permittenda est.

Euangelij primi doctores imperiti sermone, sed non scientia fuerunt.

Cap. XI.

ETsi diuinae scripturae lectio indoctae plebi non expedit, tamen eruditis liberalibus literis, modestè sapientibus nonnihil prodest. Verum quidem est, quod nonnulli periti, humanaq; sapientia fastuosi ob sacrae scripturae stili humanitatem, illius studium aspernatur: quo quidem vitio beatus Augustinus, se non caruisse fatetur. Itaq; institui, inquit, animum intendere in scripturas sanctas, vt viderem, quales essent, & ecce video rem non compertam superbis, neq; nudatam pueris, sed excessu humilem, successu excelsam, & velatam mysterijs, & non eram ego talis, vt intrare in eam possem, aut inclinare Aug. conf. li. 3. cap. 5.

ceruicem

pendenti est manifestum) omnium humanorum mo numentorum sit antiquißimum, in illo non verborũ ornatus, sed sapientia inquirenda est. Idem quoq; de Euangelica scriptura sentiendum est, nam Christi Apostoli & Euangelistæ, Dei prophetas, non solùm in diuinarum rerum sapientia, sed in sermonis stilo imitati sunt. Omnes denique diuinæ historiæ scriptores tùm docendo, tùm scribendo verbis non ad ornandas sententias, sed ad explicanda diuina mysteria vsi fuerunt. Hoc beatus Paulus in vtroque testamento apprimè eruditus, exponit, dicens: Et ego cùm venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, &c. Quam sententiam Theophilactus cum Chrysostomo exponens, Non solùm, inquit, discipuli Euangelij insipientes, & obscuro genere electi sunt, verùmetiam ego ipse Euangelij præco, non veni oratione, & sapientia humana instructus, annuncians vobis testimonium Dei, id est, mortem Christi. Eiusdem sentẽtiæ sunt, quæ paulò inferius dixit: Quid autem? nunquid si voluißet Paulus, potuisset venire in sapientia? ipse sanè non potuißet, reuerà enim simplex siue rudis erat. Potuisset tamen hoc efficere Christus quia maiora largitus est, sed conducebat Euãgelij prædicationi: maiore namq; gloria Christus, & honore euehitur, per diui Pauli simplicitatem vincens, quàm si per sapientiam, orationisq́; splendorem victoriam retulisset. Hæc ille. Euangelij enim primi annunciatores ad docenda & persuadenda fidei mysteria, sufficienter à Deo fuisse eruditos, beatus Paulus exponit, dũ inquit: Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid

Paulus 1. ad Corint. cap. 2.

2. ad Cor. cap. 3.

à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, &c. Deus quidem ex hominibus ineruditis humanarum scientiarum diuinæ sapientiæ fecit peritos: nã Spiritus sanctus iuxta Christi promissionem, omnem doctrinam ad salutem necessariam, docuit apostolos,
Ioan. 14. c. *scriptura enim inquit: Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunq; dixero vobis. Sicut enim Deus diuinorum mysteriorum notitiam reuelauit apostolis, ita sermonis eruditionem, si expedisset, illis reuelasset vtiq;: sed quia eruditio sermonis ad persuadendum fidem nec necessaria, nec ex*
Actor. 9. *pediens fuit, ideò illis non fuit reuelata. Paulus profectò ille qui raptus fuit in tertium vsque cœlum, vbi ineffabilia arcana verba audiuit, ille inquam, de quo Christus ait, vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus & filijs Is-*
2. ad Cor. *rael, de semetipso ait. Etsi imperitus sermone, sed*
11. cap. *non scientia. Quod Theophilactus exponens ait: Sermone igitur & orationis cultu indoctus sum, scientia & cognitione haudquaquam. Per hoc autem clam innuit, quòd quo magis illi eloquentia gloriantur, eò cognitione Dei ipsos magis esse orbatos, & quatenùs ad ipsam attinet, eos esse idiotas, & indoctos. Hactenus ille: Hæc inquam duo, sapienter, & eloquenter dicere, non solùm Deus in suis prophetis, sed philosophi etiam separauerunt. Quod Cicero apertè*
Cic. de Orat. lib. 3. *satis monstrat, dum inquit: Nanque (vt antè dixi) veteres illi vsque ad Isocratem, omnem omnium*

rerum, quæ ad mores hominum, quæ ad vitam, quæ ad virtutem, quæ ad rempublicam pertinebant cognitionem, & scientiam cum dicendi ratione iungebant: posteà dißociati (vt exposui) à Socrate diserti à doctis, & deinceps à Socraticis item omnibus, philosophi eloquentiam despexerunt, oratores sapientiam: neque quicquam ex alterius parte tetigerunt, &c. Quibus si adiungamus, quæ alio loco scripsit, clarius intelligemus. Nec verò, inquit, hoc arroganter dictū existimari velim. Nam philosophandi scientiam concedens multis, quod & oratoris proprium, aptè, distinctè, ornateq́; dicere: quoniam in eo studio ætatem consumpsi, si id mihi assumo, videor id meo iure quodammodo vendicare. Idem in alio loco sentit, dicnes: Et id quidem nemini video Græcorū adhuc contigisse vt idem vtroq; in genere laboraret, sequereturq; et illud forense dicendi, et hoc quietū disputandi genus, &c. A quibus haud dissona sunt, quæ inferius paulò scripsit. Eodēq; modo, inquit, de Aristitole, et Isocrate iudico, quorum vterq; suo studio delectatus, contempsit alterum. Hucusque Cicero. Offic.lib.1.

Eloquentia quidem fidem minuit: sapientia vero astruit illam.

PHilosophi igitur non temerè eligentes sapientiam, contempserunt eloquentiam: nam illam quidem solam non modò priuato, sed publico bono vtilem, istam verò sine illa perniciosam esse, testatur Tullius, dicens: Ac me quidem diu cogitantem ratio ipsa, in hāc potißimùm sententiā, duxit, vt Cap.XII.

 existimem

existimem sapientiam sine eloquentia parum prodesse ciuitatibus: eloquentiam verò sine sapientia nimium obesse plerunque, prodesse nunquam. Si igitur humana sapientia sine eloquentia reipublicæ nonnihil prodest: multò magis diuina sapientia sine eloquentia proderit, etsi eloquentia sine sapientia humana plerunque obest, multò magis eloquentia sine fide & cum hæresi nocebit. Quod etiam experientia testatur in hæreticis, qui non sapientia, sed sua eloquentia sectas suas persuadere student. Accedit ad hoc, quod sapientiæ auctoritatem imminuit, vt Cicero exponit,
Cic de Orat. lib. 2. *dum inquit: Sed tamen hæc est mea sententia. quam videbar exposuisse. Ego ista studia non improbo, moderata modò sint: opinionem istorum studiorum, & suspicionem artificij apud eos, qui res iudicent, oratori aduersariam esse arbitror, imminuit enim & oratoris auctoritatem, & orationis fidem. Huiusmodi*
Orator. *etiam sunt, quæ in alio loco ait. At ius profitentur etiam qui nesciunt, eloquentiam autem illi ipsi qui cõsequuti sunt, tamen se valere dissimulant: propterea quod prudẽtia hominibus grata est, lingua suspecta. Hactenus Cicero: Videmus ergo quomodo philosophi eloquentiam aut dissimularunt, aut contempserunt. Similiter Christi Apostoli propter eandem causam illam aspernati fuêre. Paulus enim ait: Non enim mi*
Paul. 1. ad Cor. cap. 1. *sit me Christus baptizare, sed Euangelizare, non in sapientiam verbi, vt non euacuetur crux Christi, etc. Theophilactus cum Chrysostomo hunc differens locũ: sublato, inquit, supercilio eorum, qui baptismatis nomine cristas erexerant, ad eos nunc transit, qui ex-*

externa

terna sapientia efferebantur, quoniam, inquiens, misit me Euangelium prædicare, non in sapientia verbi, hoc est in eloquentia, sermonisq́ue cum elegantia, tum venustate, vt ne noxam patiatur, & imminutionem crux. Hoc enim est, quod ait, euacuetur, id est, vacua, & inanis, inutilis inueniatur. Si enim in sapientia verbi Apostoli prædicassent, potuissent quidam dicere, quod orationis persuasibilitate, & ornatu persuasissent hominibus, non virtute prædicatarum rerum, id verò in inanitatem & noxam, adeoq́ue contumeliam crucifixi cesisset. Hæc ille: Verborum quidem cultus humanas disciplinas potiùs, quàm fidem decet. Nam cùm illæ parum, aut nihil ad persuadendum auctoritatis habuissent, illarum professores sermonis ornatu ad illas commendandas abusi fuerunt: at sacri canonis scriptores, quia fidei veritas magis incompta, quàm verbis ornata ad persuadendum est efficacior, ideò consultè sermonis cultum præterierunt. Quare Ciceronis sententia potiùs fidei doctrinæ, quàm humanis disciplinis conuenit, dum inquit. Sed quadam etiam negligentia est diligens: Nam vt mulieres esse dicuntur nonnullæ inornatæ, quas idipsum deceat: sic hæc subtilis oratio, etiam incompta delectat, etc. Orator. *Vnde ad synceram veritatē persuadendam non eloquentes, sed sapientes in republica esse necessarios, beatus Augustinus iuxta sapientis sententiam exponit, cùm ait. Qui enim eloquenter dicunt, suauiter: qui sapienter, salubriter audiuntur. Propter quod non ait scriptura, multitudo eloquentium, sed multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum,* August. de doct. chr. lib. 4. ca. 5.

rum. Sed diuinam scripturam debita eloquentia non carere, idem Augustinus testatur, dum inquit:
Cap. 6. *Hic aliquis forsitan quærit, vtrum auctores nostri, quorum scripta diuinitus inspirata canonem nobis saluberrima auctoritate fecerunt, sapientes tantùmmodo, an eloquentes etiam nuncupandi sunt. Quæ quidem quæstio apud meipsum, & apud eos qui mecum, quod dico, sentiunt, facillimè soluitur. Nam vbi eos intelligo, non solùm nihil eis sapientius, verùmetiam nihil eloquentius mihi videri potest. Et audeo dicere, omnes, qui rectè intelligunt, quod illi loquuntur, simul intelligere, non aliter eos loqui debuisse. Sicut est enim quædam eloquentia, quæ magis ætatem iuuenilem decet, est, quæ senilem, nec iam dicenda est eloquentia, si personæ non congruat eloquẽtis: ita est quædam, quæ viros summa auctoritate dignißimos, planèq; diuinos decet. Hac illi loquuti sunt nec ipsos decet alia, nec alios ipsa: ipsis enim congruit, alios autem quantò videtur humilior, tantò altius non ventositate, sed soliditate transcendit.*

Dei interpretes, prophetæ inquam Apostoliq; Dei mysteriorum magis explicitam noticiam quam cæteri habuerunt.

Cap. XIII. *HVmanarum quidem disciplinarum auctores suas tantum cogitationes sacri verò canonis scriptores diuinas, literis, memoriæq; mandarunt. Veruntamen cùm nullus de rebus sibi ignotis scribat, & Dei sensus homines lateat, antequam prophetæ aliquid scripsissent, Deum illis reuelasse su-*

as cogitationes, oportuit. Nam illi fidei mysteria, non calamo, vti scribæ dictantis verba, exceperunt, sed quasi discipuli Dei, reuelationem mente habuerunt. Vnde, quia prophetæ futuras, & ab humano sensu remotas res cognouerunt, ideò diuina scriptura illos appellat, videntes, id est, cognoscentes. Olim 1. Re. c. 9. *inquit, in Israel sic loquebatur vnusquisque vadens consulere Deum. Venite, & eamus ad videntem. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. Prophetas quidem apostolosq́; ad Dei cogitationes interpretandas, Dei sensum calluisse, & ad cæteros docendos fidei explicitam habuisse noticiam, necessarium fuit. Sine illis enim propheticum & apostolicum munus exequi non potuissent. Vnde vt ad illa munera obeunda idonei fierent, DEVS illos docuit, & quantò à sapientiori magistro fuerunt edocti, tantò cæteris euaserunt doctiores. Quare quanquam prophetarum alius alio fuisset doctior, tamen vnusquisque fidei mysteria à se interpretata explicitè cognouit. Hinc est, quòd quanquam dæmonum vates, Arreptitij, Asina Balan, et cæteri tales, futura & occulta prædixissent, tamen prophetæ non fuerunt: quia rerum noticiam non habuerunt. De huiusmodi quidem, perinde ac de recitantibus olim in Synagogis prophetias, & de immolantibus hostias secundũ legem Moysi existimandum est. Nam isti licèt futura prænunciauissent, non prophetæ, sed prophetiarum recitatores fuerunt. De quibus beatus Augustin.* Aug. de ciuit. Dei li. 7. cap. 13. *hoc, inquit, mysteriũ vitæ æternæ tam inde ab exordio generis humani per quædã signa, & sacramenta*

temporibus congrua, quibus oportuit, per angelos prædicatum est. Deinde populus hebræus in vnam quandam rempublicam, quæ hoc sacramentum ageret, cõgregatus est, vbi per quosdam scientes, per quosdam nescientes id, quod ex aduentu Christi vsque nunc, & deinceps agitur, prænunciaretur esse venturum.

L. Viues. *At nouus Augustini commentator super illa verbi. per quosdam scientes, per quosdam nescientes. Prophetæ, inquit, nec omnes sua vaticinia intelligebant, nec qui intelligebant omnia intelligebant, &c. Sed profectò ille fallitur, quia beatus Augustinus non de prophetis, sed de antiquæ legis sacramentis Christum prænunciantibus illic disserit. Verbi gratia: Populus Israel singulis annis quartadecima luna primi mensis ad vesperam, ex legis obedientia, & fide agnum immolans. domini nostri Iesu Christi humani generis redemptoris mortem prænunciabat, sed istius mysterij imperita plebs implicitam fidem, doctiores vero explicitam habuerunt: istos quidem scientes, illos verò nescientes Augustinus vocat. Illa igitur agni religiosa immolatio per quosdam significationem scientes, per quosdam verò nescientes facta, Christi mortem annunciauit. Atque verborum quidem Augustini hunc esse sensum, ibidem, ille met exponit, dicens· Omnes enim non solùm prophetiæ, quæ in verbis sunt, nec tantùm præcepta vitæ, quæ mores, pietatemq; conformant, atque illis literis continentur, verùm etiam sacra, sacerdotia, tabernaculum, siue templum, altaria sacrificia, cæremoniæ, dies festi, et quicquid aliud ad eam seruitutem pertinet, quæ Deo debetur, & Græcè*

propriè

propriè latria dicitur, ea significata, & pranunciata sunt, quæ propter æternam vitam fidelium in Christo & impleta credimus, & impleri cernimus, & implenda confidimus, &c. Cuius etiam sententiæ sunt, quæ inferius ad hunc modum ait. Hæc autem lex cum distributione temporum data est, quæ prius haberet, vt dictum est, promissa terrena quibus certè significarentur æterna, quæ visibilibus sacramentis celebrarent multi, intelligerent pauci. Hæc ille: Si igitur commentator inter prophetam & prophetiarum recitatorem distinxisset, de prophetis Dei aliter, quum commentatur, dogmatizasset. Prophetæ denique prudentes, & scientes Dei sensum, non de vna lingua in aliam transtulerunt, sed illum quem Deo reuelante intellexerunt, verbis explicauerunt: atque illos fidei mysteria verè, sapienterque interpretatos fuisse, certissima fide tenendum est. Nam diuina scriptura Deum per prophetas potius, quàm illos loquutum fuisse, testatur dicens: Multifariè multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, &c. Quare prophetantem, mentiri, tam impossibile est, quàm Deum, quia non aliud, quàm quod Deus, ille loquutus fuit. Cùm igitur sua dona Deus ad ecclesiæ vtilitatem apostolis dedisset, illique ea non in vacuum recepissent, fidei mysteria verbis ad ecclesiæ vtilitatem explicauerunt: quod si illi aut negligentia, aut ignorantia Dei mysteria eloquuti nõ fuissent, tunc vel Deus frustra reuelasset mysteria, vel Christi apostoli in officio non fuissent: alterutrum tamen hæreticum est approbare.

De ciui. Dei. l. 10. capit. 15.

Ad Hebr. cap. 1.

Prophetæ et apoſtoli Dei myſteria magis explicite cognouerunt, quam interpretati ſunt.

Ca. XIIII.

VErùm ſi illi fidei myſteria non tam explicitè ſcripſerunt, quàm intellexerunt, non ideò mendaces, nec inſipientes interpretes fuerunt, nam id nõ illorum ignorantiæ, aut negligentiæ, ſed rerum difficultati, & ſermonis inopiæ imputandũ eſt. Quid quod ſi naturæ ſecreta ab homine explorata ſermo non explicat, multò minus fidei myſteria à Deo reuelata poterit explicare. Quare optimè ſapiẽs ait: Cunctæ res Eccl. ca. 1. *difficiles, non poteſt eas homo explicare ſermone. Hie*-Hierony. *ronymus enim hæc verba exponens, inquit: Nõ ſolùm de Phyſicis, ſed de AEthicis quoq; ſcire, difficile eſt: nec ſermo valet explicare cauſas, naturasq; rerum, nec oculus, vt rei poſcit dignitas, intueri, nec auris inſtituente doctore ad ſummam ſcientiam peruenire. Hæc ille. Beatum quidem Paulum Dei ſenſum in ſuis epiſtolis veriſsimè, ſapientiſsimeq; interpretatum fuiſſe, catholicorum nemo dubitat. Verùntamen ille fidi myſte*-Hieron. ad *ria non tam explicitè ſcripſit, quàm intellexit. Hu*-Alg. q. 10. *ius ſententiæ eſt beatus Hieronymus, dicens: Illud quod crebrò diximus: etſi imperitus ſermone, nõ tam ſcientia: nequaquam Paulum de humilitate, ſed de conſcientiæ veritate dixiſſe, etiam nunc approbamus. Profundos enim & reconditos ſenſus lingua non explicat: & cùm ipſe ſentiat, quid loquatur, in alienas aures puro non poteſt transferre ſermone. Quem cùm in vernacula lingua habeat diſertiſsimum*

quippe Hebræus ex Hebræis, & eruditus ad pedes Gamalielis viri in lege doctißimi, ſeipſum interpretari cupiens, inuoluitur. Si autem in Græca lingua hoc ei accidit, quam nutritus in Tharſo Ciliciæ à parua ætate imbiberat: quid de latinis dicendum eſt: qui verbum de verbo exprimere conantes, obſcuriores faciunt eius ſententias, & veluti herbis creſcentibus, frugum ſtrangulant vbertatem. Hæc eadem in alio loco confirmat: Cumq́; Paulus, inquit, haberet ſcientiam ſanctarum ſcripturarũ, & ſermonis diuerſarumq́; linguarum gratiam poßideret: vnde ipſe gloriatur in domino, & dicit: Gratias ago Deo, omnium veſtrûm linguis magis loquor, diuinorum ſenſuum maieſtatem, digno non poterat græci eloquij explicare ſermone. Tantum ille: Si igitur Chriſti Apoſtoli omnium doctißimi ad munus docendi non ab hominibus, ſed à Deo vocati, Dei cogitationes interpretando fidei myſteria non fecerunt clariora: neq; ſacra ſcriptura interpreti eſt vitio dandum, ſi ille ſacram ſcripturam, de alia in aliam linguam transferens, clariorem non reddiderit: quia ille fidei myſteria Paulo ſcribente non tam explicitè, quàm Paulus Deo reuelante cognouit. Sicut enim lux quantò lumini propinquior, tantò clarior, & quantò diſtantior, tantò minus clara eſt: ita diuinorum myſteriorum noticia à Deo reuelata explicatior eſt, quàm illa, quæ hominis miniſterio traditur. Latinus enim interpres aut animaduertens diuinam ſcripturam, non eloquenter, ſed ſapienter à prophetis editam fuiſſe, illam transferendo conſultò ſermonis cultum neglexit, aut

Ad Hed. q. IIII.

Dei

Dei occulto consilio, imperitus sermone (sicut de se Paulus inquit) sed non scientia fuit. Verùm quoquo modo contigisset, ille sacri canonis scriptores imitatus, in transferendis diuinis scripturis animum sermonis cultu relaxauit, sententijs verò intendit: & meritò quidem, quia non illud, sed istud interpretis interest. Nam huiusmodi illius officium esse, beatus

Hieron. ad Mariam.

Hieronymus exponit, dicens: Est quidem sermo compositus, & Gallicano cothurno fluens: sed quid ad interpretem, cuius professio est, non quo ipse disertus appareat, sed quo eum, qui lecturus est, sic faciat intelligere, quomodo ipse intellexit, qui scripsit. Hæc illa: Et cùm veritas vi eloquentiæ conuestita non tam ornetur, quàm laboret, nec tam se proferat, quàm lateat: ideò sapienter interpres quantò in diuina scriptura rerum maior difficultas, tantò simplicioribus verbis, & humiliori stilo illam transtulit. Verborum profectò cultum orationis occultare sensum, Quintilianus

Quint. in proœ. li. 8.

testatur, dicens: Nam illa inquit, quæ curam fatentur, & ficta, atque composita videri etiam volunt, nec gratiam consequuntur, & fidem amittunt, propter id, quod sensus obumbrant, & veluti læto gramine sata strangulant. Infrà etiam ait: Nec intelligunt iacere sensus in oratione, in qua verba laudantur. Sit igitur cura elocutiõis quàm maxima, dum sciamus, tamen nihil verborum causa esse faciendum, cùm verba ipsa rerum gratia sint reperta.

Diuinæ scripturæ vulgata translatio etsi inornata sermone sit, cæteris au-

ctoritate præstat.

Cap. XV.

INterpretanti diuinam scripturam, non licet, veluti humanarum scripturarum interpretibus liberis vti verbis, sententijs aliquod oratorium robur adijcere, omissa supplere, aut effusa substringere. Nam diuinam scripturam non eadem libertate, qua humanā esse interpretandam sacri doctores docent. Hieronymus enim inquit: Ego enim non solùm fateor, sed libera voce profiteor, me in interpretatione Græcorum, absque scripturis sanctis, vbi & verborum ordo, & mysterium est, non verbum è verbo, sed sensum exprimere de sensu. Eiusdem sententiæ est Augustinus: Liberis enim verbis, inquit, loquuntur philosophi, nec in rebus ad intelligendum difficillimis offensionem religiosarum aurium pertimescunt. Nobis autem ad certā regulam loqui, fas est, ne verborum licentia, etiam de rebus, quæ his significantur, impiam gignat opinionem, &c. Quare interpres vt à germano scripturæ sensu non deficeret, aliquot sententias, aut verbum è verbo, aut alienæ linguæ siue verbis, siue proprietate seruatis transtulit. Et quia huic interpretandi regulæ, quæ ad sensus synceritatem seruandam conducit, vulgata sacræ scripturæ translatio magis quàm cæteræ accedit, ideò illam alijs præferendam esse, beatus Augustinus docet dicens: Sed quoniam & quæ sit ipsa sententia, quam plures interpretes pro sua quisque facultate, atque iudicio conantur eloqui, non apparet, nisi in ea lingua inspiciatur, quam interpretantur, et plerunque à sensu auctoris deuius aberrat interpres, si non

Hieron. ad Pammac.

Aug. de ciuit. Dei. l. 10. ca. 32.

August. de doct. chri. li. 2. ca. 15.

si non sit doctißimus. Igitur aut illarum linguarum ex quibus in latinam scripturam peruenit, petenda cognitio est, aut habendæ interpretationes eorum, qui se verbis nimis obstrinxerunt, non quia sufficiunt, sed vt ex eis libertas, vel error dirigatur aliorum, qui non magis verba, quàm sententias interpretando sequi maluerunt. Et infrà: In ipsis autem, inquit, interpretationibus Itala cæteris præferatur: nā est verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ. Hæc ille. Vnde cùm latinus interpres sacræ scripturæ verbis se obstrinxisset, vulgata editione nonnihil barbarismi, aut solœcismi commisit. Vti dum inquit, qui non ex sanguinibus, &c. Quem locum beatus Augustinus exponens, inquit: Sanguina non est latinum. Sed quia Gracè positum est pluraliter, maluit ille, qui interpretabatur, sic ponere, & quasi minus latinè loqui secundum Grammaticos, & tamen explicare veritatem secundum auditum infirmorum. Si enim diceret ex sanguine, singulari numero, non explicaret, quod volebat. Ex sanguinibus enim homines nascuntur, maris & fœminæ. Dicamus ergo, non timeamus ferulas Grammaticorum, dum tamen ad veritatem solidam, & certiorem perueniamus. Reprehendit, qui intelligit, ingratus, quia intellexit. Hæc ille. Sed sermonis vitia cùm ob multas causas in humanis scripturis excusentur, multò honestius in diuina scriptura, præcipuè cùm non varient sensum, excusanda sunt. Quintilianus enim: prima inquit, barbarismi, ac solœcismi fœditas absit: sed quia interim excusantur hæc

Marginal notes: Cap. 15. — Ioan. 1. ca. — Aug. sup. Ioan. tra. 2. — Quint. lib. capit. 9.

hæc vitia, aut consuetudine, aut auctoritate, aut vetustate, aut denique vicinitate virtutum: nam sæpe à figuris ea separare difficile est. Et infrà: Solœcismi porrò vitium non est in sensu, sed in complexu, &c. Cui correspondet etiam Tullius dicens: Formantur autem & verba, & sententiæ penè innumerabiles, quod satis scio notum esse vobis, sed inter conformationem verborum & sententiarum hoc interest, quod verborum tollitur venustas, si verba mutaris, sententiarum permanet, quibuscunque verbis vti velis. Hæc ille. Sermonis quoque vitia poëticam orationem nonnihil ornare, beatus Augustinus testatur, dicens. Solœcismos & barbarismos quos vocant, poëtæ adamauerunt, quæ schemata et Metaplasmos mutatis appellare nominibus, quàm manifesta vitia fugere maluerunt. Detrahe tamen ista carminibus, suauissima condimenta desiderabimus. Viros etiã doctos verborum vitijs non caruisse illemet infrà testatur, dum ait: Solœcismos autem quos dicimus, fortasse quisquã doctus diligenter attendens in oratione mea reperiet: non enim defuit, qui mihi nonnulla huiusmodi vitia ipsum Ciceronem fecisse peritissime persuaserit, &c. Diuinã igitur scripturam ab humanarũ disciplinarũ viris eruditis maiore eloquentia transferri, quàm à prophetis scribi, nõ decebat. Ideò sacræ scripturæ sermo inornatus, cùm nõ sit contra fidẽ nec bonos mores, prouidentiæ diuinæ ascribendus est. Vnde primitiua ecclesia eloquentes viros ad fidem prædicandam, & ad diuinam scripturam transferendã non habuit, quod si qui postea ad illã accesserũt, iam tunc

Cic. de Orat. lib. 3.

August. de ordin. lib. 2. c. 4. 17.

tunc diuina ſcriptura erat in alias linguas tranſlata.

Vulgatæ diuinæ ſcripturæ translationis, nec verba, nec locutiones ſunt variandæ.

Cap. XVI. *ET cùm vulgata tranſlatio nullum errorem contineat, illam variare, eò quòd non ſit elegans, contra religionem eſt. Nam religionis antiqua verba, teſte Quintiliano, non ſunt varianda. Saliorum, inquit, carmina vix ſacerdotibus ſuis ſatis intellecta, ſed illa mutari, vetat religio, & conſecratis vtendum eſt. Tantum ille: Vnde infideles humanarum diſciplinarum viri eruditi, religioſiores in cultu idolorum, quàm aliqui chriſtiani Grammatici in veri Dei cultu fuerunt. Illi enim falſæ religionis verbis conſecratis vtendum, iſti verò religionis chriſtianæ antiqua verba mutanda, aut potius abolenda definiunt. Illi profectò idolorum religionem, verborum cultui, iſti verò ſermonis ornatum chriſtianæ religioni prætulerunt. Hinc quiſque prudens vir animaduertere poterit, quanti recentes interpretes penderint religionē, cùm verba antiqua ab eccleſia tot ſeculis recepta, mutauêre: vti vocula, ſaluator, in ſeruator mutarunt. Iſtam quidem eſſe magis latinam, non inficior, tamē æquè religioſam eſſe, omninò nego. Vnde qui mauult, latinè, quàm religiosè loqui, dicat ſeruator: qui verò mauult religiosè quàm latinè loqui, dicat ſaluator, quia ſic eccleſia ſecundum antiquam vulgatam translationem ſolita eſt loqui, cùm inquit: Qui natus eſt hodie vobis ſaluator, qui eſt Chriſtus dominus in ciuitate*

Quint. li. 1. cap. 10.

Luc. ca. 2.

ciuitate Dauid. Veteris enim tranlationis diuinæ scripturæ verba non esse mutanda, testatur Ambrosius, cùm ait: Agnouit bos possessorem suum, & asina præsepe domini sui, imò præsepium dixerim, sicut scripsit qui transtulit. Nihil enim apud me distat in verbo, quod non distat in sensu. Hæc ille: Vnusquisque igitur pius vir potius cum Ambrosio, quàm cum Erasmo, cæterisq; neotericis interpretibus saluator dicat, quia sic dixit interpres, & ecclesia semper sic locuta fuit. De similibus quoque similis habenda est ratio. Ab hac enim verborum mutatione maximè cauendum est, nam huiusmodi variatio magis ambitiosa est, quàm religiosa: atque ita ad hæreses aperit viam, quia vt sapiens ait: Qui spernit modica, paulatim decidet. Ita, qui in verbis, Ecclesiæ consensionem spernunt, paulatim etiam à communi sensu fidei deficient. Qui etiam de eodem sensu, sed non de eisdem verbis consentiunt, de nomine tantùm litigant. Hieronymus enim ait: Nolumus igitur immutare, quod ab antiquis legebatur, quia idem sensus erat. Et infrà: Et quæso, inquit, vos, vt huiusmodi ineptias, & superfluas contentiones, vbi nulla est sensus mutatio, declinetis. Tantū ille. Vnde ecclesiastici doctores quanquā in vulgata translatione aut ambiguè, aut minus explicitè aliquid translatum animaduertissent, nec verba, nec phrasin mutarunt. Verùm in suis commentarijs aut illa loca exposuerunt, aut aliquam annotationem ex latere addiderunt. Istud se fecisse beatus testatur Hieronymus, dicens. Et miror quomodo è latere annotationem nostram, nescio quis temerarius

Amb. Luc. 2. cap.

Eccl. 19. c.

Hieron. ad Suinam, & Fretel.

ſcribendam in corpore putauerit, quam nos pro eruditione legentis ſcripſimus. Eiuſdem ſententiæ eſt paulò inferiùs, dicens: Hoc enim inquit, quod ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt, propter vetuſtatem in eccleſia decantandum eſt, & illud ab eruditis ſciendum propter noticiam ſcripturarum. Vnde ſi quid pro ſtudio ex latere additum eſt. non debet poni in corpore, ne priorem tranſlationem pro ſcribentium voluntate conturbet. Simile quid beatus Ambroſius ſuper Lucæ Euangelium fecit: nam cùm vulgata editio dicat. Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum Magiſter, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quàm quod conſtitutum eſt vobis, faciatis. Ille exponens inquit. Singulis quoque generibus hominum conueniens tribuit ſanctus baptiſta Iohannes reſponſum vnum omnibus, ita publicanus, ne vltra præſcripta exigant, &c. Quod enim vulgata editio verbum è verbo transferens dixit, faciatis, Ambroſius expoſuit dicens, exigatis. Beatus quoque Auguſtinus eodem modo exponit, cùm inquit: Et quos baptiſta Iohannes alloquitur exactores, &c. Sed nouus Auguſtini commentator, Lucæ, inquit, tertio ſic vulgò legitur: Venerunt autem publicani, vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magiſter, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quàm quod conſtitutum eſt vobis facite, pro facite eſt græcè πράσετε, quod primus annotauit Eraſmus vertendum, exigite. Hinc Auguſtinus rectè exactores nominat, qui dicuntur τελῶναι. Quod ſi iſte tam verſatus in religioſis,

Amb. ſup. Luc. 3. cap.

Aug. de ciuit. Dei li. 2. cap. 19.

L. Viues.

ligiosis, quàm in prophanis scripturis fuisset, profe-ctò intellexisset multis seculis ante Erasmum illud ab Ambrosio fuisse annotatum. Verùntamen Ambro-sius honorans vulgatam editionem, faciatis expòsuit per exigatis: Sed Erasmus Grammaticorum more, ignorantiæ interpretem taxans, quanquam idem sit sensus, in sua noua translatione verba consecrata ir-religiosè mutauit. Alterius etiam linguæ seu verba, seu proprietates repertæ in vulgata translatione, vti illa vocula, scandalum, & illud maior horum cha-ritas, non sunt varianda, quia idem est sensus. Hie-ronymus: siue septuaginta interpretes, siue aposto-los id curasse, vt quoniam prima ecclesia ex Iudæis fuerat congregata, nihil ad credentium scandalum innouarent, sed ita vt à paruo imbiberant, traderēt: posteà verò quàm in vniuersas gentes Euangelij di-latatus est sermo, non potuisse semel suscepta mu-tari, licèt & illud in libris suis, quos ἐξηγητικοὺς vo-cant, Origenes asserit, propter vernaculum linguæ vniuscuiusque idioma non posse ita apud alios sona-re, vt apud suos dicta sunt, & multò melius esse non interpretata ponere, quàm vim eorum interpretati-one tenuare. Cum quibus etiam conuenit Augu-stinus. Nam non solùm, inquit, verba singula, sed eti-àm locutiones sæpè transferuntur, quæ omninò in la-tina lingua vsum, si quis consuetudinem veterū, qui latinè loquuti sunt, tenere voluerit, transire non pos-sent, etc. Versatis quidem in lectione sacræ scripturæ, et veritatis amātibus tantùm abest, vt sacræ scriptu-ræ vulgata editio verbis inornata, vt potius humanis

Hieron. ad Marc.

August. de doct. chri., li. 2. ca. 13.

August. de doct. chri. lib. 2. ca. 14. *scripturis appareat ornatior. Vt manifestè docet Augustinus: Quanquam tanta est, inquit, vis consuetudinis etiam ad discendum, vt qui in scripturis sanctis quodammodo nutriti, educatiq́ sunt, magis alias locutiones mirentur, eas minus latinas putant, quàm illos, quas in scripturis dedicerunt, neque in latina lingua auctoribus reperiuntur, &c. In præsenti seculo sacrorum doctorum lectionem propter stili humilitatem fastidientes, non deesse, Erasmus de libris* Erasm. ad ec. in lib. Au. de moribus eccl. *Augustini disserens, testatur dicens: Tandem vsus, vt fit, in naturam abijt. Ita denique factum est, vt hodie nec à tenuiter literatis satis intelligatur, & à politioribus non sine tædio legatur, nisi pietas excludat fastidium. Hæc ille: Sicut enim, qui stomachi fastidio laborant, libentiùs mortiferos, quàm salutares cibos edunt: ita in hoc infelicißimo seculo multi potiùs recentes sectarios scriptores, quàm priscos catholicos doctores legunt, & hæreses verborum cultu ornatas magis, quam catholicam fidem amplexantur. Istius fastidij causam beatus augustinus exponit, dicens:*

August. de doct. chri. lib. 2. ca. 13. *Vtrum enim ignoscere producta tertia syllaba, vel correpta dicatur, non multum curat, qui peccatis suis Deum, vt ignoscat, petit, quolibet modo illud verbum sonare potuerit. Quid est ergo integritas locutionis, nisi latinæ consuetudinis conseruatio, loquentium veterum auctoritate firmata? sed tamen eò magis inde offendūtur homines, quo infirmiores sunt, & eò sunt infirmiores, quò doctiores esse volunt, non rerum scientia, qua ædificamur, sed signorum, qua non inflari omninò, difficile est, cùm & ipsa rerum scientia sæ-*

pe

pe ceruicem erigat, nisi dominico reprimatur iugo.

Sine humanarum disciplinarum exacta eruditione, diuinæ scripturæ explicita noticia habetur.

AVgustinus quidem docens qualiter humanarum scientiarum eruditi viri sacros doctores legere debeant, ait: Sed illud planè non prætereundū est, vt si ad te quisquam catechizandus venerit, liberalibus doctrinis excultus. Et infrà: Nec ipse sanè inutiliter interrogatur, quibus rebus motus sit, vt velit esse Christianus, vt si libris ei persuasum videris siue canonicis, siue vtilium tractatorum, de his aliquid in principio loquaris, collaudans eos pro diuersitate meritorum canonicæ auctoritatis, & exponentium solertissima diligētia, maximeq́; commendans in scripturis canonicis admirandæ altitudinis saluberrimā humilitatem: in illis autem pro sua cuiusque facultate aptum superbioribus, & per hoc inferioribus animis stilum sonantioris, & quasi ornatioris eloquij. Item paulò inferius inquit: Si autem in alicuius hæretici volumina incurrit, & nesciens fortè, quod vera fides improbat, tenuit animo, & catholicum esse arbitratur, sedulò edocendus est, prælata auctoritate vniuersalis ecclesiæ, aliorumq́; doctissimorum hominum & disputationibus, & scriptionibus in eius ætate florentium. Etiam in eodem libro: Sunt item, inquit, quidam de scholis visitatissimis Grammaticorum, oratorumq́; venientes, quos neque inter idiotas numerare audeas, neque inter illos doctissimos, quorum

Cap. XVII. Aug. de catechizan. rud. cap. 8.

Cap. 9.

rum mens magnarum rerum est exercitata quæstionibus. His ergo qui loquendi arte cæteris hominibus excellere videntur, cùm veniunt, vt christiani fiant, hoc ampliùs, quàm illis illiteratis impartiri debemus quod sedulò monendi sunt, vt humilitate indui christiana, discant nō contemnere. quos cognouerint, morum vitia, quàm verborum ampliùs deuitare, & cordi casto, linguam exercitatam nec conferre audeāt, quam etiam præferre consueuerant. Maximè autem isti docendi sunt, scripturas audire diuinas, ne sordeat eis solidum eloquium, quia non est inflatum. Infrà etiam ait: His enim maximè vtile est, nosse, ita esse verbis præponendas sententias, vt præponitur animus corpori, ex quo fit, vt ita malle debeāt veriores, quàm dissertiores audire sermones. sicut malle debent, prudētiores, quàm formosiores habere amicos. Nouerint etiā nō esse vocem ad aures Dei, nisi animi affectum: ita enim non irridebunt, si aliquos antistites, & ministros ecclesiæ fortè animaduerterint, vel cum barbarismis, & solœcismis Deum inuocare, vel eadem verba, quæ pronunciant, non intelligere, perturbateq́ue distinguere, &c. Atque hæc quidem omnia, quæ Beatus Augustinus eruditis catechhizandis dixit, potiùs omnibus baptizatis dicta esse existimandum est, & maximè illis, qui linguarum eruditione pollent. Nam huiusmodi scholasticos Theologos, iurisq́ue peritos, eò quod non sint eloquentes, non esse sapientes existimant, vti illorum quidam testatur, dum ait: Mihi nequaquā potuit illud declarari, quò pacto librum quis intelligat, quacunque de re sit ille composi-

L. Viues, in Aug. de ciuit. Dei li. 2, cap. 13.

compositus, qui linguam, qua scriptus est, ignoret. Sæpè hac de re cum hominibus meo iudicio non imperitis, suo peritißimis, disputaui, me non intelligere dicebam, quemadmodum Scotus, Occam, & similes sacros scriptores intelligere, atque enarrare potuerint. Accursius, Bartholus, & Baldus iura cùm latinè nesciuerint, quo sermone & hæc & illi traditi essent, &c. Sed profectò ille decipitur: Nam sicut Paulus imperitus sermone, sed non scientia fuit: ita Scotus, cæteriq́, quos ille commemorat, fuerunt. Quinimò Paulus per illas voculas, imperitus sermone, non negat se habere mediocrem, sed exactam peritiam sermonis: habuit enim, quantam ad diuina mysteria explicanda oportuit. Vnde falluntur Grammatici illi, qui talem noticiam ignorantiam existimant, cùm tamen ignorantia non sit, quia multò maior est numerus eorum, qui cum mediocri linguæ noticia, & viua magistri voce disciplinarum perfectam & explicatiorem noticiam adepti sunt, quàm eorum, qui sine magistro sermonis peritos se profitentur. Nam vnaquæq; disciplina, præcipuè theologia doctorem, & lumen meritò desiderat. De scholasticis verò theologis, & iurisperitis idem, quod beatus Augustinus de sua matre, candidè existimandum est. Sed tu, inquit, contẽptis vel puerilibus rebus, vel ad te non pertinentibus, ita Gràmaticæ penè diuinã vim naturamq́, cognoscis, vt eius animã tenuisse, corpus reliquisse disertis videaris. Hoc enim de cæteris huiusmodi artibus dixerim, quas si penitùs fortasse contẽnis, admoneo te quantum filius, audeo quantum permit- Aug. de ord. lib. 2. ca. 17.

tis, vt fidem istam tuam, quam venerandis mysterijs percepisti, firmè, cautéq; custodias: deinde, vt in hac vita, atque moribus constanter, vigilanterq; permaneas. Tantum igitur ille de verborum ornatu: quæ omnia non certé quòd eloquentiam damnem, sed quo illi sapientiam præferam, in medium adduxi: & si qui sunt contrarium opinantes, illis cum Quintiliano respondeo: Quare, inquit, nemo ex corruptis dicat, me inimicum esse cultè dicentibus. Non nego hanc esse virtutem, sed illis eam non tribuo. An ego fundum cultiorem putem, in quo mihi quis ostenderet lilia, et violas, & amænos fontes surgentes, quàm vbi plena messis, aut graues fructu vites erunt? sterilem platanum, tonsasq; myrtos, quàm maritam vlmum, & vberas oleas praoptarim? Habeant illa diuites, licet, quid essent? si aliud nihil haberent? Nullusne ergo etiam fructiferis adhibendus est decor? quis negat? Hæc ille: Sed cùm non cuiuis tum sapientia, tum eloquentia pollere datum sit, meritò sicut auari, plus rude, quàm laboratum aurum existimant: ita philosophi vbi plus eloquentiæ, minus esse sapientiæ existimarunt. Atque hæc quidem disciplinarum æstimatio, maximè in theologia æquissima est, quia diuinam sapientiam humana eloquentia non decet.

Quint. li. 8. capit. 3

In religione, sicut in disciplinis humanis fit, nouis interdum vti verbis oportet.

Ca. XVIII. N*Eminem quidem latet, hominum societatem, humanasq; disciplinas certam locutionem*

nem exigere. nam verborum mutatio, perinde ac linguarum confusio societatem dissoluit. Multi etiam propter verborum mutationem non solùm à disciplinarum, sed à fidei communi sensu defecerunt: locutionis enim variatio sensum nonnunquam variat. Quare certam locutionem in omnibus disciplinis seruare, vt Quintilianus, docet, oportet. Quid enim, inquit, tam necessarium, quàm certa locutio? Imò inhærendum ei iudico, quoad licet. Ille profectò per ista verba, quoad licet, quod quando veritas laborat, ad illam explicandam nouis verbis vti oporteat, significat. Nam ad cauendum ambiguitates, & varios sensus latentes, aut in communibus, aut translatis verbis, propria verba sunt necessaria. Verùm cùm nulla lingua ad singulas rerum proprietates explicādas propria habeat verba, ideò disciplinarum professoribus, aut noua verba, aut antiquis nouam significationem dare, non solùm licuit, sed fuit necessarium. Ad vulgares quidem res explicandas quando propria verba desunt, non solùm viri eruditi, sed indocta plebs verbis vtūtur trāslatis. At in disciplinis huiusmodi locutio tantùm abest, vt ad dogmatū veritatē explicāda conducat, vt potiùs illā ambiguā reddat. Vnde vnaquæq; ars, & disciplina specialibus indiget verbis, vt Tullius exponit, dum ait: Stoicorum autem non ignoras, quàm sit subtile, vel spinosum potius disserendi genus, idq; cùm græcis, tùm nobis magis, quibus etiam verba parienda sunt, imponendaq; noua nouis rebus nomina, quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitans in omni arte, cuius vsus vulgaris

Quint. lib. 1. cap. 9.

Cic. de fin. libro 3.

communisq; non sit, multam nouitatem nominum esse, cùm constituantur earum rerum vocabula, quæ in quaque arte versentur. Itaq; & Dialectici, & Physici, verbis vtuntur ijs, quæ ipsi Græciæ nota non sunt. Geometræ verò, Musici, Grammatici etiã more quodam loquuntur suo. Item ipsæ Rhetorum artes, quæ sunt totæ forenses, atq; populares, verbis tamen in dicendo quasi priuatis vtuntur, ac suis. Atq; vt omittam has artes elegãtes, et ingenuas, nec opifices quidem sua artificia tueri possent, nisi vocabulis vterentur nobis incognitis, vsitatis sibi. Quinetiam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia: tamen eas res, in quibus versatur, nominibus notauit nouis: quo magis hoc philosopho faciendũ est? Ars est enim philosophia vitæ, de qua disserens, arripere verba de foro nõ potest, quanquã ex omnibus philosophis stoici plurima nominauerunt. Zeno quoq; eorũ princeps non tam rerum inuentor fuit, quàm nouorum verborum. Quod si in ea lingua, quam pleriq; vberiorem putant, concessum à Græcia est, vt doctissimi homines de rebus non peruulgatis, inusitatis verbis vterentur, quanto id vel nobis magis est concedendũ? qui ea nunc primùm audemus attingere. Hæc ille: Et non solùm in humanis disciplinis, sed etiam in religione verborum nouitas est necessaria. Augustinus: audite, inquit, apostolum talia prauidentem, & ea vitanda salubriter admonentem: Prophanas, inquit, verborum nouitates deuita: multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum sicut cancer serpit. Et non ait, verborum nouitates, sed addit. prophanas:

Aug. sup. Ioan. trac. 97.

sunt

sunt enim & doctrinæ religionis congruentes verborum nouitates, sicut ipsum nomen christianorum, quando dici cæperit, scriptum est. In Anthiochia enim primùm post ascensionem Domini appellati sunt discipuli christiani, sicut legitur in actis apostolorum, & xenodochia, & monasteria posteà sunt appellata nouis nominibus, res tamen ipsæ & ante nomina sua erant, & religionis veritate firmantur, quæ etiã contrà impios defendantur. Aduersus impietatem quoq; Arrianorum hæreticorum nouum nomen patres Homousion condiderunt, sed non rem nouam tali nomine signauerunt. Hoc enim vocatur Homousion, quod est, ego et pater vnũ sumus, vnius videlicet, eiusdemq; substantiæ. Nam si omnis nouitas prophana esset, nec à domino diceretur, mandatum nouum do vobis: nec testamentum appellaretur nouum. Tantùm ille. Paulus igitur non quamcunque verborum nouitatem, sed illam, quæ aut non est necessaria ad verum explicandum sensum, aut noua, falsaq; dogmata astruit, & damnat.

Linguarum doctrina tum cognitio ad cæterarum disciplinarum propria vocabula cognoscenda, parum, aut nihil prodest. Cap. XIX.

VErborũ igitur quemadmodũ quædã vulgaria, quædã verò vniuscuiusq; disciplinæ sunt ꝓpria. Similiter verborũ significatio quædã vulgaris, quædã verò specialis est: verbi gratia, hæc vocula, verbũ, latinè quãcũq; orationis partẽ: Grãmaticè tantũ vnã:

in

in christiana verò religione Dei filium significat. Istarum significationum prima, scilicet latina, vulgaris, communisq́ est, alia verò speciales sunt. Vnde latinus tantùm, non Grammaticus primam significationem intelligit, sed secundam ignorat, quia propria Grammaticæ artis est, quam ille ignorat. Augustinus: Nam neq ipsa, inquit, arte Grammaticæ, quæ discitur locutionis integritas, indigerent pueri, si eis inter homines, qui integrè loquerentur, crescere daretur, & viuere. Nescientes quippe vlla nomina vitiorum, quicquid vitiorum cuiusquam ore loquentis audirent, sana sua consuetudine reprehenderent, & cauerent, sicut rusticos vrbani reprehendunt, etiam qui littetas nesciunt. Hæc ille: Similiter latinus et Grammaticus, non christianus etsi primam, & secũdam, tamen tertiam significationem non intelligit, quia Euangelium ignorat, cuius ista specialis est significatio. Quare viri eruditi, modestè sapientes inter vulgaria, & artium propria verba, & inter verborum communem & particularem significationem, distinctionem constituunt: quia illa omnibus peritis linguarum, ista verò tantùm eruditis in specialibus disciplinis nota sunt: quã distinctionem aliqui Grammatici non animaduertentes, illorumq́ sectatores cùm in humanis disciplinis, tùm in fide non raro allucinati fuerunt, veluti quidam, dum ait: Persona est, inquit Boëtius, incõmutabilis naturæ indiuidua substantia, existimans se argumentatione collegisse, quasi non sit qualitas, nec aliud prædicamentum vllum, sed substantia: sed huic homini Romano ostendam

August. de doct. chri. li. 4. ca. 3.

Laur. Vall, li. 6: ca. 33.

dam Romanè loqui nescire, &c. Verùm si ille inter vulgarem, & specialem significationem distinxisset, non temerè Boëtium reprehendisset. Nam iste non iuxta vulgarem, sed secundum specialem significationem personam definit: & quemadmodum si quis latinus, non Grammaticus aduersus Donatum dicentem, verbum est, quod significat cum tempore, &c. obijceret, quod verbum non solùm vnam, sed omnes orationis partes significat, se ignorare Grammaticā ostenderet: ita reprehendens Boëtium in definitione personæ, se ignorare philosophiam, seu Dialecticam præsefert. Nam rationalis naturæ substantia per se primò subsistens, à philosophis persona appellatur. Verùm illi, voce persona in speciali significatione non ad vulgariter loquendum, sed ad substantiæ proprietates explicandas vtuntur. Quare, quanquam secundum vulgarem significationem Petro plures personæ accidant, nam Petrus ad Christum persona apostoli, ad Andream persona fratris, & ad plebem pastoris persona est, tamen secundum specialem significationem, Petrus tantùm est vna persona, id est indiuidua substantia per se subsistens Vnde cùm ille specialem significationē ignorasset, ex isto paruo errore in principio, ortus est alius maior in progreßu, videlicet, quòd personæ diuinæ sunt qualitates. Tales, inquit, qualitates statuo in Deo, & has personas dico, quæ ab eo abeße non poßunt, & qualitatem significare non substantiam, vt Boëtius voluit, qui nos barbarè loqui docuit. Ille profectò in Deo cum eßentiæ vnitate eße tres personas, non aliter, quàm secundum vulgarem signifi- L. Valla.

significationem intellexit: inquit enim. Quanquam Boëtius ipse viderit, quomodo persona est substantia. Sunt autem in Deo tres personæ, & non tres substantias illi adesse, intelligamus. Ille igitur sicut in Petro est vna substantia, & multiplex persona iuxta vulgarem significationem, ita esse in Deo profitetur: sed talis assertio Sabellij hæresis est, negantis in Deo realem Trinitatem. Nam aliter in Deo, quàm in Petro est multiplex persona, quod Christus exponit, dùm ait: Ego & pater vnum sumus, quod certè Petrus dicere non poterit: non enim dicet, ego & Christi apostolus, & pastor ouium vnum sumus, quia in Deo pater non est filius, atque ideò in plurali dixit, sumus: in Petro verò Christi apostolus, & pastor ouium est Andreæ frater, quia personæ secundum vulgarem latinã significationem non ponunt distinctionem realem, at pluralitas personarum in significatione speciali distinctionem realem necessariò exigit.

Cap. XX.

Ad tenendam fidem antiquam, vti antiquis verbis, non est necesse.

PRæterea scholastici theologi ad explicandam in Christo esse duas naturas, & tantùm vnam personam, hac voce, HVMANITAS, potiùs, quàm illa, HOMO, vtendum esse definiunt: atque ita illi non dicunt, Deum assumpsisse hominem, sed humanitatem, aduersus quos beati Augustini locutionem, videlicet: incommutabilis Deus, absit vt contaminationem timeret ex homine, quo indutus est, quidam obijcit, dicens: Sic semper Augustinus & Hieronymus. L. Viues in Aug. de ciuit. Dei li. 9. cap. 17.

&

& cæteri latini scriptores nostræ religionis. Græci ἄνθρωπον *in Christo dicunt, id est, hominem, nec ferè norunt aliud loquendi genus, cùm de assumpto à filio Dei homine loquuntur. Recentiores theologi, vt ipsi soli de cœlo cecidisse videātur, scrutata tota Christi & diuinitate, & humanitate, inuenerunt, non hominem assumpsisse, sed humanitatem, & hoc dicunt esse aduersus hæreticos tutissimùm, ceu parùm tuti essemus futuri, Augustini & Hieronymi dictis muniti. Hæc ille: Sed is nimirum fallitur, nam vt non recedamus à fide ecclesiæ in quibusdam dogmatibus explicandis, à verbis antiquorum patrum oportet recedere, nec per hoc quod recedimus à verbis, recedimus à sensu. Nam postquàm aliqui, perperam intelligentes patrum verba, lapsi sunt in hæresin, ne alij similiter errent, nouis verbis vtendum est. Sunt enim quædam verba, quæ à patribus in vero sensu dicta sunt, tamen ab audiente possunt malè & benè intelligi, quod Augustinus exponit, dùm ait: Sed his accidit aliud genus, sanè latè patens, & semen innumerabilium dissensionum, atque certaminum, cùm ille qui loquitur, eadem quidem significat, quæ cogitat, sed plerunq; tantùm sibi, et alijs quibusdam: ei verò cui loquitur, & item alijs nonnullis non idem significat. Tantum ille. Simili modo ista verba Deus assumpsit hominem, possunt malè & benè intelligi, & quia à Nestorio hæretico fuére malè intellecta, ideò scholastici theologi illā voculā, hominem, mutare in humanitatem voluére. Nam eo quod Dei filius factus est homo, in Christo non sunt duæ personæ,* (August. de Ma. lib. cap. 13.)

sed

sed vna tantùm diuina persona, & hoc explicatur, cùm dicimus, Deus assumpsit humanitatem, quia homo suppositi est nomẽ, humanitas verò nomen est naturæ. Sed nouus ille Augustini commentator hanc rationem vilipendens, inquit: Quis hæreticus non se irridere nos putet, si hisce vtatur? quis non irrideri, si vtamur? Illi profectò hæretici, & Grammatici illam rationem irriderent, qui verborum specialem significationem ignorarent, sed quàm necessarium sit distinguere nomen suppositi à nomine naturæ, fidei symbolum docet, cùm loquens de filio ait: Et ex patre natum Deum de Deo, &c. Deus quidem est nomẽ suppositi, Deitas verò est nomen naturæ: & quia in Deo sunt tres personæ, id est, tria supposita, ideò fides catholica confitetur, quòd Deus genuit Deum, & Deus generatur à Deo, id est, Deus pater genuit Deum filium, & filius est Deus de Deo. At quia in Deo tantùm est vna natura, id est, Deitas, ideò fides catholica asserentes quod Deitas generat, aut generatur, hæreses damnat. Nulli enim dubium est, quin hæc duo nomina, Deitas & Deus, idem significent: tamen ex vario modo significandi, quem Grammatici non animaduertunt, illa assertio est catholica, Deus generat, & generatur: at ista est hæretica, Deitas generat & generatur. Simili modo ista assertio est catholica, Deus assumpsit humanitatem: Illa verò, Deus assumpsit hominem, est hæretica. Nam sicut album significat albedinem subiecto inhærentem, propter quod album est concretum, ita homo significat humanitatem suppositatam, seu personatã, vt sic loquar, propter quod

homo est nomen suppositi. Quare si verbum assumpsisset hominem, tunc in Christo fuissent duæ personæ, videlicet diuina, & humana, quod est hæreticum. Similiter sicut, licèt albedo nunquam nō inhæreat, hæc vocula albedo, perinde ac si nō inhæreat, illam significat, propter quod albedo est abstractum: ita licèt hominis natura nunquam non sit in persona, id est, in homine, tamen hoc verbum humanitas, perinde ac si non esset in persona, illam significat. Quare humanitas est nomen naturæ, & cùm Dei filius hominis naturam assumpsisset ad vnitatem personæ, ideò humanitas Christi non in humana, sed in diuina persona fuit supposita, & personata. Vnde in Christo vna tantùm persona, scilicet diuina, in duabus naturis, quia Deus non personam sed humanitatem assumpsit. Atque hæc est causa quare ad hanc veritatem explicandam, theologi illo verbo, HVMANITAS, & non isto, HOMO, vtuntur, & quanquam in verbis illi dissentiant ab antiquis patribus, non dissentiunt in sensu. Imò quamuis ante exortas hæreses illa locutio sufficiebat, tamen posteà non sufficit, quia homines faciliùs sensum, quàm verum sensum ex verbis ambiguis percipiunt. Antiqui etiam quidam patres, humanitatem non hominem Dei filium assumpsisse, dixêre. Leo enim papa ait: Dei nanq; filius secundum plenitudinem temporis, quam diuini consilij inscrutabilis altitudo disposuit, reconciliandam auctori suo naturam generis assumpsit humani. Athanasius quoq; de Christo inquit: Qui licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed vnus est Christus:

Leo papa sermon. 1. natiuit.

Athan. in symbol.

E vnus

vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Nonnulli pro fectò linguarum periti inter suppositum, et naturam, & inter istas locutiones: Deus assumpsit hominem, & Deus assumpsit humanitatem non distinguunt, quia illarum rerum noticiam discere contemnunt. Veluti Grammaticus ille à Ceporino philosopho ignorantia reuictus, de quo Gellius ait: Tum ille ostentator voce tam molli, atq; demissa: philosophias ego, inquit, non didici, nec discere appetiui, &c.

Gell. lib. 4 cap. 1.

Religionis antiquata verba non sunt retinenda.

Cap. XXI. *PRaeterea scholastici ad explicandum quod in Christo duae naturae, videlicet Deitas, & humanitas non sunt confusae, iuxta Athanasij sententiam dicentis: Vnus omninò, non confusione substantiae, sed vnitate personae verbo vniendi vtuntur. Sed Erasmus Irenai & Augustini locutiones illis opponit, dicens: Capitulo vigesimo primo dicit (scilicet Irenaeus) filium hominis commixtum verbo Dei, pio quidem sensu, sed verbo, quod nunc auersantur, theologorum aures, cùm à permiscendi, miscendiq; vocabulis non abhorruerit Augustinus epistola tertia: tametsi quod Augustinus dixit, duriùs est dicto Irenai: Ait enim, quomodo Deus homini permixtus sit: Irenaus dicit, hominem Deo commixtum. Solum autem vniendi verbum nunc placet scholis, cùm nulla vox sit magis impia, nisi benignè interpretemur. Hac ob eos commemoro, qui miras concitant Tragœdias ob voculas, quarum emphasin interdum*

Athan. in symbol.

Eras. in argum. lib. 3. Irenaei.

non

non intelligunt. Tantum ille. Irenæus quidem verbo commiſcendi ſemel, vniendi vero verbo non rarò fuit vſus. Inquit enim, offenſio manifeſtè quod in principio verbum exiſtens apud Deum, per quem omnia facta ſunt, qui & ſemper aderat generi humano, huic nouiſſimis temporibus ſecundum præfinitum tempus à patre vnitum ſuo plaſmati, paſſibilem hominem factum. Et infrà: Eſt enim, inquit piiſſimus & miſericors dominus, & amans humanum genus: hærere itaque fecit, & aduniuit, quemadmodum prædiximus, hominem Deo. Cum quibus conueniunt, quæ alio loco dixit. Vani autem & Ebionei vnitionem Dei & hominis per fidem non recipientes in ſuam animam. Et infra: Quoniam quemadmodũ, inquit, ab initio plaſmationis noſtræ in Adã; ea quæ fuit à Deo inſpiratio vitæ, vnita plaſmati, animauit hominem, & animal rationale oſtendit. Sic in fine Verbum patris, & ſpiritus Dei adunitus antiquæ ſubſtantiæ plaſmationis Adæ, viuentem & perfectum efficit hominem. Hæc ille. Vnde eccleſiaſticis ſcriptoribus iuxta eccleſiæ communem ſenſum verbo vniendi ab Irenæo frequentato vtẽtibus, verba permiſcendi et commiſcendi, antiquata fuerunt, ſed verba abrogata retinere, præcipuè illa, quæ ambiguũ, aut falſum ſenſum habent, nõ veritatis, ſed erroris amantis eſt. Verbis quidem abolitis non eſſe vtendum, Quintilianus exponit, dùm ait: Quid enim tã neceſſarium, quàm certa locutio? imò inhærendum ei iudico, quoad licet, diu enim mutantibus repugnandũ: ſed abolita, atq; abrogata retinere, inſolentiæ cuiuſdam eſt, & friuo-

Iren. lib. 3. capite 20.

Libro 5.

Quint. li. 1. ca. 9. & 10.

læ in paruis iactantiæ. Et infrà: Oratio verò, inquit, cuius summa virtus est perspicuitas, quàm sit vitiosa, si egeat interprete. Ergo vt nouorum optima erunt maximè vetera, ita veterum maximè noua. Similis circa auctoritatem ratio: nam, etiamsi potest videri nihil peccare, qui vtitur his verbis, quæ summi auctores tradiderunt, multùm tamen refert, non solùm quid dixerint, sed etiam quid persuaserint. Neque tuburchiabundum, & lurchabundum iam in nobis quisquam ferat, licet Cato sit auctor. Nec hos lodices, quanquam Pollioni id placeat, nec gladiola, atqui Messala dixit, nec parricidatum, quod in Cœlio vix tolerabile videtur, nec collos mihi Caluus persuaserit, quæ nec ipsi iam dicerent. Similiter istæ locutiones, videlicet, hominem permixtum, et commixtum Deo, quis ferat? Et licet Irenæus, Augustinus, Hieronymus, & cæteri antiqui patres sint auctores, nec ipsi iam dicerent. Neque etiam video, qualiter, quod Augustinus dixit, durius sit dicto Irenæi: tum, quia verba commiscendi, & permiscendi sunt synonyma, tùm quia Augustinus significationem verbi permiscendi, qua vtitur, exponit, Irenæus verò verbum commiscendi simili indigens expositione, non explicat.

Aug. epi. 3. *Ille enim ait: Si autem quidam reddi sibi rationem flagitant, quomodo Deus homini permixtus sit, vt vna fieret persona Christi, cùm hoc semel fieri oportuerit, quasi rationem sibi reddant de re, quæ quotidie fit, quomodo misceatur anima corpori, vt vna persona fiat hominis? Nam sicut in vnitate personæ anima vnitur corpori, vt homo sit, ita in vnitate personæ*

Deus

Deus vnitur homini, vt Christus sit. In illa ergo persona mixtura est animæ & corporis: in hac persona est mixtura Dei & hominis: si tamen recedat auditor à consuetudine corporum, qua solent duo liquores ita commisceri, vt neuter seruet integritatem suam, quanquam & ipsis corporibus aëri lux incorrupta misceatur. Ergo persona hominis, mixtura est animæ & corporis: persona autem Christi mixtura est Dei & hominis. Beatus igitur Augustinus non in significatione propria, sed impropria vtitur verbo permiscendi: at scholastici doctores in explicandis fidei dogmatibus non vtũtur improprijs verbis, quia translatæ locutiones ad explicandam veritatem non conducunt, cùm in eis ambigua latent. Atque ideo illi, non quòd non intelligant emphasin, sed quod huiusmodi locutiones non explicent verum sensum, commiscendi, & permiscendi verba damnant: sciunt equidem illi, quod in vulgaribus, & popularibus locutionibus cuilibet liceat verbis translatis vti. Cùm igitur permiscendi, & commiscendi verba in significatione propria incarnationis mysterium nec secundum dignitatem, nec secundum veritatem explicent, meritò illa fuerunt abrogata. Atque cùm verbum vniendi secundum significationem propriam, duas naturas esse in Christo inconfusas sine interpretatione explicet, ideò scholastici illo tanquam magis conducenti ad illud explicandum mysterium vtuntur. Nam Ireneus, & Augustinus verbo vniendi præcipuè vtuntur in hac materia, & ad explicandum, qualiter Deitas et humanitas nõ permixtè, sed vnitè Chri-

stum constituant, animæ & corporis vnionis similitudinem, vt superiùs allegaui, adducunt. Athanasius quoque ait: Sicut anima rationalis & caro vnus est homo: ita Deus & homo vnus est Christus. Leo etiam papa incarnationis mysterium vnionem & copulam appellat, dùm ait: Quod enim verbum caro factum est, non hoc significat, quod in carnem sit Dei natura mutata, sed quod à verbo in vnitatem personæ sit caro suscepta. In cuius vtique nominè homo totus accipitur, cùm quo intra virginis viscera Sanctospiritu fœcundata, & nunquam virginitate caritura tam inseparabiliter Dei filius vnitur, vt qui erat intemporabiliter de essentia patris genitus, ipse sit temporaliter de vtero virginis natus. Et in alio loco: Indesinenter tamen, inquit, ipsum partum salutiferæ virginis adoramus. & illam verbi & carnis indissolubilem copulam non minus suscepimus in præsepe iacentem, quã in throno paternæ altitudinis considentem. Hæc ille. Sed Deitatis, & humanitatis vnio perfectior est, quàm vnio animæ & corporis. Nam per corporis & animæ vnionem, corpus non est anima: per vnionem verò humanitatis ad verbum, Deus est homo, & homo est Deus. Incarnationis enim mysterium nullo verbo potest melius explicari, quàm verbo vniendi, nam cætera verba, quibus ecclesiastici doctores ad explicandam verbi incarnationem vtuntur, per illud exponuntur. Quare Erasmus viderit, an in schola inuidiam vniendi verbum apud omnes frequentatum reprobauerit, cùm ait: Solum autem vniendi verbum non placet scholis, cùm nulla vox sit magis

Athan. in symbol. Leo papa de natiuit. Christ. sermo. 7. & 9.

magis impia, nisi benignè interpretemur. Sed profectò fallitur ille, quia quædam alia verba mysterium incarnationis exponentia, traduntur in diuina scriptura. quæ benigniori quàm vniendi verbum indigent interpretatione: atq; ideò non sunt impia, vt illa, Verbum caro factum est, & factum est ex muliere, & exinaniuit semetipsum, &c. In illis enim illud verbum, factum, non accipitur propriè sicut in hac. Vt autem Architiclinus gustasset aquam in vinum factam. Nam humanitas non sicut aqua in vinum ita est mutata, aut conuersa in Deum, sed est vnita Deo. Atq; cùm illum verbum, factum, secundum catholicum sensum explicetur, per verbum vniendi necesse est, quod tam pium sit exponens verbum, quàm expositum. Quare cùm illa euangelica locutio, verbum caro factum est, sit tam pia, quàm quæ maximè: etiam ista, humanitas est vnita verbo, quæ illius explicat sensum, erit pia, contrà infideles qui humanitatem vnitã esse Deo non credentes, vniendi verbum impiũ existimant. Atq; hæc à me dicta sunt quo Grãmatici omnes intelligant, quod præter vulgaria verba, vnaquæq; disciplina vtitur proprijs verbis, atq; ne illi aliarum disciplinarum & maximè ecclesiasticorum scriptorũ libros corrigant, nec à numero semoueant. Nã quàm temerè ab illis ista fiant, ipsimet testantur, illorũ enim quidam ait. Quod ego mutatum esse nolo dicere ab ipso Aulo Gellio, sed à Grãmatica professoribus, quorũ nihil est supercilio superbiùs, nihilq; improbius & ad emendandos libros vel corrumpendos potiùs, magis audax, &c.

Ioan. 1. ep. Ad Gal. 4. Phil. 2. Ad Ioan. 2. ca.

L. Vall. li. 2. cap. 1.

Ab ecclesiasticis libris Grammaticas annotationes expungere, expedit.

Cap. XXII.

QVod si ab hac emendandi librorum temeritate illi met, ac presentis seculi quidam linguarum eruditi, calamum continerent, non minima controuersiarum pars ab ecclesia sublata fuisset. Nam multi corrigentes scripturarum verba, aut corrumpunt sensum, aut errandi occasionem præbent, aut derisionibus, & scommatibus, conuitijs, & contumelijs lectoris animum à legendis ecclesiasticorū libris auertunt, bonosq́; mores labefactant. Quare qui à sacra scriptura, & ab ecclesiasticorum libris recentes annotationes submouerit, profectò pijs, candidisq́; lectoribus consulet, atque de christiana religione procul dubio benè meritus erit. Nonnulli enim in annotationibus errorum seminarium reliquerunt: vt in Erasmi scholijs, censuris, & antidotis videre licet. Ille quidem, si quis alius, quantumuis pius & eruditus vir, censuras, & antidota sacrorum doctorum libris apposuisset, ô bone Deus, quot & quales Tragœdias excitasset, sibi verò hanc licentiam concessit, & exponendo libros nonnihil veneni propinauit. Vides, inquit, apud veteres, Papam scilicet, non appellari summum, sed Romanum, qua certè annotatione quibusdam legentibus errandi occasio datur: quia per illam Papæ primatum non esse antiquum, nec à Christo institutum, sed recens, & ab hominibus adinuentum insinuatur. Sed illa annotatio, seu potiùs scandalosa argutiuncula, cùm non à rebus, sed ab illarum appellatio-

Hier. 1. tomo epist. ad Innoc. Erasm. in schol.

pellationibus sumatur, friuola est. Nam eo Papam non praeesse ecclesiae vniuersali, quod ille olim non appellatus fuisset summus, sed Romanus, ridiculum est: perinde ac si quis, quia apud veteres Iulius Caesar, & Augustus, caeteriq; imperatores non appellarentur summi, Sed Romani, ideo illos in orbe non obtinuisse primatum assereret. Vnde sicut nec istis, ita nec Episcopo Romano appellatio auxit, aut minuit ditionem. Romanus quidem Episcopus, tam vniuersalis Episcopus fuit, antequàm appellaretur summus, quàm pòst. Praetereà falsum est, quod apud veteres Romanus Episcopus non appellaretur summus. Nam beatus Hieronymus Damasum summum vocat sacerdotem. Inquit enim: aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur, quod & tu, qui summus sacerdos es, fieri iubes, &c. Verùm Erasmus alteram magis friuolam annotationem circa hoc apposuit, dicens.: Illud annotandum, quod Damasum summum sacerdotem vocat, non summum pontificem. Quae profectò annotatione non auctoris eruditionem, sed malum animum aduersus Papae primatum ostendit. Sed non miror, inuidia enim illum plus excaecauit, quàm disciplinarum studium illuminauit. Sed quod in diuina scriptura idem sit summus pontifex, et summus sacerdos, ex eo constat, quod qui apud Matthaeum appellatur princeps sacerdotum, id est, summus pontifex, apud Marcum vocatur summus sacerdos: vt videre licet apud Matthaeum, dùm ait: At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caiapham principem sacerdotum, vbi scribae, & seniores conuenerunt. Petrus

Hier. tomo 4. ad Damas.

Erasm. in schol.

Matth. 26.

autem sequebatur eũ à longè vsq; ad atriũ principis
Marc. 14. *sacerdotum, etc. Marcus verò, & adduxerũt, inquit, Iesum ad summũ sacerdotem. Et infrà: Et exsurgens summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens: non respondes quicquã ad ea, quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autẽ tacebat, & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, &c. Igitur in diuina scriptura summus pontifex, id est, princeps sacerdotum, & summus sacerdos idem est. Illa quidem nomina pontifex, & sacerdos perinde ac genus & species, aut sicut magis & minus commune se habent. Nam omnis pontifex est sacerdos, sed non omnis sacerdos est pontifex: & sicut perfectissimum animal est homo, ita summus sacerdos est summus pontifex. Apud ecclesiasticos enim summus sacerdos sacrũ*
Eras. Hier. tom. 2. censura epist. ad Damas. *significat magistratum. Præterea in alio loco, nõ saltem, inquit, illud cauit, ne sacerdotem vocaret, qui non esset Episcopus, cùm eo seculo non vocarentur sacerdotes nisi Episcopi. Si Erasmus in ecclesiasticis scriptoribus tam versatus fuisset, quàm in Tullianis libris, non tam frequenter allucinaretur. Nam à tempore apostolorum sacerdotum ordo & Episcopos, &*
Anacle. epist. 3. *Presbyteros complectitur. Anacletus enim papa, sacerdotum, inquit, fratres ordo bipartitus est, et sicut dominus illum constituit, à nullo debet perturbari. Scitis enim à domino apostolos esse electos, & constitutos, & posteà per diuersas prouincias ad prædicandum dispersos. Cùm verò messis cœpisset crescere, videns paucos esse operarios, ad eorum adiumentum septuaginta eligi præcepit discipulos. Episcopi verò*
domini

domini apostolorum, presbyteri quoque septuaginta discipulorum locum tenēt, &c. Huiusmodi sunt, quæ infra scripsit. Ampliùs quam isti duo ordines sacerdotum nec nobis à Deo collati sunt, nec apostoli docuerunt. Sed cùm Erasmus scholijs, censuris, & antidotis beati Hieronymi monumenta exposuisset, non animaduertit apud Hieronymum non solùm Episcopos, sed presbyteros appellari sacerdotes. Nepotianus enim Eliodori nepos non Episcopus, sed presbyter fuit, & tamen ab illo vocatur sacerdos. Pessima, inquit, consuetudinis est, in quibusdam ecclesijs tacere presbyteros, & presentibus Episcopis non loqui, quasi non inuideant, aut non dignentur audire. Et infrà: Gloria patris est filius sapiens: gaudeat Episcopus iudicio suo, cùm tales Christo elegerit sacerdotes. In sacerdotem enim ab Eliodoro Episcopo, Nepotianus fuerat electus. Ex quo factum est, vt in alio loco dicat: Tota hunc ciuitas, tota planxit Italia, corpus terra suscepit, anima Christo reddita est, tu nepotem quærebas, ecclesia sacerdotem: præcessit te successor tuus: quod tu eras, ille pòst te iudicio omnium merebatur: atque ita ex vna domo duplex pontificatus egressa est dignitas, dum in altero gratulatio est, quod tenuerit: in altero mæror, quod raptus sit, ne teneret. Tempore igitur beati Hieronymi non solùm Episcopi, sed presbyteri vocabantur sacerdotes.

Hieron. ad Nepotian.

Epitaphiũ Nepotia.

Librorum varius stylus, illos a varijs auctoribus fuisse scriptos non astruit.

Præterea

Ca.XXIII. *PRaterea Grammaticos non solùm corrigendarũ scripturarum, sed submouendorum librorum auctoritatem sibi vendicare, Quintilianus exponit, dũ*

Quint.lib. 1. cap. 4. *ait: Nam & scribendi ratio coniuncta cum loquendi est, & enarrationem præcedit emendata lectio, & mixtum his omnibus iudicium est. Quo quidem ita seuerè sunt vsi veteres Grammatici, vt non versus modò censoria quadam virgula notare, & libros qui falsò viderentur inscripti, tanquam subdititios submouere familia permiserint sibi, sed auctores alios in ordinem redegerint, alios omninò exemerint numero. Tantum ille: Verùm etsi linguarum eruditio ad vulgaria verba, et libros poëtarum, & historicorum disiudicandos sufficiat, tamen nec ad disciplinarum specialia verba cognoscenda, nec ad libros illarum discernendos satis est. Quia illi solùm ex styli varietate autorum diuersitatem iudicant: sed eruditi viri non solùm pro disciplinarum, sed pro argumentorum, & lectorum varietate stylum sapienter variauêre. Hieronymus enim ait: Scio hæc molesta esse lectori, sed de*

Hieron. ad Dam. q.2. *hebraicis libris disputantem non decet Aristotelis argumenta conquirere, nec ex flumine Tullianæ eloquẽtiæ ducendus est riuulus, nec aures Quintiliani flosculis, & scholari declamatione mulcendæ. Pedestris & quotidianæ similis, & nullam lucubrationem redolens oratio necessaria est, quæ rem explicet, sensum edisserat, obscura manifestet, non quæ verborum compositione frondescat. Sint alij diserti, laudentur, vt volunt, & inflatis buccis spumantia verba trutinent, mihi sufficit sic loqui, vt intelligar, vt de scripturis loquens*

quens ac disputans, scripturarum imiter simplicitatem. Augustinus enim inquit: Placuit enim mihi quorundam verè christianorum sententia, qui cùm sint eruditi liberalibus literis, tamen alios libros nostros, quos aduersus Manichæos edidimus, cùm legissent, viderunt eos ab imperitioribus aut non, aut difficilè intelligi, & me beneuolentißimè monuerunt, vt communem loquendi consuetudinem non desererē, si errores illos tam perniciosos ab animis etiam imperatorum expellere cogitarem. Hunc enim sermonem vsitatum, & simplicem etiam docti intelligunt, illū autem indocti non intelligunt. At quibusdam talem styli variationem non placuisse, Erasmus exponit, dum inquit: Idq́; facit admirabili sermonis elegantia, qua vtinam illi licuisset, in cæteris vti lucubrationibus. Hoc sanè opere declarauit, si quid offendit eruditos in ipsius dictione non fuisse inscitiæ, sed charitatis qua stylum demisit ad imperitorum intelligentiam, &c. Sed profectò qui diuinæ scripturæ, & ecclesiasticorum scriptorum simplicitate verborum, aut styli demißione offenduntur, non charitate ecclesiam ædificante, sed scientia inflante pollent. Catholica quidem ecclesia ad Hebræos epistolam, & tertiam canonicam propter stili varietatem à canone non submouit, sed potiùs illam Pauli, istam Petri esse profitetur. Et quanquam de illis, & quibusdam alijs libris olim dubitatum fuisset, an sint canonici, tamen per catholicæ ecclesiæ consensionem de illis facti sumus certiores. Quia sicut circa fidei dogmata non cuiuscunque viri priuati, quantumuis sancti, ac eruditi

Auguſt. de gen. cont. Manic. lib. 1. cap. 1.

Eraſm. lector in An. de mor. ecclesiæ.

diti sententia, sed ecclesiæ communis sensus est tenendus: ita pro canonicis illi libri recipiendi sunt, quos catholica ecclesia tantùm recipit. Vnde opinio, seu potiùs error asserentium, illas epistolas non esse ex diuina scriptura, antiquatus est, & veritas obtinuit inter sacros adnumerandos esse. Beatus etiam Hieronymus tertiam canonicam epistolam propter styli varietatem non negat esse Petri: inquit enim. Deniq; & duæ epistolæ quæ feruntur Petri, stylo inter se, & charactere discrepant, structuraq; verborum, ex quo intelligimus pro necessitate rerum diuersis eum vsum interpretibus. Verùm Erasmus nonnihil veneni miscens, ait: Videtur addubitare num Petri sint, quæ nomine Petri feruntur: nam alio in loco negat alteram esse Petri ob styli diuersum. Sed Hieronymus in illo loco non se sed alios dubitasse refert, dùm inquit: Scripsit, scilicet Petrus, duas epistolas quæ catholicæ nominantur, quarum secunda à plerisque eius esse negatur, propter styli cum priore dissonantiam, &c. Se verò non dubitasse, alibi constituens illam in sacrorum librorum ordine profitetur, dum ait: Iacobus, Petrus, Iohannes, Iudas septem epistolas ediderunt, tam mysticas quàm succinctas, &c. Quosdum quoque propter styli varietatem epistolam ad Hebræos non recepisse beatus Hieronymus refert, quam ille, sicuti cæteras Pauli recepit, inquit enim: Illud nostris dicendum est, hanc epistolam quæ inscribitur ad Hebræos non solùm ab ecclesijs orientis, sed ab omnibus retrò ecclesijs Græci sermonis scriptoribus quasi Pauli apostoli suscipi: licèt pleriq; eam vel

Hieron. ad Hed. q. 11.

Erasm. in schol.

Hier. in capital. scrip.

Hieron. ad Paulin.

Hieron. ad Dard.

vel Barnabæ, vel Clementis arbitrentur, & nihil interesse cuius sit, cùm ecclesiastici viri sit, & quotidie ecclesiarum lectione celebretur. Quod si eam latinorum consuetudo non recipit inter scripturas canonicas, nec Græcorum quidem ecclesiæ, apocalipsin Iohannis eadem libertate suscipiunt, & tamen nos vtranque suscipimus, nequaquam huius temporis consuetudinem, sed veterum scriptorum auctoritatē sequentes, qui plerūq; vtriusque vtūtur testimonijs non vt interdum de apocryphis facere solent. Quippe qui & gentilium literarum rarò vtantur exemplis, sed quasi canonicis & ecclesiasticis. Hæc ille: Verùm libri suppositi sacris auctoribus, vti Bartholomei Euangelium, & Petri apocalipsis, & similes, ecclesiæ consensione, non alicuius priuati iudicio à sacro canone submoti fuêre. De libris quoque inscriptis ecclesiasticis doctoribus non secundum styli varietatem iudicandum est. Nam ecclesiastici scriptores sæpe se variasse ad captum personarum stylum faten tur: ideò librorum censores propter styli varietatem tales libros inscriptos temerè submouent. & fallitur Erasmus qui ad libros istos discernendos stylum esse potissimam notam asserit, dicens: Certissimus index, et vere Lydius (vt aiunt) lapis est, & character orationis, & habitus. Vt sua cuique facies, vt sua cuiq; vox, vt suus cuiq; mos, genius, ita suus cuiq; stylus, &c. Sed Lydius ille lapis certè eum libros Augustini discernentem fefellit. Nam librum quem Augustinus profitetur esse suum, ille Lydio suo lapide negat esse augustini, cùm ait: Agnoscit quidem hoc

Eras. ad lector. in Hierem. to. 2.

Erasm. ad lector. lib. 83. q.

hoc opus Augustinus, mihi tamen videtur à studioso quopiam ex omnibus illius libris collectum, in quod congestum est, si quid haberetur argutiùs disertum. Huic studioso fauens Augustinus recognouit, & quædam elimauit. Hanc coniecturam non omninò somnium esse, declarat illud, quod. q. 12. habet fragmentum ex Fontei libris decerptum. Et cap. 31. habet locum ex secundo Marci Tullij de inuentione libro descriptum. Sunt autem & alia, quæ mihi non videntur per omnia sapere phrasim Augustini, &c. Ceterùm vt cognoscamus, quantùm hic fallatur, audiamus Augustinum loquentem. Est etiam inter illa, quæ scripsimus, quoddam prolixum opus, quod tamen vnus deputatur liber, cuius est titulus, De diuersis quæstionibus octuaginta tribus. Cùm autem dispersæ fuissent per chartulas multas, quoniam ab ipso primo tempore conuersionis meæ, posteaquàm in Aphricam venimus, sicut interrogabar à fratribus, quando me vacantem videbant, nulla à me seruata ordinatione dictatæ sunt, iussi eas iam Episcopus colligi, & vnum ex eis librum fieri, adhibitis numeris, vt quod quisque legere voluerit, facilè inueniat. Harum quæstionum est prima, Vtrùm anima à seipsa sit, &c. Augustinus quidem illic singulatim omnes 83. q. recenset, & sententiarum Fontei & Ciceronis meminit, &c. Asserere igitur illum librum non esse Augustini manifestissimum, & impudentissimum est mendacium. Valeat ergo Erasmi censura, tanta enim hominis istius in submouendis libris temeritas, & audacia fuit, quod si beatus Augustinus sua monumenta libris retractationũ

Aug. lib. 1. retract. capit. 26.

tionum non muniuisset, vix vnum aut alterum authenticum permansisset, imò ille potiùs omnia Lydio suo lapide comminuisset.

Ecclesiastici libri doctrinæ varietate sunt discernendi.

Caput XXIIII.

ET *quanquam aliquos libros quibusdam ecclesiasticis scriptoribus suppositos fuisse, non sit negandū: tamen cùm illi non contineant hæreses, non malitiosè existimādum est, illos sacris doctoribus fuisse inscriptos. At periti linguarum librum inelegantem perinde ac hæreticum inscribi Hieronymo nefas existimant. Quasi verò in humanis scripturis non magis catholicæ fidei, quàm inscriptionis, & styli ratio habenda sit. Consultè ergo faciunt catholici doctores, dum cuiuscunq; hominis, & inscriptionis libros continentes falsa dogmata reijciunt, & cuiusuis libros concordes fidei dogmatibus recipiunt. Maior est enim auctoritas quā ex doctrinæ synceritate consequuntur, quàm quæ ex cuiusuis vel catholici doctoris inscriptione si falsa vel erronea aliqua contineant, potest illis accidere. Vnde ecclesiasticorum scriptorum libri non tanquam diuina oracula, sed tanquam piorum hominum sententiæ recipiuntur à christianis. Et quia huiusmodi libri fidei dogmata iuxta ecclesiæ communem sensum explicant, & mores secundum Dei legem componunt: ideò illorum lectio in ecclesia frequentatur, & periti viri illorum testimonio vtuntur. Propter quas causas magis, quàm propter stili varietatem, & cæteras coniecturas, tales libros*

bros non impostorum, sed piorum virorum, & maximè illorum quibus inscribuntur esse existimandũ est: vti librum, cuius initium est, Cogitis meô Paula, Hieronymi. Et canticum: Te Deum laudamus, Ambrosij & Augustini. & librum de vera & falsa pœnitentia Augustini esse piè opinamur, quia istorum et similium librorum ecclesiastica celebratio maius auctoritatis pondus, quàm Erasmi rationes habent. Verùm cùm disputatio de librorum inscriptionibus non de re, sed de nomine tantum sit, contemnenda est. Neque curandum est, si qui verborum magis quàm rerum scientia pollent, non habeant, de quo disputent, si illa prætermituntur. Bonas quidem esse humanas literas, tùm linguarum cognitionem, eruditionemq́ ad omnes alias disciplinas esse maximè vtilem, nemo inficias it, tamen rerum, & maximè diuinarum noticia melior est, quàm verborum scientia. nam per istam orationis stylus, per illam verò orationis sensus cognoscitur. Cùm igitur linguarum periti de libris ecclesiasticis illorum tantum faciem, id est, stylum, theologi verò cor, id est, sensum iudicant, non iuxta illorum, sed istorum iudicium de ecclesiasticorum doctorum libris sentiendum est. At de poëtarum & historicorum libris, in quibus maior verborum, quàm rerũ difficultas, & eruditio est, illorum certè potiùs quàm theologorum opinio sequenda est. Nec ista à me dicta sunt, vt à peritis humanarum disciplinarum, diuinarũ literarum noticiam auferam sed quo eruditi liberalibus literis, sicut humanas disciplinas, ita diuinas literas discant à magistro. Nam

plerosq́

plerosq; illorũ in discendis diuinis litteris, aut nullum aut imperitũ habuisse magistrũ, secta, quæ in hoc infœlicißimo seculo grassantur, manifestant. Quia religionis doctores non ad varias & contrarias sectas, sed ad vnicã fidem docendam ordinatos eße, Paulus exponit, cùm ait: Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdã autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad cõsummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes, in vnitatem fidei, et agnitionẽ filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circũuentionem erroris, &c. Vnde sectarijs, eorumq; sectatoribus illud Ciceronis aduersus Epicurum maximè conuenit. Ista enim à vobis quasi dictata redduntur, quæ Epicurus oscitans allucinatus est. Cùm quidem gloriaretur, vt videmus in scriptis, se magistrum habuisse nullum, quod & non prædicanti tam facilè credam, sicut mali ædificij domino glorianti, se architectum non habuisse. Hæc ille. Germanicæ igitur ecclesiæ illud verè accidisse videor, quod olim Hieronymus deplorabat, dicens: Taceo de Grammaticis, Rhetoricis, Philosophis, Geometris, Dialecticis, Musicis, Astronomis, astrologis, Medicis, quorum scientia mortalibus vel vtilißima est, & in tres partes scinditur, τὸ δόγμα, την μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. Ad minores artes veniam, et quæ non tã lingua, quã manu administrãtur. Agricolæ, cemẽtarij, fabri,

Paul. ad Ephes. 4. ca.

Cic. de natur. Deor. lib. 1.

Hieron. ad Paulin.

 metallo-

metallorum, lignorumué cæsores, lanarij quoque & Fullones, & cæteri qui variam supellectilem, & vilia opuscula fabricantur, absq; doctore non possunt esse, quod cupiunt. Quod medicorum est, promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Sola scripturarũ ars est, quã sibi passim omnes vendicant. Scribimus indocti, doctiq; poëmata passim: hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt, lacerant, docent antequam discant, etc. Quare sapientissimè faciunt, qui sacrarum literarũ cognitionem aliquam habere volunt, eam à catholico doctore accipiunt, sed non propiùs ad articulos controuersos accedendum est.

Ca. XXV. Augustan. confeßio, art. 4.

Historiæ noticia sine assensu non est fides.

Fidei vocabuli significationem Augustana confeßio exponit, dùm inquit: Fidei vocabulum non solùm cognitionem historiæ de Christo significat, sed etiam credere, & assentiri promissioni, &c. Hic articulus in sensu quem facit catholicus est, sensus verò quem Philippus Melanchton intendit, prout in Apologia, & locis communibus hunc exponit articulum aduersus scholasticos Theologos, quos aduersarios vocat, commentum est. Ait enim: Aduersarij tantùm fidem esse notitiam historiæ. Et alio loco: Decipiuntur, inquit, aduersarij in vocabulo fidei, quod significaret notitiam historiæ, &c. Quam quidem sententiam Philippus plurimis in locis repetit, quos enumerare breuitatis causa omitto. Sed reuerà decipitur in

Phili. Mel. in apo. de fide ad argum.

omnibus

omnibus, nam etsi haud dubium sit, catholicos omnes, noticiam historiæ ad credendum necessariam facere: ipsa tamen sine assensu esse fidem omnis scholasticorum theologorum schola, & Euangelica doctrina negat. Paulus, aut quomodo, inquit, credent ei, quem non audierunt? Theophilactus etiam: Quare autem nō crediderunt? num ideò quia non audierūt. Atquî audierunt? Hinc sequitur obiectio, qui citra promulgantem, vel annunciantem verbum audire potuerunt, cui protinus adijcitur dilutio: atquî prædicarunt, & missi sunt ad eos non pauci. Hæc Theophilactus. Cùm igitur auditus sit sensus disciplinæ, per quem historiæ habetur noticia, constat, quod sine ea nullus credit. At sacræ historiæ noticiam perfidi Iudæi, & hæretici nedùm catholici habent, fidem verò soli catholici tenent. Apostolus enim ait. Non enim omnium est fides. Et alibi: Domine quis credidit auditui nostro? Quæ verba Theophilactus exponens, inquit: Hæc verò dictio Quis, pro raro ponitur hoc loco: quasi dicat, pauci crediderunt auditui nostro, siue sermonibus nostris. Atque hoc expressius Euangelium manifestat, cùm dicit: Ego & pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum, respondit eis Iesus. Multa bona opera ostendi vobis, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudæi, de bono opere nō lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cùm sis, facis te ipsum Deum. Et in alio loco: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat, significans, qua morte esset moriturus. Respondit ei tur-

Paulus. ad Ro. 10. ca.

Paul. 2. ad Thes. 3. ca. Ad Rom. 10. cap.

Ioan. 10. c.

Ioan. 12. c.

ba. Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? quis est iste filius hominis? Ex his verbis apertè colligitur, quemadmodum Iudæi Christi mortis, & diuinitatis noticiam habuerunt: & tamen non crediderunt. Idipsum & super hæc loca testatur Theophilactus, dicens: Vides quod multa et eorum quæ à domino obscurè dicebantur, intelligebāt: quemadmodum exaltari intelligebant de cruce dici. Igitur multa quidem intelligebant, sed voluntaria malitia ignorantiam prætexebant. Hanc Euangelicam doctrinam scholasticorum theologorum schola profitetur. Vt Thomas cùm iuxta Augustini sententiam inquit. Credere est cum assensione cogitare: quibus quidem verbis, expressè profitetur noticiam historiæ sine assensu non esse fidem. Nam historiæ noticia, & cogitatio pluris habetur sine assensione, vt in dubitante, aut in dissentiente. Tamen in illis non est fides: quia non est assensus. Scotus quoque ait: Habens fidem, & non habens fidem, contradicentes sibi inuicem, non contendunt de nominibus tantùm, sed de conceptibus. Sicut cùm philosophus & Theologus contradicunt de ista: Deus est trinus. Vbi non tantùm idem nomen, sed eundem conceptum vnus negat & alius affirmat. Ergo omnem conceptum simplicem quem iste, & ille habet Et in alio loco: Ad intelligendum sensum literæ, & conclusiones ex illo deducere, & explicare, potest homo attingere per perspicacitatem naturalis ingenij. Hoc enim posset Iudæus facere de epistolis Pauli, sicut ego possem. Et si ego

Tho. 2. 2. q. 2, art. 1.

Scotus. P. q. prolog. sentent. & quol. q. 14.

Lib. 3. D. 24.

si ergo credo dictis Pauli, & ipse non in hoc habeo firmiorem adhæsionem ipsi conclusioni quàm ipse: quia ego credo sensui literæ, & ipse non, sed opinatur. Hæc Scotus. Quæ si attentè legas, satis intelliges apud scholasticos mentis conceptum esse noticiã, atq; eundẽ conceptum vnum affirmare, et alterũ negare, est idem historiæ, vnum assentiri, & alterum dissentiri. Vt huic, Deus est trinus, fidelis assentitur, infidelis dißentitur. Igitur vterque historiæ notitiam, sed alter fidem tantùm habet. Nam catholicus, & hæreticus circa fidei dogmata dißidentes, non de nomine, id est, de sensu Grammatico, sed de re, id est, de sensu historiali inuicem contradicunt. Quia si non conuenirent in sensu Grammatico: sicut ædificantes Babylonicam turrim, mutuò non intelligentes cessarent à lite: cùm inter homines nullus conuictus sit, nisi priùs conueniant in sensu Grammatico. Igitur contradictio est circa historialem sensum. Et cùm iuxta Aristotelis sententiam contradictio sit eiusdem de eodem, & secundum idem, manifestè colligitur, eandem historiæ noticiam catholicum, & hæreticum sibi contradicentes habere: ac catholicum germano scripturæ historiali sensui assentiri: hæreticum verò eidem dissentiri. Tum hæreticum adulterino scripturæ sensui aßentiri: catholicum verò eidem dissentiri. Verbi gratia: Iudæi quidem huius articuli, Ego & pater vnum sumus, verum quem Christus intendebat sensum apprehendentes, non crediderunt, quia non receperunt Christum vt prophetam. Arrius verò euangelium recipiens, Christum

stum esse consubstantialem patri cum Iudæis etiam negat: atque de germano scripturæ sensu contendit cum catholicis. Neque hæc inter Catholicos & Arrianos contentio de Grammatico, sed de historiali sensu fuit. Nam illi affirmant, diuinas personas esse consubstantiales: hi verò negant. Quæ quidem controuersia non potest esse inter duos, quin vterque habeat noticiam eiusdem historiæ: quia quod vnus negat, alter affirmat. Vnde quotquot sacræ scripturæ, aut sensui eius catholico contradicunt, historiæ notitiam sine fide habent: nemo enim sine historiæ noticia, illius vero sensui potest contradicere. Ac de habentibus historiæ noticiam sine fide inquit Christus: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Et in alio loco ait: Vt videntes non videant, & audientes non audiant. Atque tunc quidem non videntes vident, quando ignorantes historiam Euangelicam, docentur à catholicis concionatoribus, & obediunt fidei, & credendo vident. Nam fides est visio de qua scriptura ait: Videmus nunc per speculum. Tunc verò qui vident, cæci fiunt, quando historiæ sacræ noticiam habentes nō credunt: quod fit, vel quia nō recipiunt scripturā tanquam diuinum oraculum, vt pagani: vel si eam recipiunt, tamen eius germanum sensum negant, vt hæretici & Iudæi. Qui quidem omnes si cæci essent, id est, si nullam historiæ sacræ haberent noticiam, mitiùs cum illis ageretur, quia peccatū infidelitatis non haberent. Sed quia dicunt, videmus, id est, clariorem & veriorem noticiam Dei habemus quàm fi-

Ioan. 9. ca.

Luc. 8. cap.

1. ad Cor. 13. cap.

fideles

fideles: ideò non credentes cæci fiunt. Hæc credo suffi cient, vt intelligas solam historiæ noticiam, nunquã apud scholasticos, nec alios quales quales viros doctos pro fide habitam: neque voculam, fides, à quouis imperitissimo homine pro historiæ noticia acceptam, vt bonus ille Melancthon falsò multis imponit.

Diuinæ scripturæ noticia à Deo est reuelata. Ca. XXVI.

De fidei quoque assensu, Caluinus differens, inquit: Siquidem bona pars orbis audito eius (scilicet fidei) nomine, nihil aliud concipit, quàm vulgarem quendam Euangelicæ historiæ assensum: quod malum, vt alia innumera scholasticis sophistis acceptum referri par est, &c. Philippus quidem solam historiæ noticiam, Caluinus verò vulgarem assensum apud scholasticos fidem esse comminiscitur: & tamen nullum nominatim hæc dogmatizantem potest in medium adferre. Quia omnis scholasticorũ theologorum schola, fidem non tantùm historiæ noticiam, sed assensum: atque hunc non vulgarẽ, sed rarum vel potiùs supernaturalem profitetur. Et mirandum est certè, quomodo sectarij hæc theologis imposuerunt: cùm scholasticorum commentaria, & omnis eorum schola contrarium profiteantur. Et ne in citandis scholasticis lectori sim molestus: vnum aut alterum ex illis (maximè qui celebriores habentur) adducam, ex quibus satis patebit, qualis assensus sit fides: & qualem fidelium vulgus habeat. Aliquas disciplinas esse ab hominibus adinuentas, atque earum Calu. instit. cap. 15. p. 1.

ſcientiam mortalibus vtilem eſſe, nulli dubium eſt. Sed omnes illæ quotquot ſunt, qualis ſit hominis vltimus finis, & quomodo adipiſcendus, nec verè, nec integrè docere ſufficiunt. Ideò homo quadam alia diſciplina non ab homine, ſed à Deo inſtituta, atq; ab ipſo Deo doceri indiget. Beatus enim Thomas inquit: Neceſſarium fuit ad humanam ſalutem, eſſe doctrinam quandam ſecundum reuelationem diuinam, præter phyſicas diſciplinas, quæ ratione humana inueſtigantur. Primò quidem, quia homo ordinatur ad Deum ſicut ad quendam finem qui comprehenſionem rationis excedit, ſecundum illud Eſaiæ 64. Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te. finem autem oportet eſſe præcognitum hominibus, qui ſuas intentiones & actiones debent ordinare in finem. Vnde neceſſarium fuit homini ad ſalutem, quod ei nota fierent quædam per reuelationem diuinam: quæ rationem humanam excedunt.

Thom. 1. p. q. 1. art. 1.

Eiuſdem ſententiæ eſt Scotus dùm aſſerit: Omni cognoſcenti, agenti propter finem, neceſſaria eſt triplex cognitio: Primò, quomodo & qualiter finis acquiratur: ſecundò, cognitio omnium, quæ ſunt neceſſaria ad finem: tertiò, eſt neceſſarium cognoſcere, quod omnia iſta ſufficiant ad finem talem. Primum patet, quia ſi neſciat quomodo finis acquiratur, neſcit qualiter ad cõſecutionem illius ſe diſponat. Secundũ probatur: quia ſi neſciat omnia neceſſaria ad ipſum finẽ propter ignorantiã alicuius neceſſarij, poterit à fine deficere. Et etiã quantum ad tertium: ſi neſciat iſta neceſſaria ſufficere, dubitãdo ſe ignorare aliquod neceſſarium

Scot. p. q. prol. ſentẽ.

ceſſarium, non efficaciter proſequetur illud, quod eſt neceſſariũ. Sed hæc tria non poteſt viator ratione naturali cognoſcere. Hæc Scotus. Quare neceſſarium fuit, eſſe doctrinam quandam ſecundùm reuelationem diuinam, & non ſolùm de illis, quæ humanum ſuperant intellectum, ſed etiam de quibuſdam alijs, quæ naturali lumine poſſunt cognoſci. Eandem ſententiam aſſerit Thomas, cùm ait: Ad ea etiam quæ de Deo ratione humana inueſtigari poſſunt, neceſſarium fuit hominem inſtrui reuelatione diuina: quia veritas de Deo per rationem inueſtigata à paucis, & per longum tempus, & cum admixtione multorum errorum homini proueniret. A cuius tamen veritatis cognitione dependet tota hominis ſalus, quæ in Deo eſt. Neceſſarium igitur eſt, vt ſalus hominis & communius, & certius proueniat, quod de diuinis per diuinam reuelationem inſtruantur. Neceſſarium igitur fuit præter phyſicas diſciplinas, quæ per rationem inueſtigantur, ſacram doctrinam per reuelationem haberi. Hactenus Thomas. Si enim humana diſciplina eſt vtilis & neceſſaria, multò magis diuina. Thom. 1. p. q. 1. art. 1.

Fides diuinæ auctoritati innititur. Cap. XXVII.

SVmmus ille rerum conditor patribus & prophetis, primò per reuelationem, & deinde per verbi illius prædicatores, ſapientibus, & inſipientibus tam populo Iudæorum quàm gentilium diuinam ſapientiam manifeſtauit: vt eam ſequuti poſſent ſummam felicitatem aſſequi. Atq; ideo fit, vt dogmata

quæ

quæ ad vitam æternam consequendam hominibus an nunciantur, non humana sed diuina auctoritate con firmata propter certitudinem ad credendum propo-

Thom. 2. 2 q. 2. art. 4. *nantur. Quod verum esse, Thomas apertè docuit, dicens: Necessarium est homini, accipere per modum fidei, non solùm ea quæ sunt supra rationem, sed etiã ea quæ per rationem cognosci possunt, & hoc propter certitudinem. Ratio enim humana in rebus diuinis est multum deficiens, cuius signum est, quia philosophi de rebus humanis naturali inuestigatione perscrutantes in multis errauerunt: & sibijpsis contraria senserunt. Vt ergo esset indubitata & certa cognitio apud homines de Deo, oportuit, quod diuina eis per modum fidei traderentur: quasi à Deo dicta qui mentiri non potest. Hæc Thomas. Vnde inter omnes disciplinas hæc diuinitùs tradita supremam sibi vendicant certitudinem: nam cæteræ quæ ab hominibus inuentæ sunt, cùm homo poßit fallere, et falli, hũc certitudinis apicem non attingunt. Quapropter huius seculi sapientes animaduertentes humanæ rationis imbecillitatem, ac locum ab humana auctoritate esse infimum, ad astruenda illa quæ in republica maximè sunt neceßaria, oracula diuina simularunt.*

Iosep. con. Apion. lib. 1. 2. *Iosephus enim inquit: Nanq; quidam eorum leges po sitas à Ioue dicebant: alij verò eas in Apollinem & vaticinium Delphicum referebant, siue pro varieta-*

Val. Max. cap. 3. *te hoc credentes, seu facilè persuadendum iudicantes populo. Valerius quoque Maximus non pauca exempla de huiusmodi simulata religione adducit. Nã dæmones diuinos ambientes honores interroganti-*

bus

bus responsa dabant, quæ oracula dicta sunt. Cum quo etiam conuenit Cicero, cùm ait: Quæ autem virtute fidem faciunt, ea bipartita sunt, ex quibus alterum natura valet, alterum industria. Deorum enim virtus natura excellit, hominum autem industria. Diuina hæc ferè sunt testimonia. Primùm orationis: oracula enim ex eo ipso appellata sunt, quod inest his Deorum oratio. Hæc Tullius. A quo non multum differt Quintilianus: Ponitur à quibusdam, inquit, & quidem in parte prima Deorum auctoritas, quæ est ex responsis. Falsos ergo Deos colentes illis auctoritatis primas dabant, quæ soli Deo vero conuenit. Diuina enim, inquit scriptura: Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Procùldubio enim omnes disciplinæ humanæ tam incertam Dei tradunt noticiam vt potiùs tenebras quàm lucem, si comparentur fidei, intellectui hominis inducant. Fides verò, etsi obscurè, tamen tam infallibiliter tradit veritatem, vt nihil certiùs: nam eius auctor nec falli nec fallere potest, quod nulli creaturæ potest conuenire. Qui igitur traditis in diuina scriptura, non vt historiæ humanæ, sed vt diuinæ, fidem habent, Deum profitentur summam esse veritatem, ac in spiritu & veritate Deum colunt. Hic enim cultus soli Deo est debitus, quem gentes credentes oraculis dæmonum exhibebant idolis, & creaturis, quod est idololatrare.

Tullius in Topicis.

Quint. lib. 5. cap. 11.

2. Pet. 1. c.

Fides

Fides omnibus humanis doctrinis est certior.

Caput XXVIII.

ETsi scientia sit euidentior fide, & nobis sit certa: tamen fides in se est certior omni humana scientia, sapientia & intellectu. Thomas enim inquit, sed sciendum est quod sapientia, scientia & intellectus dupliciter dicuntur. Vno modo, secundum quod ponuntur virtutes intellectuales à philosopho in septimo AEthicorum, alio modo secundum quod ponuntur dona Spiritussancti. Primo modo dicendum est, quod certitudo potest considerari dupliciter. Vno modo ex causa certitudinis: & sic dicitur esse certiùs illud quod habet certiorē causam: & hoc modo fides est certior tribus prædictis, quia fides innititur veritati diuinæ, tria autem prædicta innituntur rationi humanæ. Alio modo potest considerari certitudo ex parte subiecti: & sic dicitur esse certiùs, quod pleniùs consequitur, intellectus hominis, & per hunc modum, quia ea qui sunt fidei, sunt supra intellectum hominis, non autem ea quæ subsunt tribus prædictis, ideò ex hac parte fides est minus certa. Sed quia vnumquodque iudicatur simpliciter quidem secundum causam, secundum autem dispositionem, quæ ex parte subiecti est, iudicatur secundum quid, inde est, quod fides simpliciter est certior. Sed alia sunt certiora secundum quid, scilicet quo ad nos. Similiter autem si accipiantur tria prædicta secundum quod sunt dona præsentis vitæ, cooperantur ad fidem sicut ad principium, quod p̄supponunt

Tho. 2.2. q.4. art. 8.

nunt, vnde etiam secundum hoc fides est eis certior, &c. Hac eadem confirmat Scotus dicens: Et cùm dicit, igitur actus credendi est simpliciter certior, quàm actus intelligendi elicitus ab habitu naturali profectò primorum principiorum. Dico quod est loqui de actibus istis in se: & sic actus credendi est perfectior, quia à perfectiori principio elicitus: & in perfectiùs obiectum tendit, & est loqui de eis secundum quod plus vel minus attingunt obiectum in quod tendunt, quantum ad intelligibilitatem obiecti: & sic dico, quod actus intelligendi est perfectior: quia eius obiectum non tantùm excedit ipsum in intelligibilitate non intellecta, quantùm Deus excedit actum credendi in intelligibilitate non intellecta per actum fidei. Hac Scotus. Et bene quidem. Nam huius fidei articuli assensus, videlicet, Deus est trinus & vnus, perfectior & certior est, quàm assensus euidens istius, bis tria sunt sex. Quia ille à Deo vt à causa, & de eodem tanquam de obiecto: hic verò de creaturis est. Et vt philosophus inquit: Verissimum etiam est id quod posterioribus vt vera sint, est causa, & vt secundum esse vnumquodque se habet, ita etiam secundum veritatem. Deus igitur cùm perfectior creaturis, atque illarum veritatis sit causa, illis verior est. Quare fidei dogmata veriora sunt omnibus humanarum disciplinarum dogmatibus. Obseruandum tamen quod hac fidei dogmata, quamuis in se & simpliciter veriora & certiora sint, nobis tamen talia non sunt. Nam vt in rebus naturalibus nō sunt eadē nobis atq; simpliciter nota: et hoc nō

Scot. lib. 3. d. 23.

2. Metha. 1. cap.

à natura

à natura ipsarum rerum, sed à nostri intellectus imbecillitate prouenit: ita etiam fit in his quæ naturā superrâant. Verbi gratia, circa veritatem huius propositionis: bis tria sunt sex. quod non excedit nostri intellectus capacitatem, nulla insurgunt dubia: quod fit non propter rei perfectionem, sed ob euidentiam illius, ac hinc nobis apparet certior secundum quid, id est intellectum humanum, non tamen simpliciter est certior fide, sicut noctuæ nox die est clarior: nam veritas huius propositionis, Deus est trinus & vnus, etsi excedit nostrum intellectum, propter quam causam fit vt parum cupiamus: certior multò simpliciter est, quàm illa. Quod si nobis videatur obscura, & ob hāc causam intellectui nostro circa credibilia insurgunt dubia, non ideò faciunt fidei assensum dubium: quia quantò obscurior, tantò magis diuina auctoritate fit certior. atque ideò fides, credibilium non obscuritatem, sed dubitationem omninò vincit. Scotus enim inquit: Nec fides excludit omnem dubitationem, sed dubitationem vincentem, & trahentam in oppositū credibilis. Itaque fidelis est, qui quamuis credibilium obscuram habeat noticiam, atq; insurgunt dubia, tamen non solùm non dubitat, sed credit illa esse certiora omnibus humanis disciplinis.

Scot. lib. 3. d. 23.

Fidei formale obiectum est Deus.

Ca. XXIX.

QVamuis per humanas disciplinas quædam vera exactè intelligantur, & per fidem eadem videantur in speculo & ænigmate, tamen cognitio quæ habetur

habetur per fidem quantumuis obscura, in se est perfectior & certior illa, quæ habetur per humanas scientias, tùm, quia fidei obiectum non aliquid creatũ, sed diuinum est: tùm, quia fidei assensus miro modo causatur. Nam per fidem non solùm illis veris quæ Deo conueniunt, sed etiam illis quæ de creaturis in sacra scriptura tradũtur, Deitatis ratione assentimus: quia Deus est fidei proprium obiectum, quod scholastici formale vocant. Et vt omnia, quæ videntur, ideò videntur quia habent colorem: lapis enim, & lignũ non in quantum substantiæ, sed in quantum colorata videntur: quia calor est ratio formalis, quà aliquid videtur: ita omnia quæ per fidem creduntur, quamuis ad creaturas pertineant, non quia humana, sed quia diuina sunt creduntur. Nam ratio credendi est Deus, qui est summa veritas, qui nec falli nec fallere potest, propter quam assentimur sacræ scripturæ historiæ: cæteris verò historijs etiamsi de Deo aliquid tradant, non assentimur illis propter Dei summam veritatem, sed propter humanam rationem, & auctoritatem. Vnde cæteri assensus sunt circa obiecta vulgaria, & innituntur vulgari medio, scilicet loco ab humana ratione aut auctoritate assumpto: fides verò est circa rarum obiectum, videlicet Deum, & innititur diuinæ voluntati, quæ non est vulgaris. Fides igitur non vulgaris sed rarus est assensus, vt Thomas optimè docuit, dùm ait: Si igitur in fide consideremus formalem rationem obiecti, nihil est aliud quàm veritas prima. Non enim fides de qua loquimur assentit alicui, nisi quod est à Deo reuelatũ. Tho. 2 2. q. 1. art. 1.

 Vnde

Vnde ipsi veritati diuinæ fides innititur tanquã medio. Si verò consideremus materialiter ea quibus fides assentit, non solùm est ipse Deus, sed etiam multa alia, quæ tamen sub aßensu fidei non cadunt, nisi secundum quod habent aliquem ordinem ad Deum. prout scilicet per aliquos diuinitatis effectus homo adiuuatur ad tendendũ in diuinã fruitionẽ. Et ideò etiã ex hac parte obiectum fidei est quodammodo veritas prima, in quantum nihil cadit sub fide, nisi in ordine ad Deum: sicut etiã obiectum medicinæ est sanitas, quia nihil medicina cõsiderat, nisi in ordine ad sanitatẽ. Preterea Scotus: si esset, inquit, aliquis liber sacræ scripturæ nullum Dei miraculum continens: tamen quilibet continet prouidentiam & gubernationem Dei circa hominem in communi, vel determinatam gentem, vel personam, in tantum quod si eandẽ historiam de Pharaone scribat Moyses in Exodo, & aliquis AEgyptius in Chronicis AEgyptiorum subiectum historiæ Moysi est Deus, de quo traditur ibi gubernatio hominum, misericorditer liberando Iudæos oppressos, iustè puniendo AEgyptios oppressores, sapienter ordinando formam liberandi congruã ad hoc vt populus liberatus legem gratanter acciperet, potẽter tot sibi propria signa faciendo: subiectum verò historiæ historiographi esset regnum, vel rex vel populus AEgyptiacus. Hactenus Scotus. Quicquid igitur fide tenemus est sub ratione Dei. quia vel est Deus, vel in Deum transfertur. Atq; de his hactenus.

Scotus in prol. sentẽ. q. 3.

Credere diuina mysteria Dei donum est.

Nunc

NVnc reliqua, quæ idem Caluinus nobis impo- Cap.
nit, persequi oportet: sunt autem huiusmodi: XXX.
Habetur, inquit, id quidem paradoxotaton, cùm di Caluin.ca.
citur, neminem nisi cui datum sit, posse credere, &c. 5. par. 13.
Quibus verbis falsum quoddam nobis, vt in alijs ple-
risq; imponit. Oppositum enim scholastici theologi
iuxta diuinam scripturam profitentur. Nam crede-
re esse Dei donum, non inter paradoxa, sed potiùs in-
ter axiomata cõputatur: quia quamuis assensus, qui
humanæ innititur auctoritati sine Dei speciali auxi-
lio ex naturalibus possit haberi, tamen huiusmodi as-
sensus non est fides, quia fides est assensus qui diuinæ
innititur veritati, & hoc modo credere nemini con-
tingit, nisi speciali dei dono illi datum fuerit. Vnde si-
cut fidei dogmata, tùm propter rerum difficultatem,
quæ omnem creatū superat intellectum, tùm propter
eorum certitudinem necessarium fuit reuelari à deo:
ita homini ad indubitanter assentiendū dogmatibus
à Deo reuelatis, necessarium est Dei auxiliū. Nam si
ne Dei dono homo non potest assentiri, vt oportet, re- Paulus ad
uelatis à Deo. Paulus enim ait: Gratiâ enim estis sal- Ephes. 2.
uati per fidē, & non ex vobis. Dei enim donū est. Sco- Scot. prol.
tus etiam. Veritati cõplexæ alicui firmiter tenendæ q. 1.
intellectus possibilis est improportionatus, hoc est, non
est proportionabiliter mobile respectu talium agen-
tiū quæ ex phantasmatibus, & ex lumine naturali
intellectus agentis non possunt cognosci. Cùm au-
tem arguis, igitur sit proportionatus per aliquid a-
liud, concedo, & per aliud in ratione mouentis: quia
per mouens superuaturale reuelans assentit illi

veritati: & per aliud in ratione formæ: quia per istũ assensum factum in ipso, qui est quasi quædam inclinatio in intellectu ad illud obiectum proportionans illud isti. Talia sunt, quæ inferiùs dicit, ad hunc modum. Quia veritas ista reuelata non est sufficienter inclinatiua intellectus ad assentiendum sibi: & ita est improportionale agens & passum sibi improportionale. Sed agens supernaturale est sufficienter inclinatiuum intellectus ad istam veritatem: causando in ipso assensum quo proportionatur huic veritati. Hæc Scotus. Proportionatur igitur humanus intellectus reuelatæ diuinæ historiæ per fidei habitum infusum, qui Dei donum est. Nam cum hac Dei gratia confortatus, dogmata potest credere, quæ certè natura sola ductus nunquam credidisset. Thomas enim inquit:

Tho .2. 2. q.6. art. 1. *Videntium enim vnum & idem miraculum, & audientium eandem prædicationem, quidam credunt, & quidam non credunt. & ideò oportet ponere aliã causam interiorem, quæ mouet hominem interiùs ad aßentiendum his, quæ sunt fidei. Hanc autem causam Pelagiani ponebant solùm liberum arbitrium hominis, & propter hoc dicebant quod initium fidei est ex nobis, in quantum scilicet ex nobis est, quod parati sumus ad assentiendum his, quæ sunt fidei: sed consummatio fidei est à Deo, per quam nobis proponuntur ea, quæ credere debemus, sed hoc est falsum: quia cùm homo assentiendo his quæ sunt fidei eleuetur supra naturam suam: oportet quod non insit ei ex supernaturali principio interiùs mouente, quod est Deus: & ideò fides quanquam ad assentiendum*

qui

qui est principalis actus fidei, est à Deo interiùs mouente per gratiam. Hactenus Thomas, cui correspondet Scotus, dicens: Alia differentia est quantũ ad hoc quod est actu inniti fidei, quia fidei infusa nõ potest inclinare ad aliquod falsum. Inclinat autem virtute luminis diuini cuius est participatio, & ita nõ nisi ad illud quod est conforme illi lumini diuino. Actus igitur credendi in quantum innititur isti fidei, non potest tendere in aliquod falsum, &c. Sicut enim ferrum ex sua natura non potest calescere, si verò candescat, tunc participans ignis naturam, quodammodo transcendit suam, & propter hoc calescit. Sic intellectus humanus ex sua natura fidei mysteriis non potest indubitanter assentire, sed si infundatur ei fidei donum, tunc aliquo modo Dei naturam participans superat suam, & tunc certiùs supernaturalibus dogmatibus, quam naturaliter cognitis assentitur: hoc enim exigit Dei oraculum, nam Christus ait: Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. quia veriora diuina quàm naturalia, & humana dogmata sunt, hæc enim à causis creatis quæ deficere possunt, illa verò à Deo, quæ non potest deficere habent certitudinem. Atque ex his manifestè colligitur, fidei assensum quodammodo supernaturalem esse: nam sine supernaturali Dei dono, à naturali causa produci non potest. Patet igitur ex his scholasticos theologos, quos Caluinus sophistas vocat, fidei nomine non intelligere vulgarem assensum, vt ille docuit.

Scot. quol. q. 14. et li. 3, dist. 23.

Mat. 24. c.

Christiana plebs de fidei mysterijs non vulgarem, sed rarum habet assensum.

Caput XXXI.

Ex hac scholasticorum doctrina apertè colligitur etiam, quod christiana plebs nomine fidei audito, non concipiat vulgarem quendam assensum, quare existimare bonam partem orbis, audito fidei nomine, nihil aliud concipere quàm vulgarem quendam assensum, est opinari christianam plebem aliquid falsi sentire circa fidem, quod non solùm de multitudine, sed de quouis temerarium est. Nam quanquam indoctam christianam plebem aliquas fidei proprietates ignorare, quas ecclesiæ pastores et doctores scire tenentur, non sit contra fidem: tamen aliquid falsi existimare circa fidem, quod eidem aduersetur, omninò destruit fidem. Quilibet enim quantumuis indoctus de plebe tenetur indubitanter existimare, sacram historiam ab humana differre, penes hoc, quod hæc dubia, & ab homine inuenta, illa verò à Deo reuelata, atque certissima est, & iuxta hanc æstimationem vnicuiq; assentire. Vnde piorũ virorum est indoctæ christianæ plebis animum & fidem syncerè in hunc interpretari sensum, videlicet, quod assensus historiæ sacræ, quem populus christianus habet, est longè maioris certitudinis, quàm assensus humanæ historiæ: nam per hunc de rebus humanis prout opinabiles, & variabiles sunt, iudicat, quæ possibile est aliter se habere, quàm humana historia refert. Propterea quod asserendis quæ in humana traduntur historia, non solùm vitæ, sed externorum bono-

bonorum periculum facere contemnit. At per fidem de illis quæ in diuina continentur historia, tanquã de necessarijs, atq; impossibile aliter se habere quàm diuina annunciat scriptura, iudicat: & propter fidei confessionem mortem subire, nedùm omnia externa bona contemnere religiosum credit. Quicunq; enim quantũuis indoctus christianus, huiusmodi æstimationem de fide habere tenetur. Vnde temerarium et contumeliosum est asserere, quod bona pars orbis, audito fidei nomine, nihil aliud concipit, quàm vulgarem quendam Euangelicæ historiæ assensum. Nam hoc est existimare, plebem christianam non esse fidelem, sed infidelem. Audito igitur nomine fidei, nõ vulgaris assensus, qualis humanæ est historiæ, sed rarus & religiosus, qualis habendus est de diuinis oraculis, à plebe concipitur.

Diuina quidem scriptura quædam credenda definite, alia vero indefinite exponit.

Caput XXXII.

IN sacra quidem quibusdam scripturæ locis pro fiducia, in alijs verò pro assensu aut pro fidelitate fidei verbum accipi, nemo negat. Et quanquam quomodo in hoc aut illo loco accipiatur controuersia sit, tamen vbicunque pro assensu accipi: & fidem, certũ et sine dubitatione esse assensum, omnes affirmãt. De singularibus verò definitis num fides sit, magna est quæstio. Sectarij vnumquenq; credere sibi peccata remitti, ac se esse gratum Deo, neceßariũ eße affirmãt. cõfeßio enim Augustana inquit. Quia iã scimus Conf. Aug. art. de oper bon.

nos eße filios, & placere Deo hoc nostrum sacrificiū. Item Philippus: Aduersarij cùm de fide loquuntur, dicunt eam præcedere pœnitentiam, intelligunt fidem, non hanc quæ iustificat, sed quæ in genere credit, Deum esse. Et infrà: Nos præter illam fidem requirimus, vt credat sibi quisq; propter Christum remitti peccata, de hac fide speciali litigamus. Quæ omnia confirmat Caluinus dicens: In summa verè, inquit, fidelis non est, nisi quis solida persuasione Deum sibi propitium, beneuolumq; patrem esse persuasus, de eius bonitate omnia sibi pollicetur, &c. Catholici verò negant, atque hanc controuersiam de fide speciali, seu de gratiæ certitudine vocant. Ad cuius decisionem animaduertendum est, quod vniuersorum credibilium reuelatorum, quædam indefinita vniuersalia, quædam verò definita sunt: nam Spiritussanctus sacræ scripturæ auctor, quarundam diuinarum, humanarumq; rerum noticiam, veluti historicus exponit, morum verò religionisq; præcepta atq; diuinas comminationes, & promißiones vt doctor aut legislator homini proponit. Hi duo modi differendi in hoc differunt, quod legislator aut doctor vniuersaliter, & indefinitè gerendarum rerum præscribit regulam: historicus verò res gestas singulariter & definitè. Nam historia, vt Aristoteles ait, res gestas exponit, atque singulare sectatur. Hæc proculdubio sententia non solùm de humana, sed de diuina historia est vera: nã aliud est præscribere quomodo bellum sit gerendum, aut respublica administranda: & aliud est narrare, quid in bello, quid in republica gestum fuerit: quia hoc

Phil. apol. de pœnit.

Calu. cap. 3. par. 2.

Arist. lib. de poët.

hoc ad historiam, illud ad militarem aut politicam spectat disciplinam. Vtrunq; horum diuina præstat scriptura: sed cùm more historico procedit, nō solùm res gestas, sed gerendas exponit: quia Deo, qui auctor sacræ scripturæ est, vtraque sunt æque præsentia atq; singularia dùm exponit, definita tantùm intelligit: quia res gestæ aut gerendæ si indefinitè exponūtur, non ad historiam, sed ad aliam pertinent disciplinam. Verbi gratia: scriptura ait. Seuit autem Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum. Gene. 26. *Eadem verò scriptura alio loco ait: Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud centesimum.* Matt. 13.c. *Ex quibus quidem locis consideratis inuenies, quod in vltimo historiæ modum in exponendo non tenet, quia indefinitè loquitur: ideoq; ad docendum hic modus loquendi pertinet: illic verò indefinitè quid Isaac fecerit exponit, atq; ideò ad historiam potiùs, quàm ad aliam disciplinam pertinere dicimus. Sed distinctio hæc non tollit, quin, vt Paulus inquit: quæcūq; scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt,* Paulus ad Rom. 15. *quia non solùm in historia diuina, sed in humana aliquid doctrinæ traditur. Narrātur enim in historijs hominum gesta, quorum aliqua imitanda aliqua vitanda sunt. Et quamuis historicus homo scribendo historiam mores intendat docere, tamen non propterea illa rerum gestarum narratio non est historia: nec etiam vbi Spiritussanctus, vt doctor, aut legislator indefinitè et vniuersaliter aliquid exponit, ille locus caret historiali sensu, id est, literali, vt hic: Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, ij* Paulus ad Rom. 8.

sunt filij Dei. Hoc in loco Paulus non vt historicus, sed vt doctor loquitur, eiusq; verba manifestum sensum literalem, seu historialem habent, non tamen loquitur definitè, sed indefinitè, qui modus loquendi non ad historicum, sed ad legislatorem, aut doctorem pertinet.

Caput XXXIII.

Fidei articulos de vnitate Dei atq; de Christo definite diuina exponit scriptura.

Diuina sapientia ad meliùs docendum hominē, eiusq; mores componendos, fidei mysteria prædictis modis in sacra scriptura exponit, quod ita esse humana etiam testatur ratio. Nam fidei articulus de vnitate Dei, quem teste apostolo philosophi euidenter sciunt, vt non solùm indoctùm vulgus, sed etiam ipsi sapientes eundem articulum exactiùs per fidem, quàm per philosophiam cognoscant, in diuina scriptura historico & non philosophico ordine exponitur. Licèt enim philosophia ex vniuersalibus euidenter demonstret esse vnum Deum, tamen, quis sit iste vnus Deus non docet, quia non pauci philosophi scientes esse vnum Deum dubitauerunt, seu potiùs non crediderunt Deum verum esse, quem diuina docet scriptura. Quia philosophia etsi demonstret vnum esse Deum, tamen non ostendit, quis determinatè sit hic Deus: quod sit, quia cognitio singularis & definita non scientijs, sed sensibus, aut per historiam quæ sectatur singularia, cognoscitur. Superest ergo scire esse vnum Deum, & dubitare quis sit ille: vt qui non viderunt Turcarum imperatorem

rem, sciant eū esse singularem hominem, ignorant tamen quis sit, et si illi obuiarent, nisi ab aliquo docerētur, eum veluti ignotum praeterirent. Simile quid accidit olim Darij matri, de qua Valerius Maximus inquit: Rex Alexander Darij castris, in quibus omnes necessarij eius erant, potitus, Ephestione gratißimo sibi latus suum regente ad eos alloquendos venit. Cuius aduentu mater Darij recreata humi prostratum caput erexit, Ephestionemq́;, quia ei & statura et forma praestabat, more Persarum adulata, tanquam Alexandrum salutauit. Admonita deinde erroris, per summam trepidationem excusationis verba quaerebat. Diuina igitur scriptura veluti historia exponit definitè verū & vnum Deum esse, qui fecit cœlum et terram, & qui prophetis est locutus pater domini nostri Iesu Christi, & sic de alijs circūstantijs. Vnde hic fidei articulus non solùm includit Dei vnitatē, sed definit hunc esse Deum, quem diuina tradit scriptura. Similiter scriptura fidei articulū de Christo humani generis redemptore non solùm indefinitā noticiam, sed definitā exponit. Nam aliqui crediderūt in Christū, tamen definitè ignorabant, quis eßet, donec per Euāgelium expositum est definitè. Vt de Samaritana scriptura exponit, dùm ait: Scio quia Meßias venit, qui dicitur Christus, cùm ergo venerit ille annūciabit nobis omnia. dicit ei Iesus, ego sum, qui loquor tecū. Euangelium enim Christum esse ex Maria virgine desponsata Ioseph in Bethlehem natum, à magis adoratum, & à Iohanne baptizatum, & caetera definitè exponit. Haec igitur definita Dei, & Chri-* Val. Max. li.4.ca.7.

sti fides homini ad Deum colendum est necessaria.
Paulus ad Rom. 10. *Nam apostolus ait: Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt?*

Dei promißiones diuina scriptura indefinite tradit

Caput XXXIIII.

Diuina etiam scriptura quædam per modum doctrinæ, videlicet ferendo leges, minando pœnas, & pollicendo dona indefinitè tradit: nam quomodo mores componendi sunt, quid timendum, quid sperandum, indefinitè exponit. Inquit enim: Vult Deus omnes homines saluos fieri: agite pœnitentiam, & huiusmodi. (1. ad Thimo. 2. ca. Matt. 3.) *Sed animaduertendum est, quod ex humanis legibus indefinitis, non à quouis docto, sed à publica potestate definita, & singularis sententia fertur. Nam etsi lex iubet homicidam occidi, & testis asserat Iohannem eße homicidam, non quicunque, sed iudex est, qui fert sententiam, quod Ioannes secundùm legem occidatur, aut non occidatur. Nam aliquando testis decipitur, aut mentitur, aut si dicit verum, tamen æquum & iustum est, in aliquo euentu non seruare legẽ: quare huiusmodi propositio indefinita, certior & verior est quibuscunque definitis, quæ aßumuntur aut inferuntur ex illa. Imò circa primam indefinitam nunquam contingit dubitare, circa alias verò definitas nõ solùm dubitare, sed plerunque falli.* Caluin. ca. 2. part. 17. *Hoc Caluinus affirmat dicens: Veriùs Themistius, qui intellectum in definitione vniuersalis rarißimè falli docet, allucinationẽ eße cùm vltra progreditur, &c. Et meritò quidem, nam quando intellectus vl-*

tra

tra vniuersale, id est ad hypothesin ex thesi, quod est ab vniuersali indefinito ad singulare definitum progreditur, tunc frequenter homo allucinatur. Certum est igitur in vniuersali & indefinitè cognoscere aliquid, & indifinitè ignorare illud, vt philosophi circa Deum, et Iudæi circa Christum fecerunt, inutilem cognitionem esse: quod ita esse, si Caluinus & cæteri sectarij intellexissent, sublata esset controuersia hæc de fide speciali: nam omnia loca sacræ scripturæ, quæ sectarij pro speciali hac certitudine allegant, vniuersaliter, & indefinitè loquuntur, vt illud Pauli: Quicunq; enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij dei. Hanc propositionem indefinitam certissima fide tenemus: tamen si quis assumat hanc definitam: Caluinus agitur Dei spiritu, ac inferat: igitur Caluinus est filius Dei. Hæ definitæ non sunt in sacra scriptura, & multi decepti sunt per illas. Nam Arrius etiam assumpsit hanc definitam: Arrius Dei spiritu agitur, imò nullus hæreticorum est, qui non credat se Dei spiritu duci: nonné illi credebant se Dei spiritu duci, de quibus ait Christus: Et venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Et Paulus inquit: AEmulationem quidem Dei habent, sed non secundùm scientiam. Vnde omnes propositiones definitæ & singulares, quales sunt istæ: Caluinus dei spiritu agitur, est electus à Deo & prædestinatus, atque ei remissa sunt peccata, & similes definitæ non sunt de fide, quia per fidem nullus decipitur. At per istas definitas, sicut antiqui hæretici, ita sectarij huius seculi decipiuntur: nam profitentes contraria dogmata

Paulus ad Rom. 8.

Ioan. 16. c.

Ad Rom. 10. cap.

gmata, & mutuò damnantes se hæreses, non habent vnam fidem.

De speciali credibili non specialis, sed communis fides trahitur in diuina scriptura.

Caput XXXV.

Ad Ephes. 4. cap.

ITem hæc specialis fides, quam sectarij ponunt, expresso verbo Dei contradicit. Paulus enim inquit: Vnus dominus, vna fides: vna enim fides: quæ ratio, propter quam credimus vna, & eadem est: videlicet Deus, cuius auctoritas in diuina continetur scriptura. Etiam fides est vna, quia credibilia sunt omnibus credentibus communia: nam contra fidei rationem est, quod aliquod credibile sit speciale vni & non alij. Aliud enim est credibilia esse definita, & singularia, & aliud est, fidem esse specialem: nam de credibilibus singularibus definitis non specialis, sed communis est fides, vt de Deo, de Christo, de eo quod Dauid sunt remissa peccata, & quod Paulus fuit vas electionis, & similibus: de istis quidem rebus, & gestis singularibus fidẽ, quam ego, & omnes catholici habent, sed de hac: Caluino remissa sunt peccata, fidẽ quam ipse dogmatizat se habere, cæteri sectarij non habent. Nam quamuis vnusquisq; de suorum peccatorum remissione fuisset certus: tamen de aliorum remissione peccatorum, nisi in scriptura definitè, sicut de Dauid traderetur, nullus est certus. Vnde constat, fidem specialem non esse fidem, quia non est vna, sed varia, pro diuersitate hominum, quia vnusquisque iuxta sectariorum dogma, non de alterius, sed

de

de sua gratia est certus: quod si vnusquisque est certus non solùm de sua, sed de omnium aliorum gratia, iam hæc non specialis, sed communis est fides. Asserere tamen vnumquenq; certum esse de electione & iustificatione aliorum, est error peior priori, qui ex hac speciali fide euidenter sequitur: Quia si Caluinus fide credit se Dei spiritu duci, id quidem fit, aut quod habet hunc assensum ex rei euidentia, vt huius: bis tria sunt sex, aut ex diuina auctoritate: non quidem in tantam venit dementiam, vt affirmet se habere euidentiam rei, relinquitur ergo, quod ex diuina auctoritate sit specialiter certus Quod si propter eam est certus, cùm diuina auctoritas, vt sacra tradit scriptura, omnibus credentibus sit communis, fit vt propter eandem cæteri sint certi, illum Dei spiritu duci, & eadem auctoritate qua vnusquisq; persuasit sibi se esse in Dei gratia, eadem conuincitur, vt persuadeat sibi, cæteros esse in gratia. Vnde sectarij manifestè conuincuntur ad horum alterum asserendum, videlicet, aut quod nullus est certus se esse in gratia, aut si ex fide aliquis est certus se esse in gratia, eadem fide sit certus, omnes esse in gratia. Quo nihil magis temerè & falsè asseri potest.

Fides quidem ab obiecto, id est, deo: hæresis vero a voluntatis pertinacia accipit certitudinem.

Caput XXXVI.

ETsi hæretici tam indubitāter hæresibus, quàm catholici Dei verbo assentiāt: tamē nō hi, sed illi fallūtur, nec ob hanc controuersiā aliquid variatur in

in re. Aristoteles enim ait: At verò nihil quicquam hoc refert, si quidam contradictionem ipsam dixêre, aut non dixêre: certum est enim ita res ipsas sese habere, etsi non alter quicquam affirmabit, alter negabit. Veritas quidem fidei & certitudo ab obiecto, scilicet Deo, eiusq; auctoritate, quæ in sacra est scriptura, dependet: hæresim verò certitudo ab hominis voluntate. Non enim quia catholicus verè assentit huic: filius est patri consubstantialis, ita est, sed quia ita est, ille affirmat. At hæreticus consubstantialem filium, non quia ita non est, sed propterea quod nimis innititur suæ sententiæ, nolens credere meliori, negat. Vnde certitudo quam hæretici habent, principaliter ab eorum pertinaci voluntate oritur: nam etsi aliquando adducant rationes, hæ non faciunt fidem, quantumuis sint apparentes. Plerunq; enim quædam falsa apparent veriora veris: vt, Deum non esse trinum & vnum, apparet veriùs, quàm Deum esse trinum & vnum: sed fidei veritas & certitudo non à nostro intellectu & voluntate, sed à Dei verbo petenda est. Et vt Caluinus ait: Fidei obiectum est Dei verbum, & scopus in quem perpetuò collimari debet Igitur assensus huius propositionis: Caluinus est electus à Deo, ad sacram scripturam est collimandus: at non reperitur verbum in tota scriptura, quod definitè faciat mentionem Caluini: nam omnia quæ ad promissiones pertinent, sunt indefinita. & hæ omnibus tam electis quàm non electis proponuntur: ergo collimare singularem & definitum assensum ad indefinitam sacræ scripturæ sententiam, perinde est, ac si sa-

Arist. peri. lib. 1. ca. 8.

Caluin. ca. 5. par. 3.

si sagittarius volens percutere auiculam collimaret sagittam ad vniuersum cœlum. Nec illud Pauli: Certus sum, quod nec mors nec vita: & cætera quæ Caluinus adducit, astruit specialem certitudinem: nam Paulus & prophetæ clariorem notitiam sacræ historiæ, & perfectiorem & certiorem fidei assensum habuerunt, quàm illi qui ordinario modo per auditum recipiunt Dei verbum. Paulus enim non ab homine, sed à Deo fuit doctus & ex hoc quòd ille fuit certus, non sequitur nostrum quemcunque esse certum. Quid quod etiam in illo loco diuina scriptura indefinite loquitur: ac eodem modo ego dicere possum: certus sum, quod nec mors nec vita separabit nos à charitate Dei, Paulus enim dicens. Quis ergo separabit nos à charitate? vniuersam Ecclesiam sanctam per illud pronomen nos intelligit. Nam prius dixerat, qui etiam proprio suo filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum & quia quanto magis dona augentur, tanto magis Deum diligere tenemur, ideo addidit. Quis ergo separabit nos à charitate Christi? Et infra. Certus sum enim, quod nec mors, nec vita poterit nos separare à charitate Dei. Quod si aliqui tempore Pauli defecerunt à fide, & charitate Christi, & aliqui permanserunt. Paulus non ideo mentitus est; quia indefinitè per pronomẽ nos loquutus est: sic etiã, ego sum certus, quod nec mors, nec vita separabit nos, id est, Ecclesiam Catholicam à charitate Christi. Vnde ex hoc loco non potest haberi Caluinum certum esse de sua salute, quia non definitè, sed indefinitè illic Paulus loquitur.

Ad Rom. cap. 8.

Sine speciali reuelatione specialis fides non potest haberi.

Item si hæc fides specialis Dei verbo traderetur, non lateret viros pios, & doctos in Dei lege: sed latuit prophetas. Scriptura enim ait. Et dixit Dauid ad Nathan peccaui domino: dixitq; Nathan ad Dauid, dominus quoq; trãstulit peccatũ tuũ. Dauid & cæteri antiqui patres fideles non ignorabant Dei promißiones, quæ antiquiores lege, atq; in ipsa confirmatæ & explicatæ fuerunt, tamen per illas non habuerunt hanc fidem specialem: quia si habuissent, certi essent de peccatorum remißione, ac Nathan propheta frustra dixisset Dauid: dominus quoq; transtulit peccatum tuum, si per specialem fidem illi hoc fuisset persuasum. Dauid igitur de remißione peccatorum suorum non per Dei promißiones indefinitas, sed per specialem doctrinam factus est certior. Nunquid Lutherus, Caluinus, & cæteri sectarij fuerunt doctiores in lege domini, quam Dauid? non etenim: nullus igitur sine speciali Dei reuelatione, specialem fidei certitudinem, qualem Dauid habuit, de remißione suorum peccatorum habet, nec habere potest,
Phil.arg.6 *& tamen de hac sectarij loquuntur. Philippus enim ait. Dauid se recipi in gratiam audita hac voce: dominus transtulit peccatum tuum. Et infrà. Eandem vocem vere adfert singulis agentibus pœnitentiam administratio Euangelij. Hæc Philippus. Sed obseruandum, quod per verba prophetæ Nathan, Dauid de remißione suorum peccatorum habuisse fidei certitu-*

titudinem, nulli dubium eſt: quia illis verbis definite Spiritusſanctus loquitur, velut hiſtoricus de rebus geſtis, & ſingulare definitum ſectatur. Hæc etiam hiſtoria, vt exemplo Dauid pœnitentiam agamus, omnibus proponitur, atque vt credamus, quod ſicut Deus *Dauid peccata remiſit, ita nobis pœnitentibus remittet. Hiſtoria enim quæ ibi traditur definite, non ſolum Dauid, ſed omnes catholicos fecit certiores fidei certitudine, de remiſſione peccatorum, facta ipſi Dauid: & tamen non facit nos certiores de remiſſione peccatorum noſtrorum. Et quando hæc hiſtoria ad noſtram doctrinam, & ad Dei promiſſiones refertur, vniuerſaliter, indefinite omnibus credentibus proponitur. Veluti quando ſcriptura ait. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnũ cælorum: & ita intelligendũ eſt, ꝙ dicit Philippus quod adminiſtratio Euãgelij vniuerſaliter & indefinite ſingulis pœnitentib. adfert eandẽ vocẽ, videlicet: dominus quoq; tranſtulit peccatum tuum. Quia Euangelium non definite Caluino hanc ſententiam, dominus tranſtulit peccatum tuum, ſicut Dauid paralitico, & mulieri peccatrici dixit. Vnde ex rebus geſtis, quas diuina ſcriptura definite exponit, non poteſt aſtrui ſpecialis certitudo gratiæ.* Matth. 3.

Diuinarum promiſsionum fides de ſpeciali illarum adimpletione dubitationem non excludit.

N*On ſolùm Deus promiſſiones vniuerſaliter, indefinite, ſed etiam conditionaliter in diui-* Cap. 38.

na exponit scriptura. Nam homini conditionem tulit, si ei obtemperaret, se daturum illi liberalia dona, videlicet, iustitiam, æternamq́; vitam. Promißiones quidem diuinas esse huiusmodi, clarißimè testatur
Matth. 19. scriptura: inquit enim. Si vis ad vitam ingredi serua
Marc. 16. mandata. Item, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Est igitur quasi quædam pactio inter Deum & hominem, & Deus quæ promisit fideliter donat, ac homo accipiens conditionem, obsequenter suum officium implere tenetur. De fidelitate verò Dei nullus, sed de hominis quilibet dubitat. Nam Deus est verax, omnis autem homo mendax, vnde homo tam iustè de sua dubitat obedientia, quam piè de promittentis Dei fidelitate non ambigit. Illa quidem dubitatio stat cum summa certitudine, quam de diuinis promißionibus habetur: nam promißionum veritas à promittentis fidelitate pendet: vt huius propositionis: qui occiderit tyrannum accipiet brauium à regis fidelitate quam seruat in promißis pendet, & nulla occidente tyranno, adhuc est vera. Atq; quamuis sit vniuersalis indefinita, etsi plures congreßi fuerint cum tyranno, in vno tantum occidente inquem eum, promißio adimpletur. Vnde aliud est, promißionem esse veram, & aliud adimplere promißionem: nam antequam impleatur est vera. Credere igitur Dei promißiones, non est credere, in se eas recipere, alias nullus in hac vita crederet promißionem vitæ æternæ, quia in nullo in hac vita adimpletur. Quanquã igitur nullus Dei promißiones consequeretur, illæ nibilo-

nihilominus sunt vera, quia quod promissiones in aliquibus non adimpleantur, non Dei, sed hominis infidelitas est causa. Quod vero in quibusdam adimplentur, Dei fidelitas est causa. Diuina enim scriptura indefinite & conditionaliter exponendo promissiones, manifestat infallibiliter eas esse certas, quia sicut in dogmatibus Deus non potest falli, nec fallere: ita non potest non stare promissis: at homo accipiens conditionem potest stare & non stare promissis. Atque ita secundum fidem dicimus singulos homines esse certos de diuinis promissionibus, sed dubitamus in quo eorum Dei adimpleatur promissio, quod expressa diuina exponit scriptura, dum dicit. Quamobrem, Rex, consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, forsitan ignoscet delictis tuis, &c. Ieronymus hunc scripturæ locum exponens, inquit. Cum beatus Daniel præscius futurorum de sententia Dei dubitet, rem temerariam faciunt, qui audacter peccatoribus indulgentiam pollicentur. Et tamen sciendum quod si Nabuchodonosor bona opera facienti venia repromittitur, multo magis alijs promittitur, qui leuiora peccata commiserunt. Hæc Ieronymus. Ad quam sententiam Philippus respondit dicẽs. Hieronymus hic præter rem adiecit dubitatiuam particulam & multo imprudentius disputat in commentarijs, incertam esse remissionem peccatorum, sed nos meminerimus Euangelium certo promittere remissionem peccatorum. Dimittamus ergo in hoc loco Hieronymum, &c. Quibus quidem verbis quàm

Dan. 4. ca.

Ieronym.

Phil. apol. 1. arg.

graue crimen committat, cum beatus Hieronymus inter ecclesiasticos doctores sit diuinarum scripturarum indagator solertissimus, omnibus notũ est. Quod autem hoc sit impudentissimum commentum, beatus Chrysostomus testatur, qui in duobus locis interprete Erasmo, eandem lectionem quam Hieronymus allegat, inquit enim: Quid igitur propheta? rex, ait, consilium meum placeat tibi, peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates miserationibus pauperũ: forsan erit venia delictis tuis. Ecce dubitatiuam particulam non solum in latina translatione Hieronymi, sed etiam apud græcum Chrysostomum. Esaias etiam, vt Christus apud Matthæum refert, ait. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne forte videat oculis suis & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. Hanc dubitationem Paulus etiam exponit, cum ait. Cum modestia corripientem eos qui resistũt veritati, ne quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Chrysostomus cum Theophylacto ait. Ac si dicat fortassis aliqua sequitur emendatio, fortassis autem in rebus dubijs ponitur. Præterea Petrus dixit Simoni mago. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia, & roga Deum, si forte remittatur tibi hac cogitatio cordis tui.

Chry. super ps. 95. & in Act. Ap. ho. 25.

Esaias 6. c. Mat. 13. c.

2. ad Ti. 2.

Act. 8.

Singularia definite à Deo cognita, diuina scriptura indefinite explicat.

Etsi

ETsi diuina scriptura quædam indefinite tradit tamen scripturæ autor singula definite & indubitanter cognoscit Christus enim qua die & hora ad homines iudicandos venturus sit, non quia eum latebat, sed quia homini magis hoc dubitare, quam scire expediebat, in dubio relinquit. De die, inquit, autem illo, vel hora nemo scit, neque angeli in cœlo, neque filius, nisi pater. Theophylactus, volens, inquit, dominus discipulos à diei, & horæ illius interrogatione cohibere, dicit quod neque angeli, neque filius sciant. Si enim dixisset, scio quidem, sed nolo vobis reuelare, mœrore illos affecisset. Nunc autem prudenter rem agit, & eos omnino probibet, ne discere affectent, ac molesti sint, dicens. Nec angeli sciunt, nec ego. Et infrà. Quod autem dominus sciuerit & diem, & horam, manifestum, quia seculi conditor est. Et quo pacto quod fecit nesciret? Verum vtiliter abscondit Deus consummationem vitæ, siue omnium in communi, siue vniuscuiusque in singulari, vt dum incertus est finis, semper solliciti simus, ac anxij expectantes illum & timentes ne impræparatis superueniat. Hactenus Theophylactus. Prophetæ etiam qui Dei spiritu loquuti sunt, multo plura cognouerunt, quam scripserunt: vt Paulus de se testatur. Audiui, inquit, arcana verba, quæ non licet homini loqui. Per fidem igitur certiores facti sumus, quod Christus venturus sit ad iudicandum homines: sed propter nostram vtilitatem ignoramus qua die venturus sit. Similiter per fidem certi sumus, aliquos homines prædestinatos esse ad gloriam æternam: quis vero definite sit prædesti-

Cap. 39.

Theophyl. Matt. 13.c.

2. Cor. 12.

natus dubium est: quia non hoc, sed illud in diuina scriptura exponitur. Hæc quidem dubitatio non solum homini in hac mortali vita vtilis, sed necessaria est. Chryſ. act. apo. ho. 25 *Chrysostomus, quid igitur, inquit, propheta? rex, ait, consilium meum placeat tibi, peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miserationibus pauperum, forsan erit venia delictis tuis. Hoc sic dixit non ambigens, valde enim persuasum erat prophetæ; sed volens illum amplius terrere & cogere, vt hoc faciat. Si enim affirmando dixisset negligentior factus ille esset. Ita & nos tunc maxime quosdam vrgemus, quando dicimus, obsecra illum, & non adijcimus omnino auditurum, sed forte auditurũ. Metus enim à dubitatione profectus magis impellit, & propter hoc certum & manifestum istud non fecit.* August. de correct. & grat. 13. c. *Augustinus etiam eandem asserens sententiam ait. Tamen apertius in apocalypsi dicitur. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam: si enim alius nõ est accepturus, nisi iste perdiderit, certus est numerus, quod autem etiam perseueraturis sanctis, sic ista dicuntur, quasi eos perseueraturos habeatur incertum, non aliter hoc audire debent, quibus expedit, non altũm sapere, sed timere. Quis enim ex multitudine fidelium quandiu in hac mortalitate viuitur, in numero prædestinatorum se esse præsumat: quia id occultari opus est in hoc loco, vbi sic cauenda est elatio, vt etiam per sathanæ angelum ne extolleretur, tantus colaphizaretur apostolus. Hinc & apostolis dicebatur: si manseritis in me, dicẽte illo, qui illos vtiq; sciebat esse mansuros, & per prophetã: si volueritis & au-*

audieritis me, cũ ſciret ipſe, in quibus operaretur & velle. Et ſimilia multa dicuntur, propter huius vtilitatem ſecreti, ne forte quis extollatur, ſed omnes etiam qui bene currunt, timeant, dum occultum eſt, quo perueniant. Propter huius ergo vtilitatem ſecreti credendum eſt quoſdam de filijs perditionis, non accepto dono perſeuerandi vſq; in finem in fide quæ per dilectionem operatur incipere viuere, & aliquandiu fideliter, ac iuſte viuere, & poſtea cadere, neque de hac vita priuſquam hoc eis contingat auferri. Quorum ſi nemini contigiſſet, tam diu haberent homines iſtum ſaluberrimum timorem, quo vitium elationis opprimitur, donec ad Chriſti gratiam, qua piè viuitur, perueniret, deinceps iam ſecuri nunquã ſe ab illo eſſe caſuros: quæ præſumptio in iſto tentationum loco non expedit vbi tanta eſt infirmitas, vt ſuperbiam poſſit generare ſecuritas. Hactenus Auguſtinus.

Fidei ſpecialis certitudo quam ſectarij cõſtituũt mortali homini eſt pernicioſa.

Caput 40.

MIſericors quidem Deus illa quæ ad mores & religionem magis conducunt nobis expoſuit. Sed ſpecialis certitudo, tantum abeſt, vt expediat, vt potius obſit: nam ex ea ſecuritas, & ex ſecuritate ſuperbia, quæ omnium peccatorum eſt initium, naſcitur. Dubitatatio vero timorem, timor vero operandi ſtudium parit. Vnde hæc ſpecialis fides, non ſolum contra fidem, ſed contra bonos mores militat: nam homo minus ſolicitus eſt de illis quæ frequen-

ter, quàm quæ raro fiunt: & multò minùs sollicitus erit de illis, de quibus supremam habet certitudinem. Vnde postquam sectarij populo persuaserunt hanc specialem certitudinem, pius Dei cultus, bonorumq́ operum studium exoleuit. Quare sacra scriptura, ac ecclesiæ doctores, vt Dei cultus, boniq́ mores indies magis promoueantur, dubitationem, timoremq́ inculcant. Gregorius enim exponens illud: multi autem sunt vocati, pauci verò electi, inquit: Tremendum est valde fratres charissimi, quod audimus. Ecce nos omnes iam vocati per fidem, ad cœlestis regis nuptias venimus, incarnationis eius mysterium & credimus & confitemur. Diuini verbi epulas sumimus, sed futuro die iudicij rex intraturus est: quia vocati sumus, nouimus, si sumus electi, nescimus. Tantò ergo necesse est, vt vnusquisque nostrùm in humilitate se deprimat, quantò si sit electus, ignorat. Aduersus hunc ecclesiæ doctorem Caluinus, pessimè, inquit, ergo & perniciosè Gregorius, dum vocationis tantùm nostræ conscios esse nos tradit, electionis incertos. Vnde ad formidinem, & trepidationem hortatur, &c. Quinimò piè & doctissimè Gregorius de hac speciali certitudine disseruit, nam vocationis exterioris, qua ad fidei vnitatem, & ad sacramentorum communionem vocati sumus, certitudinem habemus: quia hæc vocatio externa est, & eam experimur, atq́ electis, & non electis communis est, sed vocatio secundum propositum interna est, nec eam euidenter quis experitur. Ideò sicut iustificationis, ita electionis, nullus habet specialem

Greg. ho. mel. 38.

Cal. c. 14. part. 20.

lem fidei certitudinẽ: quia Dei verbum hunc aut illũ esse electum & iustificatum definitè non asserit, sed in dubio relinquit, quæ hac dubitatatione timorem homini incutit: quia homines vt eorum ingenium est, faciliùs timore ad operandum, quàm amore ducuntur. Vnde diuina scriptura concionatores, qui trepidationem populo non incutiunt, reprehendit: Popule, inquit, meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Hieronymus hunc exponens locum, ait: Ille est ergo doctor ecclesiasticus, qui lachrymas non risum mouet, qui corripit peccatores, qui nullnm beatũ, nullum dicit esse felicem, nec prauenit sententiam iudicis sui, dicẽte scriptura sancta: Ne beatum dicas quenquam hominem antè mortem. hæc Hieronymus. Quid enim aliud est certiorem facere hominẽ in hac vita de sua iustificatione, nisi dicere eum beatum? nam quid beatiùs esse potest in hac mortali vita, in qua Deum nemo vidit, quàm à Deo iustificatum esse, ac de hoc per fidem definitè fieri certiorem, securumq́ue de sua iustificatione esse? Huiusmodi docentes verè decipiunt dei populum, ac pietatis, bonorumq́ue morum pernicies sunt: quia hac fide speciali Dei timor excutitur, securitas alitur, bene operandi studium remittitur. Esai. 3. ca. Hierony.

Generalis quidem fides ad bene operandum iuuat, specialis vero impedit. Cap. 41. Phil. apol. r. de pœn.

Sed Philippus aduersus hanc dubitationem obijcit: Nihil, inquit, agunt conscientiæ ex fide, cùm dubitant, vtrum habeant remissionem, quomodo

modo possunt in hac dubitatione inuocare Deum.
Cal. ca. 15. *Similiter Caluinus eandem cõfirmans sententiam,*
part. 7. *ait: Qualis enim ista oratio? O domine, ego quidem, an me exaudire velis, dubius sum, sed quia anxietate premor ad te confugio, vt si dignus sum mihi succurras, &c. Ex superius annotatis manifestum est, quod aliquid indefinitè est certum, quod est dubium & incertum definitè: vt, vnum Deum esse apud philosophos certum & euidens est, sed definitè quis hic Deus sit, apud illos fuit dubitatum. Ita hæc vniuersalis est certissima: Deus vult omnes homines saluos fieri, & per hanc vniuersalem fidem indefinitè credimus homines saluandos fore: tamen quis definitè saluabitur, sicut ego de alijs non sum certus, ita nec de me ipso: quia omnes æqualiter includuntur in illa vniuersali, & ad Deum inuocandum, & ad cætera religionis officia fides vniuersalis, non specialis exigitur. Quod manifestissimè patet in exem-*
1. ad. Co. 9. *plo Pauli: Nescitis, inquit, quod omnes qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium: omnes enim qui currunt in stadio, credunt in vniuersale, & indefinitè, quod brauium dabitur vincenti, & singuli dubitant, quis futurus sit victor, & cui dabitur corona. Atque cum illa vniuersali fide & hac speciali dubitatione fortiùs pugnant, quàm si haberent singuli specialem certitudinem de accipiendo aut non accipiendo brauio. Nam si quis certus esset, se non accepturum, non pugnaret, & qui certus esset de victoria, non tam fortiter, quàm si esset dubius, pugnaret. Fides igitur vniuersalis magis*

iuuat

iuuat ad fortiter pugnandum, quam specialis: atque specialis dubitatio non solùm non impedit, sed potiùs ad fortiùs pugnandum iuuat, nam vnusquisq; per illam generalem fidem intendit vincere, & consequi brauium. Eodem modo se habet catholicus circa omnes diuinas promissiones, vt in hac: Petite & accipietis: omnes enim qui orant, Deum velle eos exaudire non dubitant: quanquam nullus in speciali de se sit certus, an exaudiatur, an non. Si qui enim essent certi, se non exauditum iri, non orarent: qui verò essent certi, negligenter peterent. Cùm igitur omnes catholici in vniuersali credant, quãuis in speciali singuli de se dubitẽt, tamen omnes in fide, nihil de Dei fidelitate hæsitantes orant, & quantò vnusquisque cum hac generali fide de se magis humiliter dubitat & timet, tantò instantiùs petit, non tamen eo pacto, quo Caluinus catholicis imponit: Ego quidem, inquit, an me exaudire velis dubiùs sum, sed quia anxietate premor ad te confugio, vt si dignus sum mihi sucurras, &c. Pio igitur animo oramus, dicentes: Domine certus sum quod omnes inuocantes te in veritate exaudis, sed ego conscius propriæ imbecillitatis, & meis iniquitatibus implicatus, an, vt oportet, orem nescio, ideò non vt si dignus sum (vt Caluinus comminiscitur) sed vt dignus efficiar promissionibus tuis, suppliciter oro. Nullus enim catholicus dubitat, an Deus eum velit exaudire, sed dubitat, an benè aut malè petat: quia multi, vt scriptura docet, propterea quod malè petunt, non accipiunt. Petitis, inquit, & non accipitis, eò quid malè petatis. Caluinus. Iacob. 4.

Sancti

Sancti in hac vita mortali specialem fidem ordinarie non habuerunt.

Cap. 42. *Tanta est veritatis vis, vt eius inimici eam aduersus se profiteantur: nam hanc catholicam doctrinam sectarij specialem fidem astruentes confirmant, ex quo, etsi non animaduertant, suam specialem fidem labefactant. Caluinus itaq; inquit:*
Cal. ca. 15. part. 9. *Cum animis nostris statuendum est, nihilo nos minus exauditum iri, quàm exauditus fuerit Petrus, vel Paulus. Et infrà: Si tamen eadem ac æque firma fide Deum imploremus, quando reliqua longè inferiores, tamen in hoc pares sumus: quod in eodem orandi mandato, eadem exorandi promißione instructi armatiq; sumus, &c. Bene monet Caluinus, vt statuamus in cordibus nostris, quod sicut Deus exaudiuit Paulum & Petrum, ita nos exaudiet. Sed quomodo Deus Paulum exaudierit, ipsemet Paulus testatur:*
2. ad Cor. 12. *Et ne, inquit, magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus sathanæ, qui me colaphizet, propter quod ter dominũ rogaui, vt discederet à me, & dixit mihi: sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Ex his verbis Paulum specialem fidem non habuisse, vel si illam habuit, per illam fuisse deceptũ, manifestè patet. Vnde specialis certitudo non fides, sed error est. Nam Paulus quando orabat, aut erat certus se exauditum iri, aut dubius: si erat certus, igitur decipiebatur per specialem fidem, nam se Deum non exaudisse ipsemet testatur, cum ait: Et dixit*

xit mihi, sufficit tibi gratia mea. Cùm igitur Paulus hac in oratione nō fuit exauditus, quādo orabat, non fuit certus se exauditum iri, vt Caluinus affirmat, alias fuit deceptus. Patet ergo quod Paulus vas electionis, ille qui raptus in tertium cœlum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui, ille qui non ab homine, sed à Deo Euangeliū didicit: ille inquam Paulus, cui in mandato orandi, & in promissione exaudiendi pares sumus, ignorauit se exaudiri. Et de hoc per specialem reuelationem certior factus est. Nam si per specialem fidem habuisset certitudinem se non exauditum iri, non orauisset, & si per eandem orauit, contra fidem egit. Vel ergo Paulus non fuit christianus, quia specialem fidem, quam sectarij asserunt, necessariam non habuit, aut hæc specialis fides error est. Illud asserere de Paulo, qui vas electionis est, quàm temerariū atq; hæreticum sit, omnibus est manifestū. Relinquitur ergo, specialē quam vocant fidē, esse manifestissimū errorem. Ex quo Paulus nō per fidem vniuersalem quā habuit, nec per specialem quam sectarij dogmatizant, sed per specialē reuelationem se non exauditum esse credidit. Veriùs quidem Caluinus dixisset. vnusquisq; statuat, nihil magis se certū esse quando orat, quàm Paulus fuit in sua oratione. At Paulus non quia non habuit specialē fidē, nec propterea quod de fidelitate Dei dubitasset (nam in illo existimandū est. quod vt scriptura docet, nihil in fide hæsitans postulauerit) sed propter iustā causam sibi ignotā nō fuit exauditus. Vnde clarissimè manifestatur, quàm temeraria sit specialis fi- Iacob. 1.

des

des, cùm plures causæ sint, propter quas Deus iustissimè huic aut illi non dat, quæ promisit, & tamen non est infidelis, ac illæ causæ soli Deo sunt notæ, nosq; latent. Quis enim tam temerarius est, vt quæ Paulum latebant, sibi patere asserat? Sine speciali Dei oraculo nullus potest fieri certior de supernaturalibus donis sibi collatis, tamen per fidem generalem de diuinis promissionibus est persuasus.

Generalis fidei certitudo cum morali coniectura ad pie operandum ex fide sufficit.

ETsi nullus ordinariè ex fidei doctrina specialē certitudinē habeat suæ prædestinationis, & iu-
Cap. 43. *stificationis, tamen non est negandū aliquos speciali Dei reuelatione certiores factos esse suæ iustificationis quod rarum dei donū est. Et quanquā iusti nō habeant fidei specialem certitudinē suæ prædestinationis & vocationis, tamen tantā certitudinē habent, quanta ad pie viuendū in Christo sufficit. Nā quamuis scriptura prædestinationis, electionis et similiū in speciali fidei certitudinē non doceat, sed potiùs dubitatione tamen in vniuersali fidei certitudinē exponit, & tradit methodū, qua instruimur, à quibus saltem humanam specialē certitudinē accipiamus, quæ cum fide vniuersalis promissionis, in hac vita ad piè Deum colendum sufficiat. Apostolus Petrus: Quapropter, inquit, fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestrā vocationem et electionem faciatis. Nam sicut neq; qui plantat, neq; qui rigat est*
Pet. 2. epi. cap. 1.
aliquid

aliquid. sed qui incrementum dat Deus: tamen qui plantat & rigat certior de messe futura colligenda, quàm qui nec qui plãtat, nec qui rigat est: etsi omnia à Deo & nec volentis, nec currentis, sed dei miserentis, tamen qui credit, & bene operatur, certior est de sua prædestinatione, vocatione, & de æterna beatitudine, quam qui non credit, aut non piè viuit. Nam sicut Deus ordinauit terram per agriculturam germinare frumentum: ita prædestinauit, credentibus, & piè viuentibus dare beátitudinem. Vnde ex fide generali & bona conscientia homo habet tantam certitudinem, quanta sufficit ad piè viuendum in Christo. Hæc verò specialis certitudo non est fidei, vt satis ostendi superiùs, quia non diuino, sed humano videlicet propriæ conscientiæ testimonio innititur, quod testimonium non est tam sufficiens (etiã cum fide generali promissionis ad persuadendum: vt omninò indubitanter assentiar, definitè me prædestinatum esse) vt diuinum verbum ad fidem faciendã huius propositionis: Paulus est prædestinatus, quia de hac definitè loquitur scriptura, non tamen de me.

Nemo ordinarie est certus suæ futuræ beatitudinis. Cap. 44.

ADuersus hanc humanam certitudinem Caluinus ait: Egregia verò salutis fiducia nobis relinquitur, si ad præsens momentum nos esse in gratia coniectura morali existimamus, quid in crastinum sit futurum nescimus &c. Caluinus igitur de futuris contigentibus non explicatis in sacra scriptura Caluin. ca. 5. par. 18.

haberi certitudinem, videlicet esse certum, se non
Eccl.9. *transgressurum cras Dei legem asserit. Quod contra Dei verbum est, quod ait. Omnia in futurum seruantur incerta.*
Cal.ca.14. par. 28. *Atque in hoc Caluinus sibi contradicit: nam in alio loco, ideo inquit, nos celare futura omnia voluit Deus, vt tanquam dubijs occurramus, nec desinamus parata remedia opponere. Et infra. Proinde in rebus agendis ea est nobis prospicienda Dei voluntas, quæ verbo suo declarat &c. Hanc doctrinam*
Eccl 9.c. *sacra scriptura docet. Sunt, inquit, iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta, eo quod vniuersa æque*
Hierony. *eueniant, iusto & impio. Hieronymus istam sententiam exponens, Porro, inquit, hic sensus est. Etiam in hoc cor meum dedi, & scire volui, quos Deus diligeret, quos odisset, & inueni iustorum quidem opera in manu Dei esse: & tamen vtrum amentur à Deo, an non, nunc eos scire non posse: & ambiguo fluctuare, vtrum ad probationem sustineant, quæ sustinent, an ad supplicium. In futuro igitur scient, & in vultu eorum sunt omnia, id est, antecedit eos cum de vita hac decesserint notitia istius rei, quia tunc est iudicium, nunc certamen. Hæc Hieronymus. Deus enim cœlando futura, quædam quoque præterita, & præsentia, ex quibus futura necessario sequuntur, occultat. Nam sicut in scientijs, cognitis principijs cognoscitur conclusio, quæ ex illis infertur necessario: ita ex prædestinatione futura beatitudo necessario & euidenter infertur. Vnde si quis suæ prædestinationis habet fidẽ*

spe-

specialem, certus est suæ futuræ beatificationis. Quod si beatificationis futuræ in speciali est certus: quæ sunt illa futura, quæ Deus cœlauit hominem, vt tanquam dubijs occurramus, & non desinamus parata remedia opponere? Certe non tam de agrorum colligendis fructibus, nec de belli victoria quàm de futura morte & vita solicitos nos esse Deus præcipit. Hæc enim nobis magis dubia & periculosiora sunt, quàm illa. Itaq; diuina lex non ad occurrendum cœli intemperiei, nec terræ sterilitati, nec bellantium sæuitiæ remedia tradit (quamuis opponere his malis futuris iusta remedia sit licitum) sed ad vitãda futura peccata, & cauendam æternam pœnam, & ad assequẽdam futuram vitam beatam parauit remedia, quibus his dubijs occurramus. Atq; hæc proculdubiò sunt vnius mediatoris fides, quæ per dilectionẽ mandatorum Dei obseruationem operatur. Si igitur per specialem fidem Caluinus se non transgressurum Dei legem est certus, de opponendis remedijs aduersus futura peccata non erit solicitus: & hac certitudine & securitate nihil minus quàm de cauendis futuris peccatis curabit: ex quo opus non erit illi, orare illud ex oratione dominica, Et ne nos inducas in tentationẽ, sed libera nos à malo: erit siquidem beatus, quemadmodum illi qui cum Christo æterna & perfecta pace fruuntur. Hæc & similia ex temeraria speciali fide sequũtur, q̃ bonos mores piumq; Dei cultũ eneruãt.

Fidelium opera non speciali sed generali certitudine regulanda sunt.

Cap. 45. HAEc coniectura seu humana certitudo quamuis admixtam habeat formidinem, tamen diuinas promißiones dubias non reddit: quia si in humanis scientijs vniuersales & indifinita propositiones veriores sunt singularibus definitis, multò certiores erunt in diuina scriptura: cùm de singularibus non ars sed historia tradatur. Vnde illa singularia, quæ non definitè exponuntur in diuina scriptura, velut dubia relinquuntur: & propter hæc singularia dubia non sequitur, quod vniuersales & indefinitæ non sint sempiternæ veritatis, quia vniuersalis indefinita singularium est norma. Quapropter in rebus agendis ad regulas vniuersales & non ad singularia dubia perspiciendum est: atque ita qui orat Deum, aut pœnitet, quamuis de se dubitet, non ideò oratio & pœnitentia per hanc dubitationem singularē, sed per Dei promißionem vniuersalem regulanda est, in qua pauidæ conscientiæ consolantur, & non in speciali vana fide, quæ plerunq; fallit & fallitur: Hanc doctrinam & ipsi sectarij, velint, nolint, profitentur, qua professione specialis fides penitùs ruit. Caluinus, partim, inquit, in Euangelij promißionem recumbit, partim sua iniquitatis testimonio trepidat. Quæ variatio ex fidei imperfectione contingit: quando nunquam tam benè in præsentis vitæ cursu nobiscum agitur, vt omninò diffidentiæ morbo curati fide toti repleamur. Et infrà: Si quidem istius certaminis semper hic finis est, quod fides eas difficultates quibus ita circumsepta videtur periclitari, tandem eluctatur. Et in alio loco adducens illud

Calu. cap. 5. part. 5.

Caluin. ca. 14. par. 25.

lud Pauli: vult omnes homines saluos fieri, inquit. Sed cur omnes nominat? nempe quo tutiùs piorũ conscientiæ acquiescant, dum intelligunt, nullam esse peccatorum differentiam modo adsit fides: impij autem non causentur sibi deeße asylum quo se à peccati seruitute recipiant, &c. Quod si tutiùs piorum conscientiæ, vt Caluinus fatetur, in vniuersali fide acquiescunt: minùs igitur tutè in speciali: quare specialis certitudo non est fides. Nam omnia quæ fide tenemus, æquè firmiter credimus & acquiescimus, quia eadem est ratio, propter quam omnibus credibilibus assentimur. Fidei quidem articulis ad Christi humanitatem spectantibus ita firmiter, sicut illis, qui ad eius diuinitatem pertinent, assentimur, & sicut in istis, ita & in illis per fidem nullus potest decipi, quia omnia propter Dei verbum creduntur: sed in promißione vniuersali tutiùs conscientiæ piorum acquiescunt: & hoc, quia certiùs illi quàm fidei speciali assentimur: quare non hæc sed illa est fides. In fide quidem vniuersali magis constanti certitudine ac solida securitate, quàm in speciali fide animum obfirmamus. In illa enim catholicus velut supra firmã petrã recumbit, & pedem figit, quia in verbo Dei fundata est. In hac verò sectarius velut in brachio carneo, & in baculo arundineo acquiescit. Sed quid multis moror? Philippus quoq; ipse pluribus in locis vniuersalem fidem astruens, specialem labefactat. Quare, inquit, non deflectamus oculos atque animos à promißione vniuersali, sed in hanc nos ipsos includamus, & sciamus verè in ea voluntatem Dei ex- Philipp. de prædest.

pressam esse. Eandem sententiam infra clarius exponit dũ ait. Remoueamus à Paulo stoicas disputationes, quæ fidem & inuocationem euertunt. Quomodo enim potest Saul credere, aut inuocare, cum dubitat promissionem ad se pertinere, aut cum obrepit illa tabula Parcarum, iam decretum est te reijciendũ esse, non es scriptus in numero electorum. Aduersus has imaginationes discamus voluntatem Dei: ex Euãgelio agnoscamus promissionem esse vniuersalem, vt fides & inuocatio accendi possit. Huic sententiæ consonat quod in alio loco ait. Ac prodest hoc loco habere in conspectu aliquas vniuersales sententias, vt nos vere in illas includamus, sciamus vere nobis quoque Deum velle ignoscere, nos exaudire, & recipere, &c. Ecce quomodo secundum sectarios fides vniuersalis sine fide speciali omnibus sufficit ad Deũ in veritate inuocandum. Vnde moralis coniectura, quam scholastici cum vniuersali fide ponunt, non est perniciosa, vt Caluinus asserit, dicens, hinc iudicare licet, quàm perniciosum sit scholasticorum dogma, nos de gratia Dei erga nos non aliter statuere posse, quàm ex coniectura morali, prout se vnusquisq; non indignum reputat, etc. Caterùm fallitur admodum, quia non scholasticorum, sed fidei dogma est: neminẽ sine speciali reuelatione posse esse certum de sua iustificatione. Et hoc tantum abest, vt sit perniciosum, vt potius sit maxime officiosum: nam Dei verbo & patrũ testimonijs hanc specialẽ incertitudinẽ, vtilem, illam vero specialem fidem perniciosam & falsam esse ostensum est. Nec scholastici ex sola coniectura, sed ex illa,

In locis de gra.

Cal. c. 4. p. 15.

illa, cum vniuersali Dei promißione, humanam haberi certitudinem asserũt. Atq; hæc magis certos nos facit, quam fallax specialis fides, quàm sectarij ponunt. Et hæc sufficit pauidis conscientijs, quæ in fide vniuersali quiescunt. Neq; vt ait Caluinus: prout se vnusquisq; non indignum reputat, sed prout vnusquisq; quanto minus sibi conscius est, tanto magis se humiliat, & reputat se indignum, & præ oculis habens Dei promißiones in domino & non in se confidens, orat, pœnitet, & cætera quæ Deus iubet, iuxta humanam fragilitatem cum Dei gratia exequitur.

Fidem eandem esse post iustificationem cum illa quæ ante fuit oportet.

SEd sectarij ni fallor specialem fidem, quoddam Dei donum asserũt esse, iustificatis ordinarie datum: quo certiores suæ iustificationis fiunt. Nam de hac speciali certitudine Philippus ait: Nunc de hac fide consequente remißionem peccatorum, nulla est syllaba in tota mole constitutionum &c. Huic sententiæ consonat quod alibi dicit, Aduersarij, cum de fide loquuntur, dicunt eam præcedere pœnitentiam &c. Proculdubio, non solum in mole constitutionum, sed neque in diuina scriptura de hac speciali fide consequente pœnitentiã fit mentio. Nam adulti baptizandi catechizantur, & ab illis ecclesia exigit fidei confeßionem: & hanc esse necessariam ante baptismum, oẽs iuxta diuinam scripturam affirmant. Quod Lucas satis clare exponit cũ inquit, Venerunt, Cap. 46. Philip. Apolog. de confe. & de pœnit. Acto. 8.

ad quandã aquam: & ait Eunuchus: ecce aqua quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus. Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait: Credo filium Dei esse Iesum Christum. Atque post baptismum, non exigitur à iustificato alia fides præter illam quam professus est. Nam antè iustificationem prius oportet credere omnia necessaria: Paulus: credere enim, inquit, oportet accedentem ad deum quia est, & inquirentibus se remunerator, & ideo antè baptismum ei proponuntur generales promissiones, & illis credens baptizatur, eandem igitur fidem quam habuit antè, & non aliam habet post baptismum. Sectarij verò asserunt, hanc specialem fidem consequi iustificationem, igitur est alia fides ab illa quæ exigitur antè iustificationem: & per consequẽs per fidei doctrinam hæc specialis fides non traditur, quod est contra apostolum, qui ait: Fides autem per verbum Dei: nam audire verbum Dei & credere antè iustificationem oportet: & tamen nullus hanc fidem specialem habet antè iustificationem. Quare non est fides, sed error. Nam fides quam de Christo redemptore nostro habemus, eandem habuerunt patres antè Christi natiuitatem, & apostoli etiam tempore, de quo Christus in hac mortali vita conuersatus est. Vnde eadem fides est harum trium propositionum, Christus nasciturus est, nascitur, & natus fuit. Et sicut Astrologus etiam eadem demonstratione demonstrat, Solis deliquium futurum ad certũ diem, & per eandem cognoscit eundem præsentem et præteritum. Ita si hæc est de fide: Caluinus iustificatur

Ad Rom. 10. cap.

Ad Heb. 11. cap.

tur: hæc etiam, Caluinus iustificabitur: antequã iustificaretur fuit de fide, sed ipse Caluinus nõ potuit antè iustificationem, quamuis credat omnes generales promissiones, illam credere: igitur non est de fide. Si enim aliquis Iudæus fidelis, maior natu Christo, per Christi prædicationem credidisset & post Christi mortem superuixisset, per eandem fidem Christum venturum, venire, & venisse credidisset. Simili modo baptizandus adultus antè iustificationem hanc specialem fidem haberet, sed illam non habet: igitur non est fides.

Nemo credit nisi volens.

Quoniam homo ad res gerendas voluntate ducitur, ideo illius operationes sunt voluntariæ, atq; de humanarum disciplinarum cognitione, quã per studium literarum consequitur, idem est iudicium. Nam qui in discenda philosophia dat operam, non sine affectu animum ad discendum appulit. Quare sicut verbi Dei concionatores, ita disciplinarum professores spontè audimus, sed humanarum disciplinarum dogmatibus, habita tantùm cognitione rationum, quæ illa astruunt, præterita voluntatis consensu aßentimur. Humanæ enim disciplinæ nihil supra naturam, nihilq; humanum excedens intellectum tradunt. Quare sufficientes rationes, quibus reuincitur intellectus ad sua dogmata persuadenda adducunt. Nam sicut in voluntatis potestate est auertere, aut conuertere oculos ad videndum, & tamen apertis oculis velimus, aut nolimus, videamus oportet: ita voluntatis consensu cogitamus hanc proposi- Cap. 47.

tionem bis tria sunt sex, quæ semel cogitata, non voluntate, sed naturali necessitate intellectus ad assentiendum conuincitur. Et quia applicare animum ad scientiarum studium, (sine quo illarum notitia non habetur) ad voluntatem pertinet: ideo disciplinarũ cognitio voluntaria, ac iuxta rectæ rationis regulam laudanda aut vituperãda est. At quoniam sunt quædam propositiones, quarum testimonia non sufficiũt, neq; rerum aut argumentorum euidentia, aliquid valet, ad perfecte persuadendum, nec intellectum reuincere valent: ideo istis sine voluntatis imperio intellectus non assentitur. Quapropter, harum propositionum non solum cognitio, sed assensus à voluntate est. Hoc verum esse, illa maxime quæ in diuina traduntur scriptura aperte demonstrant, quia non solũ à nostris sensibus, sed à nostro intellectu nimis absunt. Nam de rebus & gestis humanis, eo quod non superant naturam, quanquam remota sunt à nostris sensibus, quædam habẽt tam sufficientia testimonia, nobisq; nota, quod ad illis assentiendum non opus sit voluntatis affectu, talia sunt pleraq; in Grammatica, Dialectica, & Philosophia, vt verbi gratia: quod hic liber epistolarum sit Tullij, aut ille Aeneidos Vergilij, omnes confitemur solo testimonio latinorum & horum sibi constantium: quorum tanti ponderis est autoritas, quod Grammaticorum nullus illis non credere, etiamsi velit, possit: quia latinorum communis sensus ad assensum conuincit intellectũ. Sed testimonia q̃ ordinarie proponuntur ad credendũ, contenta in sacra scriptura, ad conuincendum intellectum,

sola

sola non sufficiunt: quare opus est voluntatis affectu. Hanc doctrinam esse apostolicam testatur Paulus: corde inquit creditur ad iustitiam. Augustinus quoq; eandem sententiam exponens, ait: Quid hic dicimus fratres? si trahimur ad Christum, ergo inuiti credimus: ergo violentia adhibetur, non voluntas excitatur. Intrare quispiam ecclesiam potest nolens, accedere ad altare potest nolens, accipere potest sacramentum nolens: credere non potest nisi volens. Si corpore crederetur, fieret in nolentibus, sed non corpore creditur. Apostolum audi dicentem: Corde creditur ad iusticiam: Et quid sequitur? Ore autem confessio fit ad salutem. De radice cordis surgit illa confessio. Hactenus Augustinus. Si autem omnibus hominibus Deus sicut prophetis loqueretur, eorum intellectum, ad assentiendum suæ reuelationi, conuinceret: nam Dei loquentis tanta est auctoritas, vt sine voluntatis imperio efficaciùs quàm rerum euidentia persuadeat. Atque ita conuincit intellectum, vt sæpissimè factum fuit in reuelationibus prophetarum, quibus Deus loquutus est. Nec propterea in prophetis fuit affectus minor, imò potiùs maior quàm in cæteris, ad credendum mysteria reuelata. Nam vt accidit illis, qui desiderio inquirendæ veritatis tenentur, quibus quantò euidẽtiores rationes occurrunt ad intelligendũ, tantò maiori affectu amplectuntur scientiã: ita prophetæ quantò euidẽtiùs testimoniũ ad credendũ habuêre, tantò maiori affectu credidêre. Vnde corde crediderũt ad iustitiam: non enim propterea quod prophetæ habuerunt euiden-

Ad Ro. 10.

Aug. sup. Ioan. tract. 26.

euidentiora testimonia ad credendum, ideò habuerunt euidentiam de rebus reuelatis.

Etsi fides intellectus est actus, tamen à voluntatis pia affectione formatur.

Cap 48. *Modus quidem tradendi sacram doctrinam specialis & extraordinarius, tamen conueniens fuit prophetis apostolisq́, quàm ordinarius tradendi notitiam verbi Dei per prædicationem est nobis omnibus expediens. Nam per hunc modum tradendi fidei doctrinam, magis humiliatur homo, quàm si illo modo immediatè doceretur à Deo. Atq; hoc pacto verbi Dei ministri honorantur magis: quia legatione funguntur pro Deo: hoc etiam modo accipiendo fidei doctrinam, quantò ineuidentiora sunt testimonia, tantò ex cordis maiori affectu Deo habemus fidem, & pluris obedientiæ illi exhibemus. Nam quod fidei testimonia (non propter eorum insufficientiam, sed quia homini sunt obscura) non efficiunt, id voluntas religiosè erga Deum affecta, simul cum illis facit: quia persuadet intellectui vt firmiter assentiat verbo Dei. Hanc Catholicam doctrinam Caluinus subsannans ait. Fidem formari nugantur, accedente ad assensum pia affectione, &c. Pro fidei formatione est animaduertendum, quod iuxta communem philosophorũ sensum, forma est, quæ dat esse rei, & omnia secundum formam habent esse. Petrus quidem per animam est homo, per albedinem verò est albus: atq; hæc quidem accidentalis, illa verò substantialis est forma. Hinc*

Caluin. ca. 5. P. 19.

fit

sit, quod Petrus sine albedine est homo, non tamen albus. Qui ergo dat Petro animam perficit illum: quia dat illi formam substantialem, qua est homo. Similiter qui dealbat parietem, dat parieti aliquod esse accidentale, & hoc etiam est perficere parietem. Idipsum sentiendum est de aßensu fidei, cuius perfectio intrinseca & essentialis est: quod sit assensus certißimus, eius itaque forma est certitudo, quæ quamuis ab ipsis rebus seu obiectis producatur, tamen quando res sunt remotæ à sensibus, aliundè accipitur, & illa à quibus accipitur, perficiunt & formant assensum, quia sine certitudine cogitatio est informis & imperfecta. Hanc apostolicam doctrinam sapientißimè Thomas exponit, dicens: Quidam verò actus intellectus habent quidem cogitationem informem absq; firma assensione: siue in neutram partem declinent, sicut accidit dubitanti: siue in vnam partem magis declinent, sed tenentur aliquo leui signo, sicut accidit suspicanti, siue vni parti adhæreant, tamen cum formidine alterius, quod accidit opinanti: sed actus iste qui est credere, habet firmam adhæsionem ad vnam partem in quo conuenit credens cum sciente & intelligente: & tamen eius cognitio non est perfecta per maximam visionem, in quo conuenit cum dubitante, suspicante, & opinante. Et sic proprium est credentis, vt cum assensu cogitet: & propter hoc distinguitur iste actus qui est credere, ab omnibus actibus intellectus qui sunt circa verum & falsum. Hæc Thomas. Cogitatio ergo in illis quæ non habent euidentiam, formatur per firmam adhæsionem, quæ

Tho. 2. 2. q. 2. art. 1.

est fidei forma. Et ne quis leuiter credat, necessaria est inquisitio, & deliberatio, , ad adhærendum alteri parti. Quod ille etiam ibidem apertè satis docet, dicens: Alio modo dicitur cogitare magis propriè consideratio intellectus, quæ est cum quadam inquisitione antequam perueniatur ad perfectionem intellectus per certitudinem visionis. Et infrà qualis sit fidei inquisitio exponit, cùm inquit: Fides non habet inquisitionem rationis naturalis demonstrantis id quod creditur: habet tamen inquisitionem quandam eorum, per quæ inducitur homo ad credendum: puta, quia sunt dicta à Deo & miraculis confirmata. De hac fidei inquisitione & deliberatione Paulus
ad Ro, 4. *loquens de Abraham: Qui contra spem, inquit, in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, secundũ quod dictum est ei: sic erit semen tuum, sicut stellæ cœli & arena maris. Et non infirmatus est in fide, nec considerauit corpus suũ emortuum, cùm iã ferè esset centum annorum, & emortuam vuluam Saræ. In promißione etiam nõ hæsitauit diffidentia: sed confortatus est fide, dans gloriam Deo plenißimè, sciens, quia quæcunq; promisit, potens est & facere, &c. Theophilactus cum Chrysostomo hunc exponẽs*
Chryso. Theoph.
locũ, ait: Ipse verò in fide haudquaquã labefactatus, sed fortem eam retinens, non respexit ad proprium corpus suum ipso tempore iam emortuum, nec expendit secum Saræ matricem duplici ratione enectã. Etenim & senio & sterilitate iam erat emortua. Nec hæsitauit, hoc est, non in dubiam animi sui sententiam raptus est, nec prorsus animi pepẽdit. Sed enim robora-

roboratus est fide. Intuêre autem, quinam ostendat credentem opus habere multa virtute ac potentia. Nam pleriq; fidem imminuerunt, ceu rem minimè laboriosam: opera verò magnificarunt, vt quæ sudorem ac vires postulent. Indiget igitur, inquit, is qui credit & magna & potenti anima, quo incredulitatis ratiocinationes abigat, ac repellat. Perinde igitur atque Abrahamus in fide robustior est redditus. Qua ratione? Dans gloriam Deo: non humanis fidem adhibens cogitationibus, aut argumentis. Hactenus Theophilactus. Ecce quomodo Abraham ad vtranq; partem habuit rationes, quibus examinatus, post deliberationem contra humanam spem credere Dei promissis elegit, sed in istis quomodo deliberandum sit, alibi Paulus exponit: Nam arma, inquit, militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersum scientiam Dei, et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, &c Rationes enim humanæ insurgentes cõtra fidem destruuntur & captiuantur per obsequentis Deo voluntatis imperium, quo intellectus illis rationibus spretis soli Dei verbo credit. Quia pia voluntas diuina testimonia quãuis ineuidentia pluris quàm humana quantũcunq; euidentia æstimat, & quanquam illa non sufficiant ad persuadendũ, tamen voluntas cũ illis intellectui, vt firmiter aßẽtiatur diuinæ scripturæ, persuadet. Volũtatis igitur religiosæ pius circa dei oracula affectus, potẽtior quã humana persuasio est, quia illã destruit

2. Cor. cap 10.

destruit,& certitudinem quam intellectus à solis diuinis testimonijs (quia sunt ineuidentia) non accipit à pia voluntate,ducuntur, atq; ita à testimonijs ineuidentibus, ex voluntatis imperio se persuaderi, in obsequiumq; Christi captiuari sustinet, quia non propter humanas quas ipse excogitauit, sed propter diuinas rationes, quas non euidenter ipse capit, fidei domatibus assentitur. Hoc modo intelli ẽgda sunt illa

Ad Rom. 10. cap. *verba: fides formatur accedẽte ad assensum pia affectione. Et hoc est, quod Paulus ait: corde creditur ad iusticiam. Non enim dicit quod credere sit actus voluntatis: nam de noticia qua verbo Dei assentimur loquitur, vt sequens sententia manifestat, dicens: Ore autem confeßio fit ad salutem. Confeßio autem symboli exprimit intellectus assensum imperatum à voluntate. Ipsa quoq; fidei confeßio à corde procedit, & sicut corde credimus, ita corde confitemur. Hæc verò imperantur à voluntate, & tamen voluntatis actus non sunt, vti deambulatio imperatur à voluntate, tamẽ corporis membra illam faciunt. Quare dicimus eam esse à corde, id est, à voluntatis affe-*

Calu. ca. 5. part. 19. *ctu. Hoc ipsum Caluinus affirmat, dicens: Siquidem, inquit, assensionem ipsam cordis esse magis, quàm cerebri & affectus, magis quàm intelligentiæ, &c. Ac hoc est assensum formari pia affectione, & tamen ille hoc nugas vocat, cùm per affectum, si pius sit, formetur, id est, perspiciatur assensus, vt firmiter credamus: quare non de re, sed de nomine hîc Caluinus contendit. Voluntate ergo credimus, quia per fidei doctrinam sine pio erga Deum affectu intellectus nõ*

persuade

persuadetur, ad religionis dogmatibus firmiter assentiendum: nec ideo excluditur Dei gratia, quia Dei donum est fides. Istam sententiam scholastici Theologi pari consensu profitentur. Thomas enim ait. Ipsum autem credere est actus intellectus assentientis veritati diuinæ ex imperio voluntatis à Deo motæ per gratiam. Et sic subiacet libero arbitrio in ordine ad Deum. Idem asserit Scotus dicens. Nec pono habitum fidei infusæ solum propter gradum in actu: sed etiam propter assensum: quia assensus non est totaliter à voluntate. Aliqui enim sunt, qui velint magis assentiri: & tamen minus assentiunt. Et ideo petebãt Apostoli. Domine adauge nobis fidem: & in quadam etiam collecta petitur à nobis augmentum eius, cum dicimus. Omnipotens sempiterne Deus da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum. Quod certè non oporteret petere si totus assensus esset à voluntate.

Tho. 22. q. 11. rt. 9.

Scot. l. 3. d. 23.

Fides charitate, vt perfecta sit virtus, formatur. Caput 49.

Voluntatis quidem imperio pioq; affectu fides, vt certus sit assensus, formatur: charitate verò vt perfecta sit virtus, acceptaq; Deo, vlterius formanda est. Nam sicut homo vltra animam, ad hoc vt sit doctus, indiget scientia tanquam accidentali forma: & ars rebus nouas formas, vt ad hominis vsum illæ commodentur, indit. Ita homo, & illius virtutes, Dei dona, hominisq; actiones, vltra proprias formas alia forma indigent, per quam recta & bona sint, & in Deum quoq; ordinentur. Quæ autem sit illa, Paulus

1. ad. Cor. 13. ca.

K gen-

gentium doctor exponit dicens. Aemulamini aũt charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum sicut aes sonans, aut Cymbalum tinniẽs. Etsi habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Itaq; Dei charitas quae diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis, hominem, eius actus, virtutes, Deiq; dona format, atq; in Dei gloriam refert. Theophylactus cum Chrysostomo hunc locum exponens ait: Ne sigillatim dicens molestus videatur, ad matrem, & fontem omnium fidem peruenit eamq; omnem. Quia videbatur magnum esse rudioribus, montes transferre, huius gratia, eius rei meminit, non quod hoc solum possit tota fides. Nam montes transferre non magni facit Christus, & modicae fidei parti adscribit: si habeatis inquiens fidem vt granum sinapis. Obserua autem hic, quomodo autem per prophetiam & fidem omnia charismata comprehendit. Aut enim in verbis vel operibus sunt miracula. Non autem dixit charitatem non habens modicus sum & vilis, verum nihil sum. Ex horum sanctorum doctorum sententia, Paulum non solum de miraculorum, sed de fidei dono quo diuinis assentimur dogmatibus, atq; de omnibus donis loqui manifestum est. Homo igitur rationali anima virtutibus, diuinisq; gratijs donatus, si charitate careat nihil est, sed eam habẽs vniuersam legem adim-

Theophil. Chrysost.

Matth. 17.

implens omnis homo est. Quod Augustinus praeclare explicat dicens: Quid breuius, verius, salubrius dici potuit? Deum, inquit, time, & mandata eius custodi: quia hoc est omnis homo. Quicunq; enim est hoc, est custos vtiq; mandatorū Dei. quoniam q hoc non est, nihil est, non enim ad veritatis imaginem reformatur, remanens in similitudine vanitatis. Diuina quidem scriptura p hac verba: nihil sum, nō asserit hoīem non esse, sed deformatū esse, apud ac Deum nihil aestimari, exponit. Similiter per hac verba: fides sine operib. est mortua, non fidē desiuisse, sed non esse efficacem significat. Hic loquēdi modus nō solū in diuina scriptura, sed apud homines vulgaris est: nam qui nō est frugi, aut stultus, à caeteris vilipēditur & nihil aestimatur, tamen propter hanc aestimationē non amittit suā formā, qua est homo. Ita fides quāuis sine charitate nihil sit, quia mortua & otiosa est ad operandum, tamē per suam formā qua est certissimus assensus ad fidei dogmatib. firmiter assentiendū, sufficiens est, & iste assensus, etsi certus, tamē sine charitate, qua omnia referūtur in Deum, deformatus est, id est, ad Dei gloriā nihil est. Per charitatē quidē tam actus quam virtutes praecipue fidem vt sint, aliquid, viuant, officiosaq; sint, formari oportet. Paulus in Christo, inquit, Iesu neq; circuncisio aliquid valet, neq; praeputiū sed fides q̄ per charitatē operatur. Fides enim quando p charitatem formatur, timorem & caetera pietatis facit opera: quando vero non operatur per dilectionem, quanq̄ credat, est informis. De qua Iacobus: Sicut enim corpus, inquit, sine spiritu mortuum est: ita

Eccle. 13. c. Aug. de ciuit. li 20. cap. 3.

Ad Gal. 5.

Iacob. 2. c.

& fides sine operibus mortua est. Super hanc Apostolorum doctrinam fundatur fidei distinctio in fidem formatam & informem, quæ distinctio non solum ad fidem, sed ad cæteras virtutes, ac hominum acta applicanda est: quia omnes virtutes, humaniq; actus quantumuis secundum rationem rectam procedant, sine charitate informes sunt: quod fit eo, quod per eã
1. Ad co. 13 *ordinantur in finem vltimum. Nam charitas inquit Paulus, patiens est, benigna est, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate: congaudet autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas enim quia immediatè tendit in Deum perfectius quam cætera formæ, omnia format, ac in Deum dirigit: nam secundum Paulum, dare eleemosynam, quod est humanitatis, si non formetur Dei dilectione, nihil est. Si distribuero, inquit, in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita, vt ardeat: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Non dicit Paulus, quod qui sine charitate dat eleemosynam, nõ subuenit pauperi sed nihil mihi prodest, quia eleemosyna huiusmodi non est Deo grata. Nam qui humano affectu dat eleemosynam indigenti, tam subuenit, quam qui ex charitate, sed hic perfectius quam ille operatur: quia propter Deum dat eleemosynam. Similiter fides informis tam vere, & indubitanter sicut formata credit, sed hæc perfectius, quia per charitatem operatur, per quam non solum cre-*

credendi actus Deo est acceptus, sed ipsa fides ad omnia alia opera bona est efficax, sine charitate tamen fides mortua & ociosa est. Chrysostomus quidem hāc sententiā illustrat dicens. Et quemadmodum in corpore recens mortuo est videre oculos, manus, pedes, ceruicem, & caput, sed nullum membrum facit quod debet. Ita & hic omnes fideles præsentes sed non est efficax fides. Feruorem enim extinximus & corpus Christi mortuum fecimus. Chryſ.ho. 27. 2.ad cor.cap.12

Informis fides tam certa quam formata est persuasio.

Cap.53.

ADuersus hanc Apostolicam fidei distinctionem Caluinus dum nugatoriam, inquit, fidei formatæ & informis distinctionē asserere volunt, &c. Quam distinctionem quam ille nugatoriam vocat, sub alijs verbis velit nolit illico profitetur. Quanquā enim, inquit, duas esse fidei formas docendi causa cōcedimus, dum volumus ostendere, qualis sit in impijs Dei notitia, vnicam tamen piorum fidem cum Paulo cognoscimus &c. Impiorum quidem alios de religionis mysterijs tantum opinionem habere exponit dicens. Credunt certe Deum esse & Euangelicam historiam: quale vero iudicium esse solet de ijs, quæ olim gesta narrantur. Alios vero informem fidem habere (quam nugatoriam vocat) paulo etiam inferius manifeste satis aduersus seipsum asserit, dum ait. Sunt etiam qui vltra procedunt: nam Dei sermonem pro certißimo habent oraculo nec eius præcepta prorsus negligunt etc. Illos quidem qui historiæ Euangelicæ Caluinus c.5. P.1.

vulgarem assensum habent, non habere fidem, neminem latet. Nam qui de Euangelica non certiorem quam de Liuiana, aut Salustiana historia assensum habet. paganus infidelis, non Christianus fidelis est. Isti vero qui vltra procedunt, proculdubio veram fidem, quæ Dei donum est, habent: hoc Caluinus asserit, cum ait. Sunt qui vltra procedunt &c. Quid enim est vltra in assentiendo procedere, nisi Dei verbo firmius & certius quam humanæ historiæ assentiri? Sed huiusmodi assensus sine Dei dono haberi non potest: nam Dei sermonem habere pro certissimo oraculo non omnibus datum est, quod Paulus satis apertè docuit dicens. Sed non omnes obediunt Euangelio: & alibi ait: Non enim omnium est fides. Hic igitur certissimus assensus, quem quidem impij habent, & quo quidam alij carent, diuino auxilio habetur, nam vltra progredi, vires humanæ sine Dei auxilio non valent. Isti igitur verè credunt Christi Euangelio atque veram fidem habent.

Ad Rom. 10. cap. 2. ad Thes. 3.

Fides quanquam in peccatoribus fidelibus sit otiosa, tamen est vera.

Cap. 51. Cal. c. 5. Par. 1.

IMpiorum quidem fidem, qui Dei sermonem pro certissimo oraculo habent, veram esse scholastici affirmant. Caluinus vero negat. Persuasionem, inquit, nescio quam timore & pietate vacuam veræ fidei nomine dignantur, &c. Diuina certe scriptura aliqua Dei dona esse in impijs testatur. Saul enim & Caiphas prophetasse nulli dubium est. Nisi enim Deus impijs ante iustificationem aliquod donum, quo iuua-

iuuarentur, dediſſet, nullus conuerſus ad Deũ ex toto corde fuiſſet. Eorum verò quibus aliqua dei dona conceduntur, quoſdam quidẽ dei donis bene vti: quoſdã verò abuti, non eſt dubiũ: propter quod Paulus, adiuuantes, inquit, exhortamur, ne inuacuum gratiam Dei recipiatis. Et ſi fidei ſpeciale opus eſt Dei verbo firmiter & indubitanter aſſentiri: & per propriam formam hoc exequatur, tamen ſine charitate, non ſolùm quia per opera non exequitur, ſed credendo etiam eſt otioſa: quia non credit omninò vt oportet, ſcilicet ex charitate. Neque propter hanc otioſitatem fides amittit ſuum eſſe: nam ſicut in homine aliud eſt eſſe rationale, & aliud ratiocinari: ac plures homines ſunt, qui per totam vitam nunquam ratiocinãtur, tamen propter hoc nõ deſinunt eſſe homines: quia ad eſſe hominẽ nõ rationari, ſed eſſe rationale exigitur: ita ad verã fidem neceſſariò exigitur, quod ſit aſſenſus verus, certus, ſine formidine, dei verbo confirmatus. Et propter hoc eſt operatiuus. Sed cùm aliud ſit eſſe operatiuum & aliud operari, poterit ſine hoc eſſe, vti cætera dei dona quæ ad vtilitatẽ & ad operandum data ſunt homini. Quod ſi homo abutitur illis, non iam donorum defectu, ſed hominis culpa eſt. Hoc euangelica talentorum parabola, in illo qui talentum acceptum abſcondit, & nihil ex illo lucratus eſt, manifeſtat. Serue, inquit, male & piger, ſciebas quia meto vbi non ſemino, & congrego vbi non ſparſi. Oportuit igitur te committere pecuniam meam numularijs, et veniens ego recepiſſem vtique, quod meũ eſt cum vſura. Seruus quidẽ, nõ talentum

1. ad Cor. 6 cap.

Matth. 25.

tum, malus & piger vocatur: quia id quod accepit ad lucrandum, abscōdit. Fidelis itaq; in peccatis lapsus, quia accepta fide ociatur, reprehenditur, & ne huiusmodi in talento fidei abscondito confidant, illorū fides mortua & ociosa vocatur, non quòd illa propriè sit mortua & otiosa, sed potiùs illi, qui non vtuntur ea, mortui, & ociosi sunt. Eandem sententiā alia

Matth. 13. *parabola euangelica docet. Nā semen secus viam, supra petram, inter spinas, in bonā terrā cecidit: atq; illud ex sua natura fœcundum fuit, sed tantū quod in bonam cecidit terrā, fructū attulit. Simili modo eadem fides in impijs & pijs est hominibus, tamen non in illis, sed in istis est efficax. Non quidē fidei defectu, sed hominis culpa fides est otiosa. Quod beatus Augustinus exponit, dùm inquit: Videte ergò fratres mei, quid dixit Apostolus. Si habuero omnia Sacramenta, omnem scientiam, prophetiam, fidem. Qualē fidem? Item, Ita, vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Non dixit, illa omnia nihil sunt, sed si charitatem non habeā, nihil sum. Quis enim demens diceret, nihil sunt Dei sacramēta? Quis demens diceret, nihil est prophetia, nihil scientia, nihil fides? Non illa nihil sunt, sed cùm illa magna sint, ego magna habens, si charitatem non habeam, nihil sum. Magna illa sunt, & magna habeo, et nihil sum, si charitatē non habeo, per quā mihi prosunt, quæ magna sunt. Si enim non habeo charitatē, illa inesse possunt, prodesse non possunt. Tantum ille. Quare nō ex hoc, quod fides in peccatoribus non parit pietatis opera: ideò in illis eam existere negandum est. Nam*

August. in Serm. sup. gestū cum Emerg.

fidei

sid ei proprium opus est Dei verbo indubitanter assentiri, ac sine hoc opere non secùs fides permanebit, quã homo sine anima. Cæteri verò affectus non sunt tam de eius intrinseca ratione, quin sine illis esse non possit. Nam Dei supernaturalia dona quæ ad Deum cognoscendum, & amandum homini conferuntur, ordinem operandi, quem tenent cæteri potentiarum rationalium habitus sequuntur: vir quidem doctus, & prudens, aut artifex in somno, nec scientia, nec arte vtitur, & in vigilia non semper, sed quando vult, illis vtitur, ex quo fit vt hi habitus in aliquibus sint otiosi: ad hunc modũ homo, fide, charitate, ac alijs donis quãdo vult (quanquã hæc quoq; voluntas sit à deo) vtitur. Vnde sicut habens artẽ, aliquando non operatur secundum eam: ita habens fidem, quando vult operatur secundum fidem, & quando vult ociatur, tamen non impunè. Habitus quidẽ seu virtutes, quãquàm sint operatiui, sine actione possunt aliquãdiu manere. Et si habitus quos homo disciplinarum studio, aut assuefactione morum, didicit per otium, pereant, tamen Dei dona per contraria solùm vt iustitia infusa per iniquitatẽ, fides per hæresin, amittitur. Hanc doctrinam illa talentorum parabola expressè declarat: nam illorũ qui acceperunt plura talenta, tam voluntarium fuit negotium, quàm ocium illius qui vnum accepit, sed illi negotiando non solùm accepta talenta seruârunt, sed lucrati sunt alia. Hic verò otio torpẽs, quod acceperat amisit, sed quamdiu fuit negotiandi tempus, à seruo nequam non est ablatum talentum. Ita in impijs in hac vita fidei informis do-

num manet. Parabola enim non ad dogmatis veritatem astruendam, sed ad illius sensum explicandum adducitur.

A fide ociosa homo etiam dicitur fidelis.

Cap. 52. Calu.ca.5. Par .1.

HAEC inquam *fides quam Caluinus ponit in peccatoribus ipso testantenon omninò vacua quali quali timore est. Nec, inquit, eius præcepta prosus negligunt, &c. Quod certè non potest fieri sine aliquo affectu, seu amoris, seu timoris, ex quo illi non negligunt Dei præcepta, quod nemo nisi per fidem facit, neque etiam peccatores sine voluntate credunt. Vnde aliquem affectũ habent, qui quanquàm sit inefficax ad operandum, quia sine charitate est, tamen ad credendum est efficax. Cùm igitur nemo credat, nisi volens, hos peccatores aliquem affectum & ad credendum, & ad non prorsus contemnendum dei præcepta habere constat. Hanc denique fidem quam* Caluinus *asserit esse in peccatoribus, non solùm scholastici Theologi, sed sancti doctores iuxta apostolicam doctrinam veram esse, ac per illam homines esse fideles affirmant. Quod Augustinus apertè satis testatur, dicens: De hac fide nunc loquimur quã adhibemus, cùm aliquid credimus: non quã damus, cùm aliquid pollicemur: nam & ipsa dicitur fides, sed aliter dicimus, non mihi habuit fidem. aliter autem, non mihi seruauit fidẽ. Nam illud est non credidit quod dixi: illud, non fecit quod dixit. Secundum hanc fidem, quã credimus, fideles sumus*

August. de spir. & lit. cap. 13.

Deo,

Deo: secundam illam verò qua fit quod promittit, etiam Deus ipse fidelis est nobis. Huic sententiæ concordat, quod alibi etiam ait: Fidelis vtique à fide. fides à credendo. Similiter Chrysostomus eandem sententiam astruit, dum inquit: Dicitur item fides, qua nos ad agnitionem Dei perducit, ob quam quisque nostrûm fidelis vocatur: sicut ad Romanos scribens dicit: Gratias ago Deo meo per Iesum Christum super omnibus vobis, quod fides vestra annunciatur in toto mundo. Fides ergo quamuis sit mortua, vera est, atq; per illam Deo credimus, & sumus fideles.

Serm. 14. de verb. apost.

Chrysf. 3. tom. hom. 2. ad Cor. cap. 4.

Fides formata non alia ab informi est.

Caput 51.

Diuinam quidem scriptura distinguens inter fidem operantem per dilectionem, ac non operantem, id est, inter fidem formatam & informem, non duas fides, sed vnicam ponit. Quod quia latuit sectarios, ideò hanc distinctionem eos negare existimo. Nam Caluinus inquit: Vnicam tamen piorum fidem cum Paulo agnoscimus, &c. Scholastici quoq; vnam tantum fidem agnoscunt: quia vnus dominus, inquit Apostolus, & vna fides. Sed hæc vna fides variè consideratur, & tamē non ideò varia sed vna est. Diuina enim scriptura hominem, in interiorem, & exteriorem, et in nouum et in veterē distinguit, tamē nō duo sed vnus est homo. Ita fides informis et formata in re eadē est, sed variè propter charitatis absentiā, aut præsentiā consideratur, hoc diuina scriptura manifestat. Nam Paulus dicens: Fides quæ per charitatem

Calu. ca. 5. P. 1.

Ad Ephes. ca. 4.

Ad Gal. 5. cap.

ritatem operatur, eandem fidem aliquando per dilectionem operari, aliquando verò per charitatem non operari, exponit. Iacobus quoq; adducens corporis et spiritus similitudinem, manifestè docet vnam fidem formatam & informem esse. Sicut enim, inquit, cor-
Iacob. 2. pus sine spiritu, &c. Nunquid corpus mortuum aliud quàm quod fuit viuū est? profectò idem quod fuit viuum per animæ absentiam manet mortuum. Ita fides quæ fuit in Adam & in Dauid quando fuerunt iusti, eadem post eorum lapsum mansit in illis. Nam isti non à dogmatum, sed morum regula defecerunt. Ideò per peccatum non apostatauerunt à religione, nec facti sunt hæretici: illi quoque impij quos Caluinus Dei sermonem pro certissimo habere oraculo asserit, non pagani, nec hæretici sunt. Quare eos esse fideles, veramq; fidem sicut Adam et Dauid habuisse manifestum est. Vnde fides informis quæ in peccatoribus, si illi per pœnitentiam conuertantur, iustificenturq; fit formata, sicut in resurrectione mortuorum corpus idem viuificabitur. Adam enim postquam conuersus est ad Deum, non habuit aliam fidem ab illa, quàm habuit post lapsum: atq; per illam pœnitendo accessit ad Deum. Nam credere enim oportet, in-
Ad Heb. 11. quit Paulus, accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remuneratur. His verbis Paulus totius fidei summam est complexus, quam peccator accedens ad Deum tenetur habere: sed fides quæ antè iustificationem mortua fuit, & informis, in iustificatione, eadem per charitatem formatur, viuit, et efficax est. Quare fidei distinctio nō duas, sed vnicā fidē ꝓfitetur.

In

In dæmonibus ſine Dei dono eſt vera fides.

ETſi diuina teſtimonia humanum intellectum ad aſſentiendum non cogunt, tamen angelicū intellectum ad fidei myſteria credenda conuincunt. Nam dæmones ingenij acumine quo magis quàm homines pollent, diuina teſtimonia, videlicet Chriſti, & apoſtolorum mira opera, perfectiùs quàm homines cognouerunt. Quapropter illa teſtimonia illos ad fidei myſteria credenda reuincunt. Vnde Iacobus, Dæmones inquit, credunt & contremiſcunt. Aduerſus hoc expreſſum Dei verbum confeßio Auguſtana, ait: Quod enim, inquit Iacobus dæmones credunt, &c. Intelligit fidem de noticia hiſtoriæ. Eandem ſententiam paulò inferiùs clariùs exponit, dùm inquit: Norunt enim hiſtoriam impij & diaboli, &c. Noticiam hiſtoriæ non eſſe fidem ſuperiùs expoſui: tamen de dæmonum fide, ſcriptura ſpecialiter, eos non ſolùm vnum Deum, ſed etiam perſonarum trinitatem ac redemptionis myſteria credidiſſe, tradit: quod Auguſtinus exponens, ait: Sed quid dicit Iacobus? Et dæmones credunt & contremiſcunt. Magna eſt fides, ſed nihil prodeſt, ſi non habeat charitatem. Confitebantur & dæmones Chriſtum, ergo credendo ſed non diligendo dicebant, quid nobis & tibi fili Dei? fidem habebant, charitatem non habebant: ideo dæmones erant. Hæc Auguſtinus. Atque dæmonum noticiam aſſenſum eſſe certißimum ſcriptura manifeſtat: nam poſtquam dixit, dæmones credūt, illico

Cap. 54.

Iacob. 2.

Auguſt. cōfeſ. de fid.

Aug. trac. 6. ſup. Ioā.

illico addidit & contremiscunt. Timor quidem in dæmonibus, quorum potentia nulla potestas super terram comparatur, non ex historia noticia, nec suspicione, nec opinione, sed ex certißima fide, quam habent, nascitur: profectò si non crederent, non time rent. Hic enim timor fidei est effectus, ex quo à posteriori fides cognoscitur. Sed hæc dæmonum fides quãuis sit assensus verus, certus, & sine formidine: tamen non est Dei donum: quia non corde, sed inuicti, non ad iustitiam, sed nequitiam cùm sint in malo obstinati, non ad vtilitatem, sed potiùs ad supplicium credunt. Atque vt sapiens ait: Qui addit scientiam addit laborem. Ita dæmones perfectiùs per fidem, quàm ex naturali scientia suam miseriam, et hominis prærogatiuam cognoscunt: quia fide, hominem non solùm esse Deo similem, sed Deum hominem factum esse, credunt. Se verò non Deo similes, vt ambiêre, sed omnium infœlicißimos esse cognoscunt, atq; horum non vt à peccatis resipiscant, sed potiùs vt in sua malicia perseuerẽt per fidem facti sunt certiores: nec intellectum auertere à fide valent. Vnde illorum fides cũ Caluiniana fide conuenit, quia cor dæmonum penetrat, & illic fixa residet. At peccatorum hominum fides non est coacta, sed spontanea atque ad Deum timendum & pœnitendum à Deo datur Quare fides in hominis corde non ita fixa residet, sicut in dæmonibus, nec quia dæmonum fides non est Dei donum, est incertior, nec quia tenacior est, perfectior quàm hominis fides.

Eccl. 1. ca.

Fides

Fides non abusiue, sed proprie dæmonum & impiorum persuasionem significat.

Caluinus verò cùm informem seu peccatorum aut dæmonum fidem expresso Dei verbo in scriptura tradi negare non potuisset, ad consueta hæreticorum arma confugiens, nouumq́ Dei verbi comminiscitur sensum. Talibus quidem, inquit, fidei testimonium tribuitur, sed per κατάχρησιν &c. Diuinam scripturam vti figuratis locutionibus nulli est dubium, tamen qui verba in significatione propria verum habentia sensum figuratè exponit, in fide errat. Huiusmodi sunt diuinæ scripturæ loca, in quibus hæc verba fides, credere, pro assensu ponũtur: nam ibi necessariò non secũdum tropum, sed propriè accipienda sunt, quod ex natura fidei ac tropi proprietate manifestatur. De illa enim figurata locutione Fabius inquit. Eo magis necessaria κατάχρησις quã rectè dicimus abusionem, quæ non habentibus nomen suum, accommodat, quod in proximo est. Sicut parricida matris quoque aut fratris interfector dicitur. Vnde quamuis iuxta Caluini sectam illorum impiorũ assensus, qui historiã Euangelicã perinde ac humanã credunt, vocaretur abusiue fides, tamẽ illorũ, qui assentiendo vltra procedunt, & Dei sermonẽ pro certissimo habent oraculo, nõ abusiue, sed propriè appellatur fides. Nã omnis assensus, siue per Dei donũ, siue naturaliter habeatur: aut scientia, aut fides, aut opinio est. Sed fides q̃dam diuinæ autoritati q̃dã Cap. 55. Calu. ca. 5. P. 2. Quint. li. 8. ca. 6.

verò

verò humani innititur, illa christiana fides, hæc vulgaris, & humana est. Atq; vtraq; his verbis credere, fides, propriè significatur. Nã in hac propositione, testibus fidem habeo, aut credo, tam propriè quàm in hac, Deo habeo fidem aut credo, verba accipiuntur. De qua verò fide exponenda sint, circunstantia scripturarum manifestat. In diuina enim scriptura fides, credere pro assensu, qui diuinæ auctoritati innititur, in forensibus verò causis pro assensu humana auctoritate confirmato propriè accipiuntur. Quare fides, credere pro vtrouis assensu certò non abusiuè, sed propriè accipitur, & pro assensu euidente, aut pro opinatiuo abusiuè à nullo probato auctore vsurpatur, quia ista habent sua nomina. Diuina igitur scriptura in istis propositionibus, Dæmones credunt & contremiscunt: fides sine operibus mortua est, & similibus non tropicè interpretanda est. Nam impiorum aßensus de mysterijs nostræ redemptionis, teste Caluino, diuinæ innititur auctoritati: quia illi vltra procedunt, & Dei sermonem pro certißimo habent oraculo. Quapropter propriè & non abusiuè
Cal. ca. 16. par. 11. *appellatur fides: quia fides iuxta Caluini sententiam pro assensu certo accipitur, quod satis declarat, cùm inquit: fides sit in præstandis promißis veritas: fidem tamen dixerunt certitudinem, seu certam persuasionem, quæ de ipsa veritate habetur. Eandem sen*
Phil in loc. de fide. *tentiam Philippus expreßiùs exponit: Vsitatißimũ, inquit, est πίστιν pro firma assensione, in qua significatione opponitur incertæ opinioni. Secundum ergo hãc sectariorum sententiam hæc vox fides vbi in scri*

ptura

ptura pro dæmonum aut impiorum assensu ponitur, non abusiue sed proprie capitur: quia isti non opinionem sed certum assensum habent de Deo. Sed sectarij, quia horum fides est ociosa, ideo illam non proprie appellari fidem affirmant, quod Caluinus exponit, dicens. Praeterea persuasionem nescio quam timore Dei, & pietate vacuam veræ fidei nomine dignantur. Infra etiam ait. Verum hæc fidei seu vmbra, seu imago, vt nullius est momenti, ita indigna est fidei appellatione &c. Caluinus nimirum differens de fide, perinde loquitur de illa, ac si quis de Christo diceret, eum abusiue vocari hominem: quia filios carnales non procreauit. Simili modo, quia fides impiorum Dei timore & pietate est vacua, dicit eàm abusiue vocari fidem: fallitur tamen, quia sicut mulier sterilis, aut virgo non minus est homo quam ea quæ parit filios: ita peccatorum assensus non minus est fides, quam ea quæ iustorum est, quæ per dilectionem operatur. Atque diuina scriptura non humano, sed diuino spiritu edita, assensum quem habēt impij & dæmones fidei nomine dignatur. At Caluinus huic spiritui repugnans asserit illum assensum indignum esse fidei appellatione, qua quidem opinione, num sancto spiritui aduersetur, pijs viris examinandum relinquo. Diuina igitur scriptura, ac sancti doctores impiorum Dæmonúmque certum quem de diuinis mysterijs habent assensum, non abusiue, sed proprie fidem appellant. Hæretici tamen suas hæreses fidem appellant, sed nec hic etiam abusio habet locum. Quod Fabius doctissimè exponit,

Cal. cap. 5. par. 1. & 2.

dùm ait. Illa quoq; quidam καταχρήσεις esse volunt, cum pro temeritate virtus, aut luxuria liberalitas dicitur. A quibus hæc quidem dissonantia sunt, quod in his non verbum pro verbo ponitur, sed res pro re. Neq; enim putat quisquam & luxuriam & liberalitatem idem significare, verum id quod fit, alius luxuriam esse dicit, alius liberalitatem, quamuis neutri dubiū sit, hæc esse diuersa. Simili modo oēs sciunt fidem & hæresim esse diuersa, sed hæreticus suum errorē existimat esse fidem, nec propter hanc falsam existimationem fides capitur abusiuè, sed propriè.

Sicut homo libere credit, ita libere quanquam non impune à vera fide deficere poteſt.

Cap. 56. NOn solum Caluinus impiorum fidem, sed etiam fidem eorum qui quondam fuerunt pij & lapsi sunt, non fuisse fidem dogmatizat. Credidisse, inquit. Simon magus qui tàmen suam incredulitatem paulo post prodit. Eodem modo credere ad tempus dicuntur in Euangelio Lucæ, ac causam ob quam illorum persuasionem negat esse fidem, exponit dicens. Qualiscunq; autem illa est assensio, ad cor ipsum vsq; minimè penetrat, vt illic fixa resideat. At de fide quam ille comminiscitur, ait. E conuerso vera & Christiana fides cor hominis penitus insidet atq; occupat, quam vt temere euanescat &c. Hæc doctrina tam hæretica est, quam noua: nam cum expresso Dei verbo pugnat. Ecclesiastica enim historia & Euangelica, aliquos à fide defecisse, & aut in hæresim aut in

Cal. ca. 5. part. 2.

pa-

paganismum lapsos esse, ac illorum quosdam pœnitentiam egisse manifeste tradit, quod si illi non habuissent fidem, neq; fuissent credentes nunquam à fide defecissent: sed lapsos veram habuisse fidem, Dei verbum expresse docet. Miror, inquit Paulus, quod sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium: quod non est aliud nisi sunt aliqui, qui vos conturbant & volunt conuertere Euangelium Christi Hos igitur veram fidem habuisse clarissimum est. Nam eos transferri à Dei Euangelio ad Iudaismum, quid aliud est, quam fuisse Christianos? Quod Pauli prædicatione factum fuerat & à pseudoapostolis transferebantur à fide Christi ad legis obseruantiam, quare fidei non obediebant. Hoc ipsum expresse Paulus infra testatur. O insensati, inquit, Galatæ, quis vos facifcinauit, non obedire veritati? ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est in vobis crucifixus? Hunc exponens locum Theophylactus, cum Chrysostomo ait. Atqui Hierosolymis crucifixus est, quomodo ergo dicit, quod ante oculos & in vobis? Quoniam fidei oculis viderunt crucem exactius quam qui tunc coram astiterunt, conspexeruntq;. Nam plerisq; eorum qui corporaliter viderant, nihil commodauit: hi autem etiamsi oculis non vidissent, per fidem tamen exactius viderunt. Præscriptus est igitur exacte, hoc est viua velut imagine expressa depictus est per prædicationem: vos vero credentes prædicationi, ceu præsentem ipsum conspexistis. Hæc sane & in laudem eorum cedunt, & vituperium, quia viderunt nu-

Ad Gal. 1.

Ad Gal. 3.

Theoph. Chrysost.

datum, crucifixum, morientem: eoq; dimisso, ad legem accurrerunt. Hactenus Theophylactus. Galatarum igitur Christiana fides quam illi à Paulo acceperant per pseudoapostolorum prædicationem, non
Luc 8. *fidei, sed illorum inconstantia euanuit. Hoc Christi Euangelium expreßius exponit. Semen, inquit, est verbum Dei. Qui autem secus viam, hi sunt, qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum, & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autē in spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & solicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes, suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi sunt, qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia &c. Ex quibus verbis notandum est, quod dominus Iesus Christus magister ac Redemptor noster verbi Dei auditores in quatuor diuisit classes. In prima quidem sunt auditores, qui historiæ Euangelicæ habentes notitiam, non credunt. In secunda vero, qui ad tempus credunt. In tertia autem, qui perseuerant in fide, sed non operantur. Atq; in quarta credentes, qui p dilectionem operantur, collocātur. Prima classis est infidelium. Secunda Apostatarum, ac hæreticorum. Tertia fidelium peccatorum. Quarta fideliū piorum. Quæ distinctio non figurate, sed proprijs verbis, & in eorum propria significatione non ab homine, sed à Christo supremo scholæ magistro est tradita.*

dita, atque in ea fidei natura explicatur. Nam ex eo profecto quod primæ claßis auditores Dei audito verbo non credunt, fidei testimonia non conuincere intellectum, ac voluntatis imperio opus esse ad credendum clare ostenditur. Secundæ claßis auditores, à prima per fidem differunt: nam illi nunquam, isti vero ad tempus crediderunt, propter quod fidem habuerunt, fidelésque fuerunt, quia secundum Augustinum fideles à fide, fides à credendo. Si enim isti non habuissent certum assensum, scriptura non diceret ad tempus credunt: sed quia isti victi tentationibus recedunt, Caluinus eos prodidisse suam incredulitatem dicit: cum melius multo dixisset, sui animi inconstantiam prodiderunt, nam victi sunt à tentatione. Si enim perseuerassent, Caluinus diceret illos credere. At perseuerantia non fidei sed ipsi credenti asscribenda est: fides vtique mansisset, si homo non abiecisset eam. Vnde non defectu fidei, sed hominis culpa amittitur. Ex hac secunda classe colligitur, quod sicut isti non coactè, sed sponte crediderunt, ita non coacte, sed voluntariè, perseuerauerunt ad tempus in fide, & grauius isti abijciendo susceptam quàm illi non suscipiendo fidem peccauerunt. Nam beatus Petrus, melius enim, inquit, erat illis, non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Tertiæ claßis auditores differunt etiam à secundis, quia perseuerauerunt in fide: tamen voluptatibus & solicitudinibus præsentis seculi suffocati, non referunt fructum. Ex hoc manifestè constat, fidem

Augustin. serm. 14. de verb. apost.

2. Pet. 2.

manere in peccatoribus. nam hi qui suffocantur, non recedunt à fide, quanquam non operantur: atq; hæc quidem est fides mortua & informis. Quartæ classis auditores differunt ab his, qui sunt in tertia: quia credentes per dilectionem operantur. Igitur in illis qui ad tempus crediderunt, ac in illis qui non retulerunt bonorum operum fructum, vera fides fuit. Aliâs audientium Dei verbum distinctio à Christo posita vana esset, quod asserere est impium, atq; hæc cũ illa fidei formata & informis distinctione eadem est: & Caluinus qui hãc distinctionem vocat nugatoriam, sciat oportet, eam non ab scholasticis, sed à Iesu Christo traditam esse, ac ab Apostolis explicatam, vt superius expositum est.

Christianus peccator, etsi non seruat fidem, tamen credens est.

Cap. 57. *CVm enim Euangelium in peccatoribus Christianam fidem esse expresse affirmet: sectarios hoc negantes, aut de nomine contendere, aut Dei expressum verbum negare certum est. Confessio Augustana. Nec existere, inquit, fides potest, nisi in his qui pœnitentiam agunt. Et in alio loco eandem sententiam clarius explicans ait. Nam Diaboli & impij non possunt hunc articulum credere remissionem peccatorum. Si Confessio Augustana de fide quam Deo habemus loquitur, manifestissime errat. Nam articulus de peccatorum remissione non definite sed indefinite traditur: vnde credere hunc articulum tam dia-*

Auguſt. Cõfeſ. art. de operib. & de fide.

diabolo & impio, quam pio non repugnat. Hic quidem articulus est vniuersalis promißio, quare sicut ad omnes pertinet, ita omnibus ad credendum proponitur. Si enim peccatores non crederent hunc articulum, desperarent, aut nullus pœniteret. Sed diabolus articulum de carnis resurrectione quanquam nunquam resurrecturus sit, credit. Igitur remißionem peccatorum, licet sit certus, quod nunquam sibi remittentur peccata, credit. Et homo etiam quoque quantumuis impius nunc articulum credit: quia sibi in vniuersali sicut cæteris facta est promißio, & illi in hac vita mortali patet via salutis. Si vero solum illi, qui consequuntur peccatorum remißionem, hūc articulum crederent: nullus resurrectionem & vitam æternam, nisi qui hæc assequeretur, crederet: at omnis fidelis articulum resurrectionis, & vitæ æternæ, antequam eam consequatur, credit, ergo & impius, antequam iustificetur, credit remißionem. Si vero Confeßio Augustana non de fide quam habemus Deo, sed de ea quam seruamus Deo, loquitur, controuersia est tantum de nomine, quia omnes Catholici fatemur, peccatores non seruare fidem Deo. Nam homo accipiens conditionem quam Deus posuit, fidē illi seruare, id est, facere ea quæ Deus præcipit, tenetur, conditio autem quam homo accepit est hæc: obedire Dei præceptis. Atq; cum impius non obediat Deo, non est fidelis in seruandis promißis. De hac fide non litigamus, sed scriptura, quæ de hac loquitur, non est interpretanda de illa: vt Philippus interpretatur, dum inquit. Excuti fidem per mala opera, testatur Pau-

Philip. in locis de operibus q. 4.

Paulus. Si quis, inquit, suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Hic proculdubio Philippus decipitur. nam Paulus non de fide qua Deo credimus, sed de fide quam tenemur seruare Deo, disputat. Qui enim suorum curam nō habet, Dei praceptum de dilectione non seruat: quare est infidelis, id est, non seruat, q̄ promisit Deo, quanquam non ideo infidelis, id est incredulus, sed credens, quod ipsamet scriptura manifestat. Nam postquam dixit, fidem negauit, illico addidit, & est infideli deterior. Quae enim comparatio esset, si ille, qui non habuit suorum curam, esset incredulus? certe nulla esset. Paulus igitur clarißime docet, quod peccator quanquam non seruet Deo fidem, tamen Deo habet fidem: & propterea deterior est infideli, id est non credenti Deo, quia peccator fidelis per Christianae fidei profeßionem magis quam infidelis tenetur seruare Dei pracepta. Fides quoque pro veracitate, qua homo facit, quae dicit, accipitur, & hoc modo peccator Dei legem transgrediens dicitur mendax, & negare fidem. ad Ti. 1. c. *Confitentur, inquit scriptura, se nosse Deum, factis autem negant. Sicut enim est mendax, qui loquitur contra illud quod corde tenet: ita peccator, qui contra fidem quam corde tenet, & ore confitetur, operatur, mentitur: quia facit contra id, quod credit, sed infidelis per sua mala opera non negat fidem, quia illam non habet, tamen agit contra conscientiam. Et de vtroque Paulus.* Ad Rom. cap. 14. *Omne autem, inquit, quod non est ex fide, peccatum est. Hunc Pauli locum sicat pracedens Philippus ad-*

adducit ad probandum, fidem per mortale peccatum amitti. sed ex verbis Pauli eum, qui contra fidem & conscientiam agit, non fidem amittere, sed peccare colligitur. Quare melius Caluinus. Manet enim, inquit, illud fixum. Quicquid non est ex fide, peccatũ est, quo intelligit Paulus, quod cum dubitatione susceptum est opus, propterea vitiosum esse, quod omnium bonorum operum radix est fides, qua certi sumus illa Deo accepta esse, &c. Quod Paulus illic de conscientia disserat, præcedentia verba aperte satis manifestant: ait enim. Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est. Istius scripturæ germanum sensum exponit Theophylactus. Qui ambigit, inquit, nec confidenter edit, condemnatus est. Quamobrem? non quia immundus erat cibus, sed quia non credidit mundum esse, atq; attigit escam ceu immundam. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est. Cum enim non fuerit confisus, neq; crediderit purum esse cibum, sed gustauerit ipsum praua conscientia, omnino peccauit. Hactenus Theophylactus. Peccator igitur quanquam operetur contra fidem, id est conscientiam, & Deo non seruet fidem, tamen si Deo credit, fidelis est.

Cal. c. 4. p. 8.

Charitas posterior & perfectior est fide.

ETsi Dei dona sunt varia, vnumque alio sit præstantius, tamen fides omnibus est prior: hoc expresse Paulus docet. Nunc autem, inquit,

manent tria hæc, Fides, Spes, Charitas. Maior autem horum Charitas. Ex his verbis duo ordines inter Dei dona considerandi sunt, videlicet ordo generationis & perfectionis. Et iuxta philosophos quæ sunt priora generatione sunt posteriora perfectione, id est, imperfectiora: quare fidei, quæ prior cæteris donis nascitur, charitas præfertur: & vt Ioannes
Ioan.1.c a. *baptista de Christo: Ipse, inquit, est, qui post me venturus est, qui antè me factus est, Christus videlicet minor natu Ioanne, est prior illo, id est, dignior & perfectior. Simili modo Fides, Spes & Charitas eo ordine quo à Paulo numerantur vnaquæq; istarum generatione est prior: è conuerso verò quæ vltimo loco ponitur, perfectior est alijs. Ex hac apostolica doctrina scholastici fidem ordine generationis esse priorem Spe & Charitate: charitatem vero ordine perfectionis esse priorem, id est, perfectionem fide asserunt. Hanc distinctionem non intelligens Caluinus:*
Cal.c.5. p.12. *Quod enim, inquit, tradunt scholastici, charitatem fide & spe esse priorem, merum est deliramentum, quandoquidem sola est fides, quæ in nobis charitatē primùm generat, etc. Ex hoc, & similibus locis quisq; pius, prudensq́; vir animi candorem quo sectarij scholasticos Theologos suggillant, & insectantur, palam poterit cognoscere. Nam illi magno correpti furore hæc impudentissima & manifestissima mendacia, nec videre, nec de illis erubescere valent. Quæ*
Tho.1.2. q.62. art. cap. 4. *verò scholasticorum Theologorum sit sententia, testatur beatus Thomas. Duplex, inquit, est ordo, scilicet, generationis & perfectionis. Ordine quidem*

dem generationis quo materia est prior forma, & imperfectum perfecto, in vno & in eodem fides præcedit spem, & spes charitatem secundum actus, nam habitus simul infunduntur. Non enim potest in aliquid motus appetitiuus tendere vel sperando vel amando nisi quod est apprehensum sensu aut intellectu. Per fidem autem apprehendit intellectus ea, quæ sperat & amat. Vnde oportet quod ordine generationis fides præcedat spem & charitatem. Et infrà: Ordine verò perfectionis charitas præcedit fidem et spem, eò quod tam fides quàm spes per charitatem formatur, & perfectionem virtutis acquirit. Sic enim charitas est mater omnium virtutum, & radix, inquantum est omnium virtutum forma. Et non solùm fidem esse priorem spe, & charitate, sed etiam omnibus virtutibus. Thomas in alio loco sapientissimè docet, Per se quidem, inquit, inter omnes virtutes prima est fides, cùm enim in agibilibus finis sit primum, vt suprà dictum est, necesse est virtutes Theologicas, quarum obiectum est vltimus finis, esse priores cæteris virtutibus. Ipse autem vltimus finis oportet quod prius sit intellectu quàm voluntate: quia voluntas non fertur in aliquid nisi prout est intellectu apprehensum. Vnde cùm vltimus finis sit quidem in voluntate per spem & charitatem, in intellectu autem per fidem, necesse est, quod fides sit prima inter omnes virtutes. Quia naturalis cognitio non potest attingere ad Deum secundum quod est obiectum beatitudinis, prout tendit in ipsum spes & charitas. Hæc omnium scholasticorum Theolo-

Thom. 2. 2. q. 4. art. 7.

Ad Heb. 11.cap. *Theologorum communis sententia expresso Dei verbo traditur. Sine fide autem, inquit, impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentẽ ad Deum, & inquirentibus se remunerator sit. Fides quidem, Deum esse hominis supernaturalem vltimum finem, ad quem homo suas operationes debet referre: atq; Deum, ea quæ nec oculus vidit, neq; auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, præparasse inquirentibus se, indubitanter tradit.*

Ad Heb. 11. Illa Pauli sententia. Est autem fides substantia etc. non fiduciam sed persuasionem definit.

Cap. 59.

Marc.16.c. *SPiritussanctus quibusdam translatis verbis ad fidei naturam significãtius explicandam vsus est. Christus enim, super hanc, inquit, petram ædificabo Ecclesiam meam. Paulus etiam ait: Vt sapiens Ar-*

1. ad co. 3. *chitectus fundamentum posui, quibus quidem translatis verbis, petra, fundamentum, fidem (per quam Christus in cordibus nostris habitat) firmissimum certissimumq; assensum ac cæteris donis & virtutibus priorem esse significat. Nam sicut sine fundamento domus non ædificatur: ita nullus pius affectus, nullaq; religiosa actio sine fide esse potest. Credere quippe, quid amandum, quid odio habendum, quid sperandum, & quid timendum sit, ad piè boneq; operandum necessarium est, quæ omnia nõ possunt cognosci, nisi per fidem: ideò spiritualis ædificij*

Ad Heb. 11. cap, *velut fundamentum est fides Paulus: Est autem, inquit, fides sperandarum substantia rerum, argumẽ-*

tum

rum non apparentium. Hunc locum Philippus expo-nens: definitio, inquit, fidei in epistola ad Hebreos, 11. capitulo testatur, fide significari fiduciam, cùm inquit. Fides est ὑπόστασις rerum sperandarum, constat enim ijs, quibus phrasis græca nota est, ὑπόστασις significare exspectationem, hoc est, fiduciã exspectantem, &c. Sed fallitur multum, quia fidei definitio quam Paulus assignat, non potest fiduciæ conuenire. Nam esse substantiam rerum sperandarum, idem significat, quod ædificij spiritualis fundamentum, & tantum abest, vt fiducia sit huius ædificij fundamentum, vt potiùs illa indigeat fide pro fundamento: quia qui habet fiduciam aliquo, prius eidem habere fidem oportet. Nisi enim credidissemus Deum esse veracem, non habuissemus in illo fiduciam, nam fiducia ex fide nascitur. Quare non fiducia, sed fides est fundamentum & substantia rerum sperandarum. Etsi enim græca phrasis in diuina scriptura obseruanda est, tamen non iuxta Grammaticorum, sed Theologorum & antiquorum patrũm sententiam Dei verbum exponendum est. Nullus quidem patrũm hunc Pauli locum de fiducia interpretatur. Sed vbi Erasmus nouam fiduciæ interpretationem edidit, sectarij non veritatis, sed nouitatis studio eam sequuti sunt, eam tamen esse falsam manifestum est. Quia quamuis ὑπόστασις tam propriè exspectationem, id est, fiduciam exspectantem, quã subsistentem substantiam ac plura alia significet, tamen in hoc loco iuxta communem ecclesiæ sensum inquantum substantiam significat, translatè pro cer

Phili. in locis de fide.

ta

ta fidei perſuaſione accipitur. Hūc tropū illud verbū ἔλεγχος poſitum in eadem definitione, ſuam propriam ſignificationem retinens, clarè manifeſtat. Nam ſecundum catholicos & ſectarios perſuaſionem, id eſt, certiſsimum fidei aſſenſum illic ſignificat: atq; cū verbo ὑπόστασις coniunctum illud fidei aſſenſum figuratè ſignificare facit. Quapropter eandem perſuaſionem quam ἔλεγχος propriè, ὑπόστασις figuratè ſignificat. Hæc quippe perſuaſio qua Deo habemus fidem ſperandarum rerum appellatur ſubſtātia: quia Dei promiſsiones antequam impleantur non in ſe ſed (ſicut accidentia in ſubſtantia) in fidei certa perſuaſione ſubſiſtunt. Atq; eadem perſuaſio non apparentium argumentum, id eſt, certitudo eſt, quia eadem perſuaſione noſter intellectus fidelem & veracem eſſe Deum credit. Atq; hoc quidem his verbis: argumentum non apparentium: illud verò his, ſubſtantiam rerum ſperandarum, ſignificatur. Hæc enim duo, fidei inquantum certiſsimus eſt aſſenſus conueniunt. Apud ſectarios, ἔλεγχος pro aſſenſu accipi Philippus teſtatur, dum dicit: Sed ſit fides certa aſſenſio: ἔλεγχος, id eſt, certitudo, qua mens conuicta diuinis teſtimonijs firmiſsimè amplectitur diuina teſtimonia, &c. Paulum quidem illic non de fiducia, ſed de aſſenſu loqui ipſamet ſcriptura manifeſtat, dum illicò ait: In hac enim teſtimonium conſequuti ſunt ſenes. Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. Et infrà: Credere enim oportet accedentem ad Deū, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Hæ ſententiæ ſi intelligā

Philipp. in præf.

Ad Heb. 11.

tur

tur de fiducia, nō habent verū sensum. Credere enim mundum à Deo esse creatū, cùm sit præteritum, ad fiduciam quæ est futurorum non pertinet. Quapropter hæc fidei definitio iuxta cōmunem ecclesiæ sensum de fide, quæ est assensus certus, intelligitur. Theophilactus cum Chrysostomo hanc apostolicam doctrinam exponens, inquit: Describit nobis posthac fidem, inquiens: fides est essentia eorum quæ non sunt, subsistētia eorū quæ nondum subsistunt, vt resurrectio nondum subsistit, sed fides statuit eam, obq́; oculos nobis ponit. Argumentum non apparentium: Argumētum, hoc est, demonstratio & manifestatio rerū quæ non sunt conspicuæ. Facit enim fides vt ista mente nostra cernamus haud secus, ac si præsentia esset. Hactenus Theophilactus: & bene quidem, nam sicut veritas eorū quæ cognoscuntur per causas, nō à rebus sed ab earū causis dependet. Vt veritas istius: lunæ deliquiū ad decimum diem erit, non à lunæ deliquio sed à sua causa dependet. Astronomus enim antequā fiat deliquium, huic euidenter assentitur. Ita ea quæ in scriptura traduntur, per eorum causam, videlicet deum, credimus. Quare de promissionibus futuris tam certum, quàm de rebus præteritis habemus assensum. De istis quidem, factum esse: de illis verò tanquam factum esse existimantes indubitanter credimus, ac hæc certa rerum sperandarum existimatio earum substantia à Paulo vocatur. Nam in hac tanquam in fundamento, non solùm illa quæ Deus promisit, sed pij affectus bonaq́; opera, quibus Deum colimus, quodammodo subsistunt.

Dei promißiones quam diu credun tur aut ſperantur non poſsıdentur.

Cap. 60.
Cal. ca. 5. part. 12.

HVic communi Eccleſiæ ſenſui in parte Caluinus aſſentiens, inquit, fidem eſſe ſubſtantiam rerũ ſperandarum. Nam per ὑπόστασις, quo vocabulo vti tur, quaſi fulcrum intelligit, cui pia mens innitatur & incumbat. Sed Caluinus ſpecialem aßerens certitudinem illico addidit, ac ſi diceret: Fidem ipſam cer tam quandam eſſe ac ſecuram poſſeßionem eorum quæ nobis à Deo promiſſa ſunt. Et infrà: Fides, inquit, datam nobis vitam æternam credit, &c. Hæc proculdubio fidei repugnant, nam fides vitam æternam non datam ſed promiſſam credit, beati quidem Deo fruentes beatam vitã ſibi datã poßident. Pij verò credentes quanquã promißioni beatitudinis aßẽtiantur, tamen illorum fides non eſt beatitudinis profeßio: quia quando diuina miſericordia opitulante quis beatitudinem poſſederit, tunc promißionis fides ceſſabit. Pij quoq; chriſtiani non datam, ſed dandam beatitudinem credunt. Quod Auguſtinus non obſcurè exponit, dicens: Vnde etiam dicit, ſecundum ſuã miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis. Quis autem non intelligat in lauacro re generationis ſpem nobis datam ſalutis futuræ, non iam ſalutem ipſam, quæ promittitur, & quia tamen certa ſpes eſt, tanquam iam data eſſet eadem ſalus, ſaluos nos, inquit, fecit. Tantum ille. Et propter hanc certitudinem, licet beatitudo non ſit data ſed promiſſa, tamen in credentium mentibus Dei promißio perinde

Aug. cont. Fau. li. 11. cap. 7.

inde est, ac si esset donatio, non tamen propterea fides datam beatitudinem credit: quia si hoc crederet, deciperetur. Confessio etiam Augustana non longè à Caluini sententia abest. Hæc, inquit, misericordia nō potest accipi nisi in fide. Et infrà: Et hoc modo fides intelligitur de fiducia misericordiæ. Philippus quoq; eandē sententiam confirmat, dùm ait: Differt autem fides à spe, quia fides accipit in præsentia remissionē peccatorum: spes autem versatur circa futura. Qui nouus sectariorum loquendi modus tantùm abest vt fidem exponat, vt potiùs obscuriorem reddat. Nam fide Christum eiusq; promissiones apprehendere, aut accipere, nihil aliud est, quàm Dei verbo assentiri: & si quid aliud Philippus illis verbis intelligit, manifestè errat. Nam Abrahæ Deus nasciturum filium promisit, ac ille præter spem in spem credidit: sed nato filio non per fidem, sed per spem promissionem accepit. Fides igitur promissiones non accipit in præsentia: verum tamen est, quòd in præsenti seculo peccatorum remissionis promissio in pœnitentibus impletur, sed hanc remissionem fides non accipit in præsentia: quia fides est argumentum non apparentiū. Quare peccatorū remissio si fide accipitur est ineuidens: & cùm promissio sit vniuersalis, peccatorum remissionem definitè huic aut illi dari fides non asserit. Vnde nullus in speciali remissionem peccatorū fide accipit, id est, credit sibi remitti peccata, quamuis in generali credat: hic enim loquendi modus non est vsitatus in ecclesia. Philosophi verò intellectum cognoscendo & voluntatem amando, aut desideran-

Conf. Augusta. arti. de fide.

Philip. Apolog. in argumen.

do apprehendere sua obiecta dicũt. Et hoc modo ambitiosus honores, quos nunquam consequetur, cogitatione, amore, & desiderio apprehendit: sed nunquid est hoc accipere? nõ certe. Improprius igitur hic loquendi modus fiduciæ conuenit. Nam quanquã quis habeat in Deo fiduciam ad consequendam peccatorum remissionem, tamen quia fiducia non est præsentium sed futurorum, eã non accipit. Sicut enim milites, antequam hostem expugnent, fiduciam habent: nã confidenter audacterq; pugnant: & postquam assequuti fuerint victoriam, illius non spem, nec fiduciã, sed possessionem dicunt habere. Ita fiducia quam in Deo habemus, Dei promissiones non accipit: quia quãdiu est fiducia, quæ Deus promisit desiderantur. Nã fiducia est eorum quæ sperantur, vt Philippus etiam dixit, cùm fiduciã exspectantem appellauit. Igitur fiducia Dei misericordiã & remissionem peccatorum accipere, nihil aliud est, quàm confidendo in Dei misericordia, remissionem peccatorũ, & cætera quæ Deus promisit sperare. Fides etiã nõ eò differt à spe, quod accipiat in præsenti, aut in præsentia, sicut spes, eò quod versetur circa futura, quia fides ita futura, sicut præterita & præsentia credit: sed eò differunt, quod fides intellectus est certa persuasio, spes verò voluntatis est actus, quo bona, quæ Deus præparauit diligentibus se, cum fiducia exspectamus.

Etsi fides cæteris virtutibus est prior, tamen non ipsa sola illarum est causa.

Fides

Fides quæ est assensus, ex sua natura cæteris virtutibus prior radix & earum mater est. Nam vltimi finis (qui est virtutum præcipua circunstantia) religiosa cognitio per fidem habetur. Sed fides nec sola, nec principalis cæterarum virtutum est causa, vt Caluinus docet. qui solam fidem generare charitatem asserit. Quandoquidem, inquit, sola est fides, quæ nobis primùm charitatem generat, &c. Etsi voluntati fides ante oculos quæ agenda & fugienda sunt ponat, tamen nec ad amandum bonũ, nec ad odio habendum malum voluntatem cogit. Ex ea enim parte qua fides est certissimus assensus, quando voluntati beatã vitam & æternam mortem ostẽdit. Verum quidem est, quod tum temporis eam ad istius odium, & fugam, & ad illius amorem allicit. Sed ex ea qua fides est ineuidens non efficaciter voluntatem ad pium affectum mouet. Et sicut intellectus diuinis testimonijs ineuidentibus sine voluntatis imperio, seu affectu ad assentiendum fidei mysterijs efficaciter nõ persuadetur: ita fidei visio in speculo, & in ænigmate non efficaciter mouet voluntatem ad Deum amandum, & ex eo quoque nec cæteras potentias, quia, vt christus docet, de corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, &c. Vnde voluntate existente ociosa, cæteræ potentiæ acquiescunt. Sed si æterna beatitudo et summa miseria non in ænigmate fidei, sed sicuti sunt voluntati proponerentur, certe tunc temporis ipsam ad dilectionem, aut odium efficaciter mouerent. At quia fides non clarè, sed obscurè, quanquam certe voluntati Cap.61. Calu.ca.5. P.21. Matt.15.c.

proponit quæ amanda sunt: ideò licet charitate sit prior, tamen nō sola sufficit generare eā. Verum quidem est, quod sicut qui ligna igni apponit, quanquā reuera non ille sed ignis comburit, dicitur combustionis causa, eò quod ligna apposuerit: ita fides ostendēs voluntati illa quæ diligenda sunt, quanquam non illa, sed voluntas sit, quæ propriè diligat: tamen quia voluntas nunquam amat ignota, ideò fides proponēs quæ amanda sunt, charitatis dicitur causa. Neq; verò de charitatis dono, de quo Paulus: charitas Dei, inquit, diffusa est in cordibus nostris per Spiritumsanctum, qui datus est nobis (nam illud donum nec à fide nec à voluntate, sed à solo Deo datur) sed de actuali pio affectu quo Deum & proximum diligimus, est sermo. Qui quidem sicut nec sine fide, ita nec sine dei speciali auxilio à voluntate, vt oportet, elicitur. Vnde clarissimè patet, charitatem non à sola fide generari, quia vltra fidem, non solùm hominis voluntas, verum etiam Dei auxilium ad eius generationem requiritur.

Ad Rom. 5. cap.

Charitas cæteras virtutes perficit, & causas.

Cap. 62.

DIuina scriptura non solùm fidem sed etiam charitatem esse matrem & radicem omnium virtutum ostendit. Nam in Christo Iesu, inquit, neque circuncisio aliquid valet, neq; præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur. Non enim secundum Paulum fides, vt Caluinus ait, charitatem generat, sed per dilectionem operatur: nam si fides charitatē

Ad Gal. 5. cap.

in

in nobis generaret, in illa actione non operaretur per dilectionem, & tunc quando maximum opus faceret, nihil apud Deum valeret: quia in Christo fides, quæ per dilectionem, non quæ sine dilectione operatur, aliquid valet. Imò primus credendi actus sine aliquo pio erga Deum affectu esse non potest. Et quanquam ille affectus ante fidem non sit perfecta charitas, de charitate tamen Paulus ait: Omnia credit, omnia sperat, &c. Vtraq; igitur omnium virtutum est mater, atque inuicem se perficiunt, tamen non eodem mòdo generant cæteras virtutes. Nam fides est velut fundamentum, charitas verò vt artifex, quæ super illam ædificat. Fides quidem, quæ diligenda, & quæ facienda sunt, voluntati proponit, charitas verò iuxta id, quod præiudicatum est à fide, operatur: ac hoc modo fides per dilectionem est efficax atq; etiam charitas secundum fidem operatur. Charitas quidem in hac vita nec sine fide esse, nec aliter quàm secundum fidem operari potest. Fides verò non operans per charitatem manere potest, sed imperfecta. Hoc Paulus expressè docet: Quapropter, inquit, intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis & fidei ad Deum. Chrysostomus quidem istum Pauli locum exponens, charitatis efficaciam explicat, dicens: Si autem, inquit, hoc initium est, quid aliud est doctrina nostra, quàm pœnitere ab operibus mortuis, & per Spiritum sanctum accipere fidē in resurrectionē mortuorū, et iudicij æterni? Quid autem est initium?

1. ad Cor. 13.

Ad Heb. 6. cap.

Chrysost.

Nihil aliud quàm hoc. Initiũ, inquit, est, cùm vita nondũ est perfecta. Sicut enim eum, qui ad doctrinã literarum inducitur, elementa oportet primùm audi re: sic & Christianum hæc scire exactè, & nihil dubitare de ipsis. Et infrà: Quid est ad perfectionem feramur? Ad ipsum, inquit, transeamus iam cacumẽ, hoc est, vitam optimam habeamus, sicut enim in elementis vniuersum apex primus, hoc est, alpha & fundamentum ædificium totum continet: sic & vitæ mũdiciam certa fidei persuasio. Sine ista enim non potest esse christianus, sicut nec sine fundamento ædificium, nec sine elementis peritus literarum fieri potest. Theophilactus eandem sententiam exponens: quia claudicare, inquit, illi in vitæ conuersatione videbantur, verba iam eis facit de vita irreprehensibili. Perinde, quasi hoc dicat, nõ oportet nos semper circa principia versari, hoc est, de fide docere, ceu qui simus infantium præceptores, enimuero ad perfectionem etiam nobis est pergendum, hoc est, ad optimam vitam. Perfectus enim ille, qui cum fide vitam etiam habet rectam. Nam principium & fundamentum fides est, citra quam nihil erit solidũ, perinde ac neq; sine elementis quispiam gnarus literarũ fiat. Atq; nõ semper circa elementa nos versari oportet, neq; semper in fide institui, vt infantes & imperfectos. Et infrà ait: imperfectos eos vocans, propterea quod fidei suæ vitam non adiecerint. Hæc Theophilactus. Post susceptam igitur fidem, ad perfectionem ferri, est fidem per dilectionem esse efficacem, id est, charitatem supra fidem ædificare.

Sicut

Sicut fundamentum sine fastigio, ita fides sine operibus esse & considerari potest.

Cap. 63.

FIdei quidem totius vitæ Christianæ esse substantiam, fundamentum & elementum, charitati verò vitam Christianam exequi conuenit. Et ista non sunt confundenda, sed distinguenda, & quid vnicuique conueniat considerandum est. Nam etsi fides generat charitatem, tamen non ideò fides non potest esse sine ea: quia de fidei essentia charitas non est. Ideo quando de fide est disputatio secundum suam essentiam, videlicet, in quantum est assensus certißimus, non secundum affectus & opera, quæ in ea fundantur disserendum est. Quod si Caluinus intellexisset, non certè dixisset, in quo tota terra scholastici aberrant, qui in fidei consideratione nudum ac simplicem ex noticia assensum arripiunt, præterita cordis fiducia & securitate, &c. Si enim de cordis fiducia & securitate habenda est disputatio, quando tractatur de fidei assensu, cur Caluinus non adiecit de charitate & de cæteris virtutibus, quæ ad Dei cultum spectant: quia hæc omnia in fide continentur fundanturq́;. Caluini quidem in hac parte sententia similis est quibusdam Grammaticis, qui omnes disciplinas ad Grammaticam eo quod literis, vocibusq́; tradantur, pertinere asserunt. Atq; illi, quod Grammaticæ sunt professores, omniũ disciplinarũ peritiã sibi vendicant. Ita sectarij, quia fides est fundamentum christianæ religionis, cum fide miscunt cæteras

Calu. ca. 5. p. 13.

Philipp. *virtutes, atq; quidam eam faciunt pœnitentiæ partem, ac etiam potuissent facere eleemosynæ, quia vt eleemosyna Deo sit accepta, necessaria est fides. Idem iudiciũ est de similibus. Vnde scholasticos fidem secundum suam naturam considerantes, perfectioni eius derogare, vt Philippus opinatur, cõmentum est.* Philipp. apolog. de iustifi. *Ac mirũ est, inquit, aduersarios adeò extenuare fidẽ, cùm videãt vbiq; pro præcipuo dei cultu laudari, etc. Sed huic cum Chrysostomo respondebimus: haud defuère qui Chrysostomi tempore eandem sententiam cum Philippo asseruissent, aduersus quos Chrysostomus.* Chrys. hom. 9. ad Hebr. 6. *Tu autem, inquit, ne putes parum tribui fidei propterea quod elementum vocata est. Cùm enim dicit. Omnis qui participatur lacte expers est sermonis iustitiæ, paruulus enim est, non lac eam appellat, sed ambigere ad huc de his, quæ in illa sunt, hoc est, infirmi animi & sermonũ plurimorũ indigentis, dogmata enim ista sunt sana. Perfectũ enim illum vocamus qui cum fide vitam habet rectã. Hactenus Chrysostomus, cũ quo & Theophilacto scholastici quidẽ ac Theologi nostri cõsentiunt, dũ certum fidei assensum, præteritis pijs affectibus, ac operibus cõsiderant. Atq; sectarij in hoc scholasticos accusantes, sanctos patres accusant, quorum doctrinam scholastici sectantur.*

Fidei iustum fundamentnm aut obiectum non est diuina promissio.

Cap. 64. Calu. c. 5. Par. 3.

CAluinus nouitatis studio, nouam fidei definitionem, nouumq; illius obiectum cõmentatus est, iam ergo, inquit, habemus, fidẽ esse diuinæ volun-

voluntatis notitiam, ex eius verbo perceptam. Istam definitionem infra exponens. Si dicamus, inquit, fidem esse diuinæ erga nos beneuolentiæ firmam certamq́; cognitionem, quæ gratuitæ in Christo promissionis veritate fundata per Spiritumsanctum, & reuelatur mentibus nostris, & cordibus obsignatur &c. Hæc fidei definitio dimidiam in religione Christiana auffert fidem: nam sacra scriptura, non solum quid Deus præcipiendo, consulendo, promittendo, & minando fieri velit, sed quis ipse sit, exponit. Credimus enim Deum in essentia vnum, & trinum in personis esse, ipsumq́; creasse mundum, & similia quæ ad cognitionem voluntatis Dei non pertinent. Nam Dei voluntas (de qua Christus ait. Quia descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Et Paulus. Hæc est, inquit, volũtas Dei sanctificatio vestra) p præcepta & consilia manifestatur. Igitur hæc definitio quam Caluinus excogitauit omnia credibilia non comprehendit. Similiter in hac definitione traditur nouum fidei obiectum. Nam Caluinus hanc certam & firmam voluntatis Dei cognitionem fundatam esse in gratuitæ promissionis veritate asserit. Et in alio loco hãc sententiam exponens. Fidei, inquit, fundamentum facimus gratuitam promissionem, quod in ipsa proprie fides consistat &c. Sed fallitur multum, quia fidei fundamentum est quod indubitanter ad assentiendum persuadet, ac hoc est obiectum formale fidei, quod est ratio, seu causa, qua dogmatibus fidei assentimus. Hoc pculdubio Deus prima summaq́; veritas

Ioan. 6. ca.

1. Thes. 4.

Calu. ca. 5. P. 11.

Dei promiſsiones quam diu credun tur aut ſperantur non poſsidentur.

Cap. 60.
Cal. ca. 5. part. 12.

HVic communi Eccleſiæ ſenſui in parte Caluinus aſſentiens, inquit, fidem eſſe ſubſtantiam rerũ ſperandarum. Nam per ὑπόστασις, quo vocabulo vti tur, quaſi fulcrum intelligit, cui pia mens innitatur & incumbat. Sed Caluinus ſpecialem aſſerens certitudinem illico addidit, ac ſi diceret: Fidem ipſam certam quandam eſſe ac ſecuram poſſeſſionem eorum quæ nobis à Deo promiſſa ſunt. Et infrà: Fides, inquit, datam nobis vitam æternam credit, &c. Hæc proculdubio fidei repugnant, nam fides vitam æternam non datam ſed promiſſam credit. beati quidem Deo fruentes beatam vitã ſibi datã poſſident. Pij verò credentes quanquã promiſſioni beatitudinis aſſẽtiantur, tamen illorum fides non eſt beatitudinis profeſſio: quia quando diuina miſericordia opitulante quis beatitudinem poſſederit, tunc promiſſionis fides ceſſabit. Pij quoq; chriſtiani non datam, ſed dandam beatitudinem credunt. Quod Auguſtinus non obſcurè exponit, dicens: Vnde etiam dicit, ſecundum ſuã miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis. Quis autem non intelligat in lauacro regenerationis ſpem nobis datam ſalutis futuræ, non iam ſalutem ipſam, quæ promittitur, & quia tamen certa ſpes eſt, tanquam iam data eſſet eadem ſalus, ſaluos nos, inquit, fecit. Tantum ille. Et propter hanc certitudinem, licet beatitudo non ſit data ſed promiſſa, tamen in credentium mentibus Dei promiſſio perinde

Aug. cont. Fau. li. 11. cap. 7.

inde est, ac si esset donatio, non tamen propterea fides datam beatitudinem credit: quia si hoc crederet, deciperetur. Confessio etiam Augustana non longè à Caluini sententia abest. Hæc, inquit, misericordia nō potest accipi nisi in fide. Et infrà: Et hoc modo fides intelligitur de fiducia misericordiæ. Philippus quoq; eande sententiam confirmat, dùm ait: Differt autem fides à spe, quia fides accipit in præsentia remissionē peccatorum: spes autem versatur circa futura. Qui nouus sectariorum loquendi modus tantùm abest vt fidem exponat, vt potiùs obscuriorem reddat. Nam fide Christum eiusq; promissiones apprehendere, aut accipere, nihil aliud est, quàm Dei verbo assentiri: & si quid aliud Philippus illis verbis intelligit, manifestè errat. Nam Abrahæ Deus nasciturum filium promisit, ac ille præter spem in spem credidit: sed nato filio non per fidem, sed per spem promissionem accepit. Fides igitur promissiones non accipit in præsentia: verum tamen est, quod in præsenti seculo peccatorum remissionis promissio in pœnitentibus impletur, sed hanc remissionem fides non accipit in præsentia: quia fides est argumentum non apparentiū. Quare peccatorū remissio si fide accipitur est in euidens: & cùm promissio sit vniuersalis, peccatorum remissionem definitè huic aut illi dari fides non asserit. Vnde nullus in speciali remissionem peccatorū fide accipit, id est, credit sibi remitti peccata, quamuis in generali credat: hic enim loquendi modus non est vsitatus in ecclesia. Philosophi verò intellectum cognoscendo & voluntatem amando, aut desideran-

Conf. Augusta. arti. de fide.

Philip. Apolog. in argumen.

Fides quæ est assensus, ex sua natura cæteris virtutibus prior radix & earum mater est. Nam vltimi finis (qui est virtutum præcipua circunstantia) religiosa cognitio per fidem habetur. Sed fides nec sola, nec principalis cæterarum virtutum est causa, vt Caluinus docet. qui solam fidem generare charitatem asserit. Quandoquidem, inquit, sola est fides, quæ nobis primùm charitatem generat, &c. Etsi voluntati fides ante oculos quæ agenda & fugienda sunt ponat, tamen nec ad amandum bonũ, nec ad odio habendum malum voluntatem cogit. Ex ea enim parte qua fides est certissimus assensus, quando voluntati beatã vitam & æternam mortem ostẽdit. Verum quidem est, quod tum temporis eam ad istius odium, & fugam, & ad illius amorem allicit. Sed ex ea qua fides est ineuidens non efficaciter voluntatem ad pium affectum mouet. Et sicut intellectus diuinis testimonijs ineuidentibus sine voluntatis imperio, seu affectu ad assentiendum fidei mysterijs efficaciter nõ persuadetur: ita fidei visio in speculo, & in ænigmate non efficaciter mouet voluntatem ad Deum amandum, & ex eo quoque nec cæteras potentias, quia, vt Christus docet, de corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, &c. Vnde voluntate existente ociosa, cætera potentiæ acquiescunt. Sed si æterna beatitudo et summa miseria non in ænigmate fidei, sed sicuti sunt voluntati proponerentur, certe tunc temporis ipsam ad dilectionem, aut odium efficaciter mouerent. At quia fides non clarè, sed obscurè, quanquam certe voluntati

Cap. 61.

Calu. ca. 5. P. 21.

Matt. 15. c.

proponit quæ amanda sunt: ideò licet charitate sit prior, tamen nõ sola sufficit generare eã. Verum quidem est, quod sicut qui ligna igni apponit, quanquã reuera non ille sed ignis comburit, dicitur combustionis causa, eò quod ligna apposuerit: ita fides ostendẽs voluntati illa quæ diligenda sunt, quanquam non illa, sed voluntas sit, quæ propriè diligat: tamen quia voluntas nunquam amat ignota, ideò fides proponẽs quæ amanda sunt, charitatis dicitur causa. Neq; verò de charitatis dono, de quo Paulus: charitas Dei, inquit, diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis (nam illud donum nec à fide nec à voluntate, sed à solo Deo datur) sed de actuali pio affectu quo Deum & proximum diligimus, est sermo. Qui quidem sicut nec sine fide, ita nec sine dei speciali auxilio à voluntate, vt oportet, elicitur. Vnde clarißimè patet, charitatem non à sola fide generari, quia vltra fidem, non solùm hominis voluntas, verum etiam Dei auxilium ad eius generationem requiritur.

Ad Rom. 5. cap.

Charitas cæteras virtutes perficit, & causas.

Cap. 62.

DIuina scriptura non solùm fidem sed etiam charitatem esse matrem & radicem omnium virtutum ostendit. Nam in Christo Iesu, inquit, neque circuncisio aliquid valet, neq; præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur. Non enim secundum Paulum fides, vt Caluinus ait, charitatem generat, sed per dilectionem operatur: nam si fides charitatẽ

Ad Gal. 5. cap.

in

in nobis generaret, in illa actione non operaretur per dilectionem, & tunc quando maximum opus faceret, nihil apud Deum valeret: quia in Christo fides, quæ per dilectionem, non quæ sine dilectione operatur, aliquid valet. Imò primus credendi actus sine aliquo pio erga Deum affectu esse non potest. Et quanquam ille affectus ante fidem non sit perfecta charitas, de charitate tamen Paulus ait: Omnia credit, omnia sperat, &c. Vtraq; igitur omnium virtutum est mater, atque inuicem se perficiunt, tamen non eodem mòdo generant cæteras virtutes. Nam fides est velut fundamentum, charitas verò vt artifex, quæ super illam ædificat. Fides quidem, quæ diligenda, & quæ facienda sunt, voluntati proponit, charitas verò iuxta id, quod præiudicatum est à fide, operatur: ac hoc modo fides per dilectionem est efficax atq; etiam charitas secundum fidem operatur. Charitas quidem in hac vita nec sine fide esse, nec aliter quàm secundum fidem operari potest. Fides verò non operans per charitatem manere potest, sed imperfecta. Hoc Paulus expreßè docet: Quapropter, inquit, intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis & fidei ad Deum. Chrysostomus quidem istum Pauli locum exponens, charitatis efficaciam explicat, dicens: Si autem, inquit, hoc initium est, quid aliud est doctrina nostra, quàm pœnitere ab operibus mortuis, & per Spiritum sanctum accipere fidē in resurrectionē mortuorū, et iudicij æterni? Quid autem est initium?

1. ad Cor. 13.

Ad Heb. 6. cap.

Chrysost.

 Nihil

Nihil aliud quàm hoc. Initiũ, inquit, est, cùm vita nondũ est perfecta. Sicut enim eum, qui ad doctrinã literarum inducitur, elementa oportet primùm audire: sic & Christianum hæc scire exactè, & nihil dubitare de ipsis. Et infrà: Quid est ad perfectionem feramur? Ad ipsum, inquit, transeamus iam cacumẽ, hoc est, vitam optimam habeamus, sicut enim in elementis vniuersum apex primus, hoc est, alpha & fundamentum ædificium totum continet: sic & vita mũdiciam certa fidei persuasio. Sine ista enim non potest esse christianus, sicut nec sine fundamento ædificium, nec sine elementis peritus literarum fieri potest. Theophilactus eandem sententiam exponens: quia claudicare, inquit, illi in vita conuersatione videbantur, verba iam eis facit de vita irreprehensibili. Perinde, quasi hoc dicat, nõ oportet nos semper circa principia versari, hoc est, de fide docere, ceu qui simus infantium præceptores, enimuero ad perfectionem etiam nobis est pergendum, hoc est, ad optimam vitam. Perfectus enim ille, qui cum fide vitam etiam habet rectam. Nam principium & fundamentum fides est, citra quam nihil erit solidũ, perinde ac neq; sine elementis quispiam gnarus literarũ fiat. Atq; nõ semper circa elementa nos versari oportet, neq; semper in fide institui, vt infantes & imperfectos. Et infrà ait: imperfectos eos vocans, propterea quod fidei suæ vitam non adiecerint. Hæc Theophilactus. Post susceptam igitur fidem, ad perfectionem ferri, est fidem per dilectionem esse efficacem, id est, charitatem supra fidem ædificare.

Sicut

Sicut fundamentum sine fastigio, ita fides sine operibus esse & considerari potest.

Cap. 63.

Fidei quidem totius vitæ Christianæ esse substantiam, fundamentum & elementum, charitati verò vitam Christianam exequi conuenit. Et ista non sunt confundenda, sed distinguenda, & quid vnicuique conueniat considerandum est. Nam etsi fides generat charitatem, tamen non ideò fides non potest esse sine ea: quia de fidei essentia charitas non est. Ideo quando de fide est disputatio secundum suam essentiam, videlicet, in quantum est assensus certißimus, non secundum affectus & opera, quæ in ea fundantur disserendum est. Quod si Caluinus intellexisset, non certè dixisset, in quo tota terra scholastici aberrant, qui in fidei consideratione nudum ac simplicem ex noticia assensum arripiunt, præterita cordis fiducia & securitate, &c. Si enim de cordis fiducia & securitate habenda est disputatio, quando tractatur de fidei assensu, cur Caluinus non adiecit de charitate & de cæteris virtutibus, quæ ad Dei cultum spectant: quia hæc omnia in fide continentur fundanturq́;. Caluini quidem in hac parte sententia similis est quibusdam Grammaticis, qui omnes disciplinas ad Grammaticam eo quod literis, vocibusq́; tradantur, pertinere asserunt. Atq; illi, quod Grammaticæ sunt professores, omniũ disciplinarũ peritiã sibi vendicant. Ita sectarij, quia fides est fundamentum christianæ religionis, cum fide miscunt cæteras

Calu. ca. 5. P. 13.

 virtutes

Philipp. virtutes, atq; quidam eam faciunt pœnitentiæ partem, ac etiam potuissent facere eleemosynæ, quia vt eleemosyna Deo sit accepta, necessaria est fides. Idem iudiciū est de similibus. Vnde scholasticos fidem secundum suam naturam considerantes, perfectioni

Philipp. apolog. de iustifi. eius derogare, vt Philippus opinatur, cōmentum est. Ac mirū est, inquit, aduersarios adeò extenuare fidē, cùm videāt vbiq; pro præcipuo dei cultu laudari, etc. Sed huic cum Chrysostomo respondebimus: haud defuere qui Chrysostomi tempore eandem sententiam

Chrys. hom. 9. ad Hebr. 6. cum Philippo asseruissent, aduersus quos Chrysostomus. Tu autem, inquit, ne putes parum tribui fidei propterea quod elementum vocata est. Cùm enim dicit. Omnis qui participatur lacte expers est sermonis iustitiæ, paruulus enim est, non lac eam appellat, sed ambigere ad huc de his, quæ in illa sunt, hoc est, infirmi animi & sermonū plurimorū indigentis, dogmata enim ista sunt sana. Perfectū enim illum vocamus qui cum fide vitam habet rectā. Hactenus Chrysostomus, cū quo & Theophilacto scholastici quidē ac Theologi nostri cōsentiunt, dū certum fidei assensum, prætentis pijs affectibus, ac operibus cōsiderant. Atq; sectarij in hoc scholasticos accusantes, sanctos patres accusant, quorum doctrinam scholastici sectantur.

Fidei iustum fundamentnm aut obiectum non est diuina promissio.

Cap. 64. Calu. c. 5. Par. 3.

CAluinus nouitatis studio, nouam fidei definitionem, nouumq; illius obiectum cōmentatus est, iam ergo, inquit, habemus, fidē esse diuinæ volun-

voluntatis notitiam, ex eius verbo perceptam. Istam definitionem infra exponens. Si dicamus, inquit, fidem esse diuinæ erga nos beneuolentiæ firmam certamq́; cognitionem, quæ gratuitæ in Christo promissionis veritate fundata per Spiritumsanctum, & reuelatur mentibus nostris, & cordibus obsignatur &c. Hæc fidei definitio dimidiam in religione Christiana auffert fidem: nam sacra scriptura, non solum quid Deus præcipiendo, consulendo, promittendo, & minando fieri velit, sed quis ipse sit, exponit. Credimus enim Deum in essentia vnum, & trinum in personis esse, ipsumq́; creasse mundum, & similia quæ ad cognitionem voluntatis Dei non pertinent. Nam Dei voluntas (de qua Christus ait. Quia descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Et Paulus. Hæc est, inquit, volũtas Dei sanctificatio vestra) p præcepta & consilia manifestatur. Igitur hæc definitio quam Caluinus excogitauit omnia credibilia non comprehendit. Similiter in hac definitione traditur nouum fidei obiectum. Nam Caluinus hanc certam & firmam voluntatis Dei cognitionem fundatam esse in gratuitæ promissionis veritate asserit. Et in alio loco hãc sententiam exponens. Fidei, inquit, fundamentum facimus gratuitam promissionem, quod in ipsa proprie fides consistat &c. Sed fallitur multum, quia fidei fundamentum est quod indubitanter ad assentiendum persuadet, ac hoc est obiectum formale fidei, quod est ratio, seu causa, qua dogmatibus fidei assentimus. Hoc pculdubio Deus prima summaq́; veritas

Ioan. 6. ca.

1. Thes. 4.

Calu. ca. 5. p. 11.

est: atq; in hac veritate diuinæ scripturæ fundatur auctoritas. Quare iste articulus: Deus est trinus & vnus, in diuina veritate, non in promissione fundatur. Fides etiam Abrahæ, qua credidit in spem contra spem, quid aliud fuit, nisi credere diuinæ promissioni? Sed hæc fides non in promissione, sed in Deo quæ est summa veritas fundatur. Ideo enim fidem Dei promissionibus Abraham habuit, quia Deum esse veracem credidit. Quare non Dei gratuita promissio, sed Dei veritas est fidei fundamentum. Caluinus etiam hanc definitionem assignans, non solum cum Dei verbo, sed secũ pugnat. Nam fidẽ ad verbum Dei esse referendam asserit, verbumq; Dei esse eius obiectum & scopum in quem perpetuo collimare debet. In hac inquam sententia quamuis nouis verbis ornata, tamen antiquæ & Catholicæ fidei consona vniuersa credibilia complexus est. Sed in definitione fidei quam posuit, partem fidei, scilicet noticiam voluntatis Dei complectitur. Atq; gratuita Dei promissio fidei fundamentum dimidiatum facit. At Deus non solum inquantum fidelis in seruandis promissis, sed inquantũ simpliciter in omnibus, videlicet, in verbis & in factis est verax, fundamẽtum, obiectum, scopusq; fidei est. Quare sicut fidei definitio non est coarctanda ad noticiam voluntatis Dei, ita nec fidei fundamentum dimidiatum accipiendum est. Philippus etiam. Est autem, inquit, fides propriè dicta, quæ assentitur promissioni &c. Sed respondens Philippus ad illa quæ contra hæc obijciuntur. Cum autem, inquit, dicimus

Philipp. apolog. de iustifi.

mus de assensu promißionis complectimur omnem articulorum notitiam &c. Hæc proculdubio controuersia non de re sed de nomine est, quapropter vocum nouitas iuxta Apostoli sententiam cauenda est: (ô Timothee, inquit, depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates &c.) maxime quando fidei explicatio eam non flagitat, sed tantum abest, vt hæc expediat ad fidem explicandam, vt potius eam obscuret: nam eadem fides est omnium eorum quæ in diuina scriptura tradūtur, atque nullus est, qui neget credendum esse Dei promißionibus. Sed qui specificat, & definit fidem per assensum promißionis, & notitiam diuinæ voluntatis, omnia quæ ad Dei vnitatem, & personarum trinitatem, & cætera quæ in historia sacra olim gesta narrantur, à fide excludit. Hæc igitur nouitas quia Dei verbo contraria, tollenda est, nec apud viros doctos, pios, pacisque amantes Philippi expositio satisfacit: videlicet. Cum autem dicimus de assensu promißionis, complectimur omnium articulorum noticiam: quia hæc potius derisio quam verbi noui interpretatio est. Quid enim articulo de vnitate Dei, & personarum trinitate cum articulo de remißione peccatorum conuenit, vt per nomen promißionis significetur? Nouus hic profecto tropus, nouáque est hæc doctrina. Ideo Dei verbo contraria. Sed Philippus, omnes fidei articulos ad articulum de peccatorum remißione referendos esse, asserit. Nisi addimus, inquit: & hunc articulum qui est cau-

In locis de fide.

1. Tim 6. c.

Phili. apolog. de iu.

causa finalis historiæ, remißionem peccatorum, ad hunc articulum referri cætera oportet &c. At non remißio peccatorum, sed potius beatitudo, imo verius Deus ipse, est causa finalis ad quem omnes fidei articuli referendi sunt. Nam sicut Deus propter suam gloriam creauit hominem, ita propter eandem eum redemit & plena redemptio non peccatorum remißio, sed beatitudo est, ad quam iustificatio refertur. Præterea. Caluinus aliud fidei obiectum excogitauit. Differens enim de spe, Dei misericordiam fidei obiectum & scopum esse affirmat. Philippus quoq; huic sententiæ subscribit. Quare inter se, inquit, correlatiue comparat & connectit promißionem & fidem. Et infra. Et rursus quoties nos de fide loquimur, intelligi volumus obiectum, scilicet misericordiam promissam &c. Primò Caluinus *Dei verbum. Secundò gratuitam promißionem. Tertiò Dei misericordiam esse fidei fundamentum, obiectum, & scopum affirmauit. Philippus verò relatiue fidem referri ad promißiones dogmatizat. Hæc sententiarum discordia, si fidei varia significatio consideretur, forte dissoluetur. Nam si fides pro assensu accipitur, manifesta est contradictio, plura enim continentur in Dei verbo, quæ non sunt promißiones, nec ad Dei misericordiam referuntur. Vt articuli, qui pertinent ad Dei vnitatem & personarum trinitatem ac omnipotentiam. Quæ si à fide excludantur, nulla est Dei promißio, nam illa in Deo sunt essentialia & priora promißionibus: hæc verò, scilicet, Dei promißiones extra Dei essentiam, imo ad Dei promißiones adimplendas,* tan-

Cal. 5. c. 5. p. 22.
Phili. apolog. de fid.

tanquam principium, Deum esse omnipotentem præsupponitur. Si enim Deus non esset omnipotens, quomodo nostris miserijs subueniret? Nec promißio igitur, nec Dei misericordia fidei est obiectum adæquatum.

Fides quæ est fiducia, quædam spes est.

SI vero fides pro fiducia accipitur, idem obiectum, quod est spei, videlicet & Dei & auxilium & promißiones habebit. Nam fiducia aut nihil aliud est quam spes, aut sine ea esse non potest. Vt Paulus diuino spiritu afflatus exponit. christus verò, inquit, tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem firmam retineamus. Theophylactus etiam cum Chrysostomo hunc locum exponens fiduciam cum spe coniungit, dum inquit. Pulchre autem dixit fiduciam & gloriationem spei: firmiter enim quispiam sperans futuram compensationem, gloriatur, inde iam ceu quæ sperarit præsto sint: nec supprimitur, nec animo deijcitur, sed fiduciam potius habet, si quando affligatur propter amatum ac dilectum sibi Christum. Hæc Theophylactus. Fiducia igitur est expectans, ac spes est fidens: vnde nec fiducia sine spe, nec spes sine fiducia esse potest. Quod Augustinus etiam ex Ciceronis sententia confirmat. Fidentia, inquit, est, per quam magnis & honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ cum certa spe collocauit. Beatus etiam Bernardus hanc sententiam expresse docens. O vox, inquit, miseri-

Cap. 65.

Heb. 13. c.

Aug. 83. q. 31. q.

Bern. ser. de annūc. *sericordiæ: ô auditus leticiæ salutaris. Auditam fac mihi manè misericordiam tuam, quia in te speraui Domine. Sola nimirum spes apud te miserationis obtinet locum: nec oleum misericordiæ nisi in vase fiduciæ ponis. Beatum Bernardum in his verbis spem fiduciam appellare, clarissimè constat.* Phi ip. A-poi. de pœnit. *Philippus verò hanc Bernardi sententiam ad specialem certitudinem astruendam torquet. Bernardi, inquit, verba mirificè illustrāt causam nostram, quia non solùm requirit vt in genere credamus peccata remitti per misericordiam, sed iubet addere specialem fidem, qua credamus nobis ipsis remitti peccata, &c. Sed nihil minus illic quàm de speciali fide beatus Bernardus disserit, quia nullam mentionem de huiusmodi fide facit.* Lib. 3. Sēten. dis. 16. *Petrus quoque Lombardus: est autem, inquit, spes virtus, qua spiritualia & æterna bona sperantur. i. cum fiducia exspectantur. Denique hi probati auctores fiduciam non nisi per spem, nec spem non nisi per fiduciam explicauerunt: quare manifeste colligitur, spem ac fiduciam ad eandem virtutem pertinere, aut esse idem. Nam si rationale, risibile, & disciplinabile, hominis sunt variæ proprietates, sed omnes homini insunt: ita fidere & exspectare quamuis varia sint, spei conueniunt, nec citra illam reperiuntur. Nā sperare est cum fiducia expectare: & nemo fidit, nec exspectat nisi sperans.* Arist. lib. 2. Rhe. c. 5. *Similiter Aristoteles eandem sententiā asserit. Vt enim fiducia, inquit, timori contrarium est, sic id quo confidimus ei quod timemus. Quare spes est simul cum imaginatione rerū salutarium, quod propriè adsint.*

Fidu

Fiduciam igitur secundum Philosophi sentētiam spē esse, manifestum est. Vnde sicut timor futurorū malorum, ita fiducia, quæ spes futurorum bonorum est.

Ex fide, quæ est assensus, fiducia oritur. Cap. 66.

VErùm cùm futura non existant per se ipsa, voluntatem ad timendum aut sperandū non mouēt. Eorum quoq; noticia quanq̃ ad alios, tamen ad hos affectus non allicit. Nam aliqua futura desiderātur, sed non sperantur, & ab aliquibus abhorremus, q̃ non timemus. Quare vltra notiam futurorum necessaria est illorum opinio, aut fides ad sperandum et confidendū. Hanc sententiam doctißime exponit Aristoteles: futura inquit, repeti memoria non queunt, sed opinione comprehendi, & spe præsumi possunt. Et certè q̃dam erit scientia sperandi, vt nonnulli aiūt de diuinatione. Philosophus de humana spe, & fiducia erudite disseruit, nobisq; aperuit viam, vt de Christiana spe aliquid exponamus. Nā sicut ad hoc ꝙ futura spe p̃sumantur, necessariū est, ꝙ opinione comprehendantur: ita æterna & inuisibilia bona non opinione, sed certißima fide tenēda sunt ad ea sperāda: & hoc ē ꝙ Paulus ait. Est aūt fides sperandarū substantia rerum argumentū non apparentiū. Propter ꝙ quidem verbū, sperandarū, aliq. de fiducia hūc locū intellexerunt. Sed nō animaduerterūt, ꝙ ea q̃ sperantur, prius fide quā fiducia cōprehendenda sint. Nam si nō haberemus Deo fidē in illa non speraremus. Ab hac sententia Caluinus non dissentit. Vt in summa, inquit, nihil aliud sit spes q̃ eorū expectatio q̃ vere à Deo ꝓmissa fides credidit. ita fides Deū veracem credit, spes expe- ctat,

Aristo. de memo. & remi.

Ad Heb. 11

Cal. ca. 5. part. 22.

Phil. in locis de opc. *ctat, vt in temporis occasione veritatem suam exhibeat &c. Philippus quoq; eandem sententiam confirmat, cum dicit. Fides significat in intellectu notitiã & assensum promißionum de Christo, ac in voluntate fiduciam, qua voluntas vult & accipit oblatam misericordiam, in qua quiescit, vt cũ Cicero audiuit sibi à Cæsare promitti securitatem, noticiam in intellectu sequebatur, in voluntate fiduciam qua volebat & acceptabat oblatum beneficium &c. Sed cur Philippo potius humanæ quam sacræ historiæ exemplum occurrit? potuisset enim in medium adducere Abraham, cui facta est promißio de filio nasciturо: & Zachariam patriam Ioannis baptistæ non acceptantem promißionem Dei. Sed forte hæc sacræ historiæ exempla Philippi nouæ doctrinæ non conueniebant. Nam diuina scriptura non dicit Abraham, & cæteros fiducia accepisse, aut non accepisse oblatum beneficium, sed fide. Scriptura enim inquit. Credidit Abraham Deo &c. Et de Zacharia ait. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsq; in diem quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Intellectus igitur prius credendo quam voluntas confidendo Dei promißiones accipit.*

Paulus inquiens corde creditur ad iustitiam, de dogmatũm assensione, non de fiducia loquitur.

Cap. 67. *SEd sectarij loca scripturæ quæ fidem exponunt, fere omnia de fiducia, pauca verò, vnum videlicet,*

cet, aut alterum de intellectus persuasione interpre- Philipp. in
tantur. Philippus, addi, inquit, potest aceruus testimo loc. de fid.
niorum, in quibus vocabulum fidei ponitur pro fidu
cia, &c. πιςις quidem persuasionem significare, com
munis omnium est sensus, sed quia persuasio quædam
intellectus, quædam verò voluntatis est, hinc contro
uersiæ ortæ sunt: nam sicut intellectus ad assentien-
dum fidei dogmatibus: ita voluntas ad confidendum
in Deo ac exspectandũ diuinas promißiones persua-
detur. Differunt autem, quia illud est credere: hoc ve
rò fidere, aut sperare. Et quia hoc in illo fundatur, &
ab illo emanat, fidei nomine significatur: quia fidu-
cia vicina significatio est: neq; diuina scriptura hæc
confundit, sed distinguit. Nam per sequentia & præ
cedentia verba, id est, per scripturarum circunstan-
tiam, qui scripturæ locus de fide, qui de fiducia inter
pretandus est, pios & catholicos non latuit viros. At
sectarij vt nouam fiduciæ sectam astruerẽt, loca, quæ
de intellectus persuasione loquuntur, de fiducia inter
pretantur. Philippus: Est, inquit, semper hæc proposi- Philipp. in
tio correlatiuè intelligenda: fide sumus iusti, id est, loc. de fid.
fiducia misericordiæ, &c. Paulus quidem loca in qui
bus fides reputari ad iustitiam exponitur, non pos-
sunt verè ad fiduciam referri, veluti vbi inquit: Cor Ad Rom. 10.
de enim creditur ad iustitiam. Quid amplius de fide
afferi potest? Cùm in iustificatione omnia complectã
tur. Sed hic Paulus non de fiducia, sed de intellectus
certißima persuasione loquitur, quod illico ostendit,
dicens: Ore autem confeßio fit ad salutem. Quid e-
nim per oris confeßionem nisi dogmatum firma per-

Chryſ.Homil 26. Ad Ro.14. *ſuaſio exprimitur? Chryſoſtomus (illum Pauli locum, videlicet, tu fidem habes apud temetipſum, etc. exponens) fidem inquit, hic non eam dicit, quæ ad dogmata pertinet, ſed quæ propoſiti eſt argumenti. De illa ſiquidem dicit: ore verò confeſſio fit ad ſalutem, & qui negauerit me coram hominibus, negabo ipſum & ego. Nam illa tum ſubuertitur, quando*
Ioan.20.c. *confeſſa non fuerit. Ioannes quoq; ait: Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui non viderunt & crediderunt. Scripturam hic non loqui de fiducia quis dubitat? Non enim Thomas diffidentiæ ſed incredulitatis reprehenditur. Non enim dixit, noli eſſe diffidens, ſed noli eſſe incredulus, ſed fidelis, id eſt, credẽs. Fides igitur quæ ad iuſtitiam & eius confeſſio ad ſalutem imputatur: & cui aſſentientes beati à Chriſto prædicantur, non correlatiuè ad fiduciam miſericordiæ, ſed ad dogmatum perſuaſionem refertur. Per Dei quidem miſericordiam tanquam per cauſam efficientem hominem iuſtificari, nullus dubitat, ſed nõ propterea omnis ſcriptura, quæ de hominis iuſtificatione loquitur, de fiducia miſericordiæ interpretanda eſt.*

Cap. 69.

Humani quidem affectus à natura, pij verò à Dei dono inſunt nobis.

FIdes profectò ſperandi doctrina eſt. Nam in quo & quid ſperandum ſit dictat, dictandoq; ſuadet, et allicit voluntatem ad ſperandum, aut timendum: propter quod fides ſpem aut timorem generat. Sed animaduertendum eſt, quod de his affectibus

fectibus aliter fidei doctrina quàm philosophia tractat. Nam hæc vt sunt animi paßiones naturaliter generatæ: illa vt verò à voluntate libera cũ Dei adiutorio eliciuntur, differit. Quarundam enim rerum habita existimatione illas si sunt aduersæ protinus odio prosequimur, atq; timemus: si verò secundæ sunt, eas amamus, desideramus & speramus. Atq; istos quidẽ affectus, nobis quodammodo inuictis, in corde recipimus. Quapropter ad has paßiones, seu affectus moderãdos, virtutibus moralibus, scilicet iustitia, fortitudine, tẽperantia homo indiget. Sed fortitudo, paßiones spem & timorẽ, non spem qua speramus beatam vitã, nec timorem, quo Deũ timemus moderatur. Et quia aliqui hanc distinctionẽ non animaduerterũt de fide & pijs affectibus, qui ex illa procedunt, perinde ac de animæ paßionibus loquuntur. Quare ex animæ affectibus naturali ordine genitis, quos in semetipsis experiuntur de pijs affectibus iudicãt. Atq; hinc sectæ de speciali fidei, aut fiduciæ certitudine, ac de securitate, & similibus ortæ sunt. Aristoteles quidem affectibus humanis, ait. Calor autem, inquit, qui eam continet sedem, qua speramus, & sapimus, facit, vt securo ánimo simus: qua de causa omnes ad vinolentiam vsque promptu animo bibimus. Omnes animi spe bona vini copia afficit, quemadmodum iuuentus adolescentulos: senectus enim parum sperare potest, iuuentus spe plena est. Huiusmodi quidẽ, sicut ex quarundam rerũ opinione, animus amore, odio, spe, timore et similibus naturaliter afficitur: ita habita fide voluntatem erga Deum affici

Arist. probl. sect. 30. cap. 1.

existimant, & qui his affectibus caret, illos nõ habere fidẽ definiũt. Et tamẽ non ita est, quia pij affectus, qui ex fide oriuntur, non naturali necessitate sicut passiones, sed voluntarie cum Dei auxilio oriuntur. Atq; est etiam alia differentia. Nam vt non quæcunque futurorum existimatio generat timorem aut
Arist. l. 2. Rhe. 5. c. *spem, vt Aristoteles inquit. Remota nanq; nimium non timent. Omnes enim sciunt se morituros. Verum quoniam non prope, idcirco non curant. Simili modo quæ per fidem credimus, non apparent, & longè distant: ex quo fit, vt quanquam fides sit certa noticia, voluntatem, quæ libera est ad sperandum æterna, & spiritualia bona, sine Dei speciali auxilio non mouet. Spes igitur sicut fides Dei est donum. Nam sperare illa quæ humanam superant facultatem, non conuenit homini, nisi per Dei donum.*

Sicut fides ita fiducia in adultis præcedat iustificationem oportet.

Cap. 69. *SEcuritas quidem, & fiduciæ certitudo, quam sectarij dogmatizant, non à fide, quæ sperandarum rerum est, regula oritur, sed ex errore, aut ex quadam sensus existimatione, quæ plerunq; decipit. Ideo inanis & vana est: nam vt hominum sunt ingenia, inexpertis dulce est bellum, atq; huiusmodi meliorẽ spem, ac pluris securitatis in rebus arduis quàm experti habent. Sic aliqui impij tam securiores, quàm iniquiores sunt. Sectarij quoq; & hæretici, quanto magis in dogmatibus inter se variant, tanto maiorem fiduciam & securitatem habent. De quibus omnibus*

nibus Bernardus. Sed est, inquit, infidelis fiducia solius vtique maledictionis capax, cùm videlicet in spe peccamus. Quanquam nec fiducia illa dicenda est, sed insensibilitas quædam, & dissimulatio perniciosa. Quæ enim fiducia ei qui pericula non attendit? Aut quid ibi timoris? At confessio Augustana non esse in impijs fiduciam dogmatizat. Et qui admittunt actiones contra conscientiam, hi sunt iniusti, neq; Spiritum sanctū, neq; fidē, id est, misericordiæ fiduciā retinent. Nam in his qui delectantur peccatis, nec agūt pœnitētiam, nec potest quidem fiducia existere, quæ quærat remissionem peccatorū, &c. Peccatores quosdam in se confidere, diuina testatur scriptura, cùm dicit: Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam, dicens: Duo homines ascendebant in templum vt orarent, vnus Pharisæus & alter Publicanus: Pharisæus stans, hæc apud se orabat, Deus gratias ago tibi, &c. Et infra: Et Publicanus à longe stans nolebat nec oculos ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Hæc parabola quosdam peccatores in se, quosdā verò alios in Deo confidere manifestè exponit. Nam peccatores humiles, & pœnitentes, qui per publicanū significantur, actiones contra conscientiam habentes, suorum peccatorum remissionem fidenter petunt. Filij etiam prodigi parabola hoc idem docet. In se autem, inquit, reuersus dixit: quanti Mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo: surgam & ibo ad patrem

Bern. ser 3. de annūti.

Cōfes August. art. de bo. ope.

Luc. 18.

Luc. 15.

 meum

meum, &c. Hic enim si ante reconciliationem fiduciam non habuisset, in conspectu patris non auderet consistere. Et sicut à Christo flagitantibus corporis sanitatem, fidem & fiduciam antequam sanarētur habere oportebat: ita peccatori ante iustificationem fides & spes necessaria est. Nam vt qui arat, in spe arat: sic qui pœnitet, in spe pœnitet. Nemo enim pœniteret, nisi speraret remißionem peccatorū. Quare isti pœnitendo, orando, et Deū inuocando, remißionem peccatorum quærunt: & si petunt in fide nihil hæsitantes, inueniunt iustificationem. At qui in se et non in Deo confidunt, vt ille pharisæus, aut qui diffidunt, vt Cain, & Iudas, iustificationem assequūtur.

Bern. ser. 3. de annū. *Bernardus hanc sententiam mirificè exponit. Rogemus itaque, inquit, fratres responderi nobis, quantas iniquitates habeamus & peccata, scelera nostra & delicta nobis desideremus ostendi, scrutemur vias nostras, & studia nostra, periculaq́ vniuersa vigili intentione pensemus. Dicat quisque in pauore suo, vadam ad portas inferi vt iam non nisi in sola Dei misericordia respiremus. Hæc vera hominis fiducia à se deficientis & innitentis domino suo. Hæc inquam vera fiducia, cui misericordia non denegatur, propheta attestante: quoniam beneplacitum est domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Nec parua itaque suppetit nobis, in nobis quidē timoris, in ipso autem causa fiduciæ. Ex hac beati Bernardi sententia peccatores, antequā iustificentur, habere spē, ac fiduciā manifestū est, nā si eā non haberēt, nullus postq̄ peccauit, iustificaretur.*

Sicut

Sicut fides neminem in speciali certiorem, ita nec spes securum facit.

Cap. 70.

Certitudo verò spei, aut fiduciæ quæ & qualis sit, ex fide, in qua fundatur, colligi potest. Nam spem esse certam, nulli est dubium. Paulus enim spei certitudinem inniti Deo apertè docet. Scio enim, inquit, cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Theophylactus ista Pauli verba de spei certitudine expreßè exponit. Deus bone, inquit, quanta hæc fiducia? quàm indubitata spes? Noui, inquit, sumq; certò persuasus. Sed hæc spei certitudo à fide dependet: quare qui non habet specialem persuasionem de sua iustificatione, non habebit specialem fiduciæ certitudinem. Nam in persuasione intellectus voluntatis fiducia fundatur, & fundamento id, quod superadificatur, firmiùs esse non potest. Vnde qui præterita speciali persuasione, fiduciæ specialem certitudinem asserit, in ianua (vt aiunt) aberrat: quia nihil confidentius est sperandum, quàm à fide sit dictitatũ. Voluntas itaq; sperando & non fidendo non est certior, nec securior quàm intellectus assentiendo. Caluinus verò contra istam apostolicam doctrinam: Et animum, inquit, securitate instrui, quàm mentem cogitatione difficilius: proinde spiritus sigilli vice fũgitur ad eas ipsas promißiones in cordibus nostris obsignandas, quarum certitudinem prius mentibus impreßit, &c. Quibus verbis specialem fidem in intellectu, & securitatem in voluntate intendit astruere,

2. ad Tim. cap. 1.

Theoph.

Calu. ca. 5. p. 14.

Cap 3.p. 10. *quod alibi expresse exponit: Fiducia, inquit, est, ex virtutum eius recognitione, acquiescendi in eo securitas, &c. Sed in intellectu non esse specialem fidem, satis superius ostendi. Nã scripturæ loca, quæ adducit, indefinitè loquuntur. Et Paulus non Luthero, nec Caluino, sed definitè, omnibus, inquit, sanctis qui sunt*

Ad Eph. 1. *Ephesi & fidelibus in Christo Iesu. Gratia vobis, & pax à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo. Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cœlestibus in Christo. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate, &c. Hæc quidẽ nulli in speciali, sed omnibus indefinitè dicũtur. Quare nemo de sua salute ex Pauli verbis definitè est certus, nec securus. Sed Caluinus aut secum pugnat, aut de nomine contendit. Nam sicut Spiritussanctus per fidem vniuersalem, mentem ad assẽtiendum promissionibus ne vincatur dubitatione: ita per donum spei animum, ne succumbat desperationi, iuuat. Sed fides non tollit dubitationem, sed vincit, nec etiam euidentiam facit. Ita spes non tollit timorem, sed vincit desperationem, nec etiam securum reddit. Deus quidẽ quærentibus se in hac vita, non securitatem, sed spem dedit. quia securitas non mortali, sed immortali vita*

Calu.ca.5. P.5. *conuenit, quod ipsemet Caluinus testatur. Tantum abest, inquit, vt eorum conscientias in placida aliqua quiete collocamus, quæ nullis omninò turbis interpelletur. Idem in alio loco sentit, dicens: Fiduciam verò non intelligimus, quæ solutam omni anxietudinis*

Cal. 15. Part.7.

sensu

ſenſu mentem in perfectam quietẽ componat. Nam ita placidè conquieſcere eorũ eſt, qui rebus omnibus ex voto fluentibus nullo deſiderio vruntur. Verum cũ omnibus iſtis pugnat, quod alibi affirmat, dum ait: Proinde nihil obſtat, quin ſimul terreantur fideles et ſecuriſsima conſolatione potiantur, prout nunc in ſuam vanitatem oculos conuertunt, nunc in Dei veritatem animi cogitationem referunt. Ex his Caluinũ ſecum pugnare conſtat. Nam fideles in hac vita in timore & in anxietudinis ſenſu eſſe, atq; ſecuriſsima conſolatione potiri, non ſecus quàm aërem ſimul lucidum & tenebroſum eſſe impoſsibile eſt. Quia ſicut tenebra lucis, ita ſecuritas timoris eſt priuatio. ſed Caluinus ſicut ex vniuerſali fidei certitudine infert ſpecialem: ita ex ſpei certitudine colligit ſecuritatem: & tam in illo quàm in hoc fallitur, quia non ſpecialis, ſed vniuerſalis certitudo per fidem habetur. Calu. ca. 5. Par. 7.

Spei certitudo eſt fiducia. Caput 71.

IN hac quidem mortali vita hominem in ſpe & timore eſſe conſtitutum diuina docet ſcriptura. Nam fides non ſolùm ſperandarum, ſed timendarum rerũ eſt regula. Nolite, inquit, timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed potiùs timete eum, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam. In æterna verò vita electi, omnium malorum excuſſo timore, ſecurè omnibus bonis fruũtur. At improbi omnium bonorum ſpe deſtituti cruciantur. Iſti, ſi bonam haberent ſpem, non infelices: nec illi, ſi timore affecti eſſent, ſecuri, nec beati eſſent. Cùm Matth. 10.

igitur fideles nec beati, nec miseri sint, eos nec securos, nec desperantes sed timentes, & sperantes esse cōstat. Nam fides timorē contra securitatem, & spem contra diffidentiam dictat. Ista, vt ad vitāda peccata soliciti simus, diuina scriptura paßim inculcat. Si enim in hac vita fideles securi essent, illis opus non esset orare, dicentes: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo Nam qui est securus, à timore quietus, & à periculis tutus est. Quapropter Caluiniani q̃ securißima consolatione potiuntur Dominicam orationem orare non indigent. At Catholici, qui Deo in timore famulantur, ne inducantur in tentationem, illos oportet semper orare. Nam de his Paulus. Itaq;, inquit, charißimi mei, sicut semper obedistis, non vt in præsentia mei tantùm, sed multo magis nunc in absentia mea cum metu, & timore vestram salutem operamini. Dauid quoq; ait. Seruite Domino in timore, & exultate ei cū tremore. Hi profectò, qui in timore & lætitia operantur, spem, non securitatem habēt, atq; spes cum timore magis quam cum securitate ad bene operandū sollicitat. Ideo fides non securitatem, sed timorem incutit vt fideles ad pie operandum maius apponant studium, hinc euenit, quod postq̃ temeraria fiducia specialis certitudo & inanis securitas apud quosdam obtinuit, sanctus timor & bene operandi studiū periit. Sed sicut fides, quia est ineuidens, dubia non excludit, sed dubitationem vincit ꝑpter ꝙ est certus assensus: ita spes quia est futurorū bonorum non apparentiū, timorē nō excludit, sed diffidentiam vincit: & ob hoc spes non est secura, sed certa, id est,

Ad Phil. 2.

Psal. 2.

fidẽs. Quare spei certitudo nihil aliud quam fiducia, quã in Deo habemus, est. Nam vt qui Deo habet fidẽ, certior est, quam qui Angelo aut homini credit: ita qui confidit in Deo, certiorem spem habet, quam qui confidit in homine: & sperare in Deo nihil aliud est, quam confidendo in Dei auxilio expectare. Igitur tanta est spei certitudo, quanta est fiducia, sed in nullo magis nec certius quam in Deo confidere possumus ergo spes nostra certissima est, quod non accidit illis, qui specialem fiduciæ certitudinem & securitatem se habere affirmant: quia non in Deo, sed in se confidunt, cum aliter quam fides dictat, sperant.

Spes Dei gratiæ veluti primæ causæ innititur. Cap. 72.

Fides quidem diuinas promissiones indefinitas ac vniuersales voluntati suggerit. Spes vero definite eas vnicuiq; applicat. Nam vnusquisq; se consequuturum beatitudinẽ sperat, sed cum beatitudo promissa, omnem creatam excedat facultatẽ, sine Dei auxilio nullus eam assequi potest. Quare spes non solum ꝓmissionis expectationẽ, sed etiã in Dei auxilio fiduciam prærequirit. Nam in Deo speramus & beatitudinem speramus. At illud quidẽ ad fiduciam, hoc vero ad expectationẽ pertinet: quamuis reuera vtrũq; spei officium sit. Deniq; beatitudinem, quæ est vltimus finis, confidẽtes in Deo, q̃ prima rerum est causa, expectamus: & cum hac non solum æterna & spiritualia, sed tẽporalia, & corporalia bona, q̃ ad illam ordinantur, speramus. Similiter non solũ in prima causa, scilicet

licet Deo, sed in secundis causis ordinatis ad beatitu-
Magi. sen. dinem assequendam confidimus. Petrus Lombardus.
l.3. D.25. Est enim, inquit, spes certa expectatio futuræ beatitudinis, veniens ex Dei gratia, & ex meritis præcedentibus.
Cal. c.5. Par. 23. At Caluinus, quàm insulsè, inquit, Petrus Lombardus duplex spei fundamentum iacit: Dei gratiam & operum meritum. Et infra. Non huic alius scopus quàm fidei esse potest, fidei aũt Dei misericordia: &c. Quibus inusitatis verbis Caluinus fidei mysteria affectans exponere, veritatem obscurat, nouasq; sectas inducit. Nam hoc verbum, scopus, nõ est Ecclesiasticum, nec illo bene vtitur Caluinus, quia illud proprie id ad quod sagittas dirigimus, translatè verò finem, quo animum actionesq; dirigimus, significat. Quapropter beatitudo quæ in Deo consistit, spei est scopus, nam illa finis est vltimus, ad quem omnia referenda sunt, & Christiana spes in eam velut in scopum tendit. At Dei misericordia sperandi causa et nõ scopus est: sicut enim sagittãdi ars, aliud esse potẽtiam sagittandi, & aliud scopum in quem dirigimus sagittam docet: ita fides, quæ est sperandi doctrina, Dei misericordiam esse causam sperandi, & beatitudinem spei esse scopum docet. Nam fideles confidentes in Dei misericordia, sperant beatitudinẽ. Hæc spei scopus, illa potentia, qua tendimus in scopum, est.

Cap. 73. Spes bonis operibus veluti secundæ causæ innititur.

QVare Petrus Lõbardus non insulsè, vt Caluinus
Magist. sen. cauillatur, sed sapientissimè spem esse expecta-
l.3. D. 26. tio-

tionem venientem ex Dei gratia & meritis asseruit. Nam beatitudinis expectatio ex Dei misericordia, tanquam ex prima causa oritur: & Deus (vt fides docet) aliam secundam causam, videlicet, piam legis obedientiam ad beatitudinem conferendam statuit: ad istam meritũ, ad illam vero Dei gratia refertur. Legis enim obedientiam tanq̃ secundam causam ad beatitudinem consequendam, à Deo institutam esse, Christus manifeste docet. Si vis, inquit, ad vitam ingredi, serua mandata. Vnde sine hac secunda causa nullus mentis cõpos beatitudinem consequitur. Quare non solum ex Deo tanq̃ ex prima causa, sed ex hac obedientia quam Deus tanq̃ causam secundam ad conferendam beatitudinẽ exigit, spes nascitur. Quod Paulus aperte satis docet. Scientes, inquit, quod tribulatio patientiam operatur, patientia aũt probationẽ, probatio vero spem. Chrysostomus etiã cum Theophylacto hunc exponens locum eandem sententiam confirmat dicens. Cum enim sciret illos tribulationibus potissimum impulsos à futuris acquirendis deficere, atq; in ipsam desperationem conijci, dicit: Quin propter eas ipsas tribulationes confidentem esse, & nihil minus quàm de futuris animum despondere oportet. Et infra ait. Tribulatio quippe maximum ante futura illa fructum habet, patientiam, videlicet, & quod eum, qui tentatur probatum facit. Nonnihil vero & ad futura assequenda confert; spem namq; in nobis vigere facit. Nihil enim adeo bonorum spem præstat, atq; bonam habere conscientiam. Nemo igitur eorũ qui recte vitam instituerunt, de futuris bonis consequen-

Matth. 19.

Ad Ro. 5.

Theoph. Chrysost.

quēdis incredulus erit, quemadmodū è diuerso multi socordes mala conſcientia preſsi neq; iudiciū, neq; retributionē eſſe vellent. Quid igitur? Bona illa futura in ſpe poſita tenemus? In ſpe quidē, ſed non humana q̄ ſubinde & intercidit, & ſperantem pudore afficit, vel eo, q ſperata praſtare debebat, moriente, vel etiam, ſi vixerit, ſententiā mutante. Noſtra vero huiuſmodi

1. Ioan. 3. *nō eſt, ſed firma & immobilis perdurat. Ioannes etiā magis illuſtrat hanc Catholicam doctrinā, dum inquit. Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita corā eo facimus. Sicut enim qui ſeminat, ſperat metere, qui vero non ſeminat, non quia in Deo non fidat, ſed quia non coluit agrum, nō ſperat metere: ita qui Deo obtemperat, ſperat beatitudinem, & qui non obedit, inuanum ſperat. Quia ſicut Deus per culturam agrorum fruges producit: ita Dei mandatis obedientibus promiſit dare beatitudinem. Quapropter in mandatorum obedientia cum diuina promiſsione iuſte fideles confidunt, nec hoc eſt confidere in ſe, ſed in Deo, cuius donum & mandatum eſt obedientia. Contra vero, qui in ſuis operibus præterita Dei promiſsione fiduciam habent, in ſe, & non in Deo, ſicut Euangelicus Phariſæus, confidunt.*

Sperans in Deo bonis operibus prӕteritis, prӕſumens eſt.

Fidu-

Fiduciam enim in Dei gratia & in Dei mandatorum pia obedientia locandam esse, fides, quæ sperandi est disciplina, expresse docet. Nam oẽs Dei promißiones in Diuina scriptura expositas, sub conditione traduntur. Quapropter fidelis ad consequẽda Dei promissa, conditionem quã accepit, tenetur adimplere. Hinc est, quod q̃ Dei promissa quasi libera à conditione, quam Deus posuit, expectat, non sperat, sed p̃sumit. Petrus Lombardus. Sine meritis enim, inquit, aliquid sperare, non spes sed præsumptio dici potest. In hoc loco conditionẽ à Deo positam & ab homine acceptã, sine qua Deus promissam beatitudinẽ nõ dat (ad nominis controuersias vitãdas) meritum appello. Ex his manifeste colligitur, qualis & quanta spei certitudo & securitas sit. Nam sicut nullus fidem habens Deo, decipitur, ita nullus sperans in Deo, frustratur. Nam peccatores anteq̃ iustificationem consequãtur, in Dei misericordia confidentes, suorum peccatorum remißionem sperant & quamuis Dei mandatorum obedientiã non habeant in effectu, tamẽ habent eam in voto. Et hoc votum in vere pœnitentibus efficax, in cæteris verò inefficax est. Propter quod fidelium sperantium, quidam Dei promissa assequuti fuere, quidam verò non cuius varietatis causa non spei incertitudo, sed hominis non exhibentis mandatorum Dei obedientiam culpa fuit: quia non Deus in quo spei fiducia consistit, sed homo, qui non adimpleuit conditionem, defuit. Et propter hanc conditionem spes non est secura, sed propter fiduciam quã in Deo habemus est certa. In nobis quidem est Cap. 74. Magi. sen. l.3.D.26.

timoris

timoris causa, quo sumus soliciti, in Deo vero fiducia est causa, qua speramus, & hac Christiana certa spes cum timore & sine securitate audaciam parit, ad pie colendum Deū. Nam si Agricola spe metendi, laboris, & seminis: similiter & miles spe victoriæ supremi huius seculi boni, videlicet vitæ, periculum facit: & vterq; quanq̃ non tam certam quàm fidelis habeat spem, tamen est audax ad pericula subeunda & labores tolerandos, & ad oēm lapidem (vt aiunt) mouendum, vt quod sperat assequatur: multo magis spes q̃ ex fidei certissima persuasione oritur, vt fideles periculis emant spem, audaces facit. Ad huiusmodi enim

Ad Rom. 12. *spem Romanos hortatur Paulus. Spe, inquit, gaudentes in tribulatione patientes.*

Chrysost. *Chrysostomus etiam cū*

Theophyl. *Theophylacto eandem explicat doctrinam, dicens: Nihil mentem hominis adeo virilem facit, & ad omnia audentem, vt spes bona. Deinde & ante illa bona quæ sperantur, aliud iterum præmium dat, quoniam enim spes futurorum erat, dicit in afflictione patientes. Hanc quoq; audaciam quæ oritur ex spe, in alio*

Ad Eph. 3. *loco Paulus expressius exponit. In quo, inquit, habemus fiduciam, & accessum in confidentia per fidem eius. Fides igitur fiduciam id est, spem: spes verò audaciam, ad consequendum quæ expectantur, generat, Nam quanto quis meliorem habet spem, tanto est audacior.*

Finis primi articuli de Fide.

FRANCISCI CORDVBENSIS MINORITÆ SECVNdus articulus

DE ECCLESIA.

Etsi Deo habendam esse fidem est euidens, tamen fideles ad credendum Dei oraculis, Ecclesiæ authoritate indigent.

ETsi Deo Optimo Maximoq; habendam esse fidem, nunquam inter homines est dubitatum: tamen sæpe de diuinis oraculis multi non conuenere. Nam quemadmodum humanarum disciplinarum principia, eò quòd conclusionibus sint euidentiora, ab omnibus recipiuntur, conclusiones verò sæpenumero in controuersiam trahuntur: ita etiam cùm totius religionis principium & fundamentum sit, credere in Deum, illi habendam esse fidem, omnes consentiunt, profitenturq;. At de religionis dogmatibus, tum ob rerum difficultatem, tum ob Dei interpretum aut concionatorum incelebrem authoritatem sæpe inter multos dubitatum est. Quòd religionis nimirum dogmata difficilia sint intellectu, res ipsa loquitur: homo nanq; diuinorum mysteriorum Cap. 1.

& parum & nihil euidenter attingit. Huiusmodi esse noticiam, quam in præsenti vita de diuinis habemus, Paulus exponit, dicens: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Paulus ad Cor. ca. 13. *Cùm igitur euidens diuinorum mysteriorum cognitio non in præsenti, sed in futura vita haberi possit, ex huiusmodi ineuidentia, seu potius ignorantia de religione plures sectæ, hominumq́; magis discrepantes, sententiæ, quàm de quauis disciplina ortæ fuerunt. Denique tam abditissima sunt diuina mysteria, quòd illorum qualis qualis certa de indubitata noticia, nisi Deo reuelante, haberi non potest, vt Paulus apertè satis exponit, dicens: Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit?* Paulus ad Rom. c. 11. *Vnde cùm homo naturali intellectus lumine religionis certam noticiam ad Deum colendum, inuocandumq́; assequi non potuisset, clementissimus Deus suas cogitationes ad se colendum illi exposuit. Atq; ita diuina sapientia suauiter omnia disponens, quosdam homines per se, quosdam verò per suos ministros religionis doctrinam docuit. Illi quidem, quos Deus per se docuit, cum Paulo dicere potuerunt: Notum enim vobis facio fratres, Euangelium quod Euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem, neq; enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi.* Ad Gala. cap. 1. *Huiusmodi nanq; Prophetæ, ac Apostoli fuerunt: quia res gestas, aut gerendas, fideiq́; mysteria, quæ aut viua voce docuerũt, aut sacris literis mãdarunt, à Deo oculatissimo teste per reuelationem audierunt. Atque dei loquentis auctoritas cùm illis euidenter*

uidenter innotuisset, eorum intellectum ad fidei mysteria credenda conuincit. Huiusmodi verò cõuictio, tantum abest, vt fidei perfectioni deroget, vt potiùs illam perficiat. Nam quo magis testimonij euidentia intellectus conuincitur ad assentiendum, eò magis assensus omnem dubitationem excludit, vt in Mathemacicis videre licet. Vnde fides Prophetarum propter testimonij euidentiam omnem dubitationem excludebat. Hominum etiam authoritas ad quibusdã humanis gestis assentiendum, intellectum conuincit, omnemq́ue excludit dubitationem: nullus enim Romanum imperium fuisse non credit: imò, si vellet nõ credere, non posset, quia hominum communis sensus est tanti ponderis, vt conuincat intellectum, ne aduersus illam assertionem vlla dubitatio insurgat. Quod si humana auctoritas, quæ falli & fallere potest, intellectum conuincit, omnemq́ue expellit dubitationem, multò profectò magis diuinæ auctoritatis euidens testimonium Prophetarum & Apostolorum intellectũ conuincit, & ab ipsorum fide omnem exclusit dubibitationem. Illi verò, quos Deus per homines, id est, per auditum, docuit fidem, cùm Dei loquentis non habuissent euidens testimoninm, ad credendum non fuerunt conuicti. Vnde audientium dei verbum, quidam non crediderunt: qui verò credidernnt, non tantùm diuinis testimonijs, sed pia voluntate simul cum illis intellectum ad credendum captiuauerunt, fides etiam in illis dubitationem non excludit, sed vincit. Tantæ verò varietatis non est alia ratio, nisi quod illi fidei mysteriorum euidentia, isti verò ine-

uidens testimonium habuerunt. Quæ omnia intelligens diuina sapientia, voluit secundum ordinatissimam temporum distributionem media quadam via fidem plerosq́ȝ homines docere. Nam ad Dei auctoritatem illustrandam verbi Dei prædicationi miracula coniunxit, quibus Dei testimonium illustrius euasit: per miracula enim Euangelij prædicationem fuisse illustratam, ac confirmatam, diuina testatur
Marc.c.16. *scriptura, dum ait: Illi autem profecti prædicauerunt vbiqȝ domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Eandem sententiam mirificè Paulus declarans: Et ego, inquit, in infirmitate,*
Paulus ad Cor.ca. 2. *& tremore, & timore multo fui apud vos, & sermo meus, & prædicatio mea non in persuasilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Hactenus Paulus. Apostolorum igitur prædicatio, credentiumq́ȝ fides in primitiua ecclesia miraculis confirmabatur, et merito quidem: nam miracula Dei omnipotentiā euidenter demonstrant,*
Ioan.c.10. *quod Christus apertè satis exponit, dicens: Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Cæterùm notandum, quod videntes quidem & intelligentes miracula, conuicti fuerunt ad credendum, vti dæmones: videntes verò, sed non euidenter intelligentes, vt homines ad credendum non conuicti, sed persuasi tantum fuerunt. Dæmones enim intellectus acumine magis quàm homines pollentes, quæ vera & quæ falsa sint miracula probe intelligunt: homo verò hanc differentiam non dijudi-*

cat

dicat, atq; ideo dæmonis intellectus, sed non hominis miraculis conuincitur. Sed homo quamuis miraculis non conuincatur, tamen nihil magis populum persuadet, quàm miraculum, vt Augustinus exponit, dùm ait: Miraculum voco, quicquid arduum aut insolitum supra spem, vel facultatem mirantis apparet. In quo genere nihil est populis aptius, & omninò stultis hominibus, quàm id quod sensibus admouetur. Sed postquam populus miraculis persuasus fidei obediuit, atq; ecclesia per vniuersam orbem fuit dilatata, prophetiæ & miracula cessarunt. Verùm cùm verbi Dei prædicatio tam diu sit necessaria, quàm diu ecclesia permanserit, ideo diuina sapientia ad dei verbum prædicandum infallibilem auctoritatem contulit ecclesiæ, quod Apostolorum symbolum exponit, dùm ait: Credo sanctam ecclesiam. Quare si miraculum idoneum testimonium esse ad persuadendam fidem neminem latet, sanctæ profectò ecclesiæ testimonium, cùm ipsa miraculorum non minimum sed potiùs maximum sit, magis sufficiens erit. Nam sicut prædicantibus apostolis Deus operebatur miracula, vt illa testimonium perhiberent de prædicatione verbi Dei: ita sancta ecclesia miraculorum maximum credenda pponitur, vt illa testimonium perhibeat de verbo Dei. Vnde quemadmodum videntes miracula, & non credentes sunt inexcusabiles, quia illa de prædicatione sufficiens testimonium perhibebant: sic credentes sanctam ecclesiam, quod dogmata ab illa proposita credant, oportet, quia illius testimonium sufficit ad credendum. Cùm igitur omnibus

August. de vtilit. cred. c. 16.

bus sit manifestum, quòd credendum sit Deo, ac de diuinis dogmatibus sæpe sint controuersiæ, ad illas dirimendas post prophetas, diuinam scripturam, & miracula sancta ecclesia in symbolo proponitur credenda. Nam illa eò quòd sancta, eius testimonium in proponendis & exponendis fidei dogmatibus ad faciendam fidem idoneum est, quod sapientissimè beatus Augustinus exponit, dùm ait: Itaque totum culmen auctoritatis, lumenq́ rationis in illo vno salutari nomine, atq; in vna eius ecclesia recreando atque reformando humano generi constitutum est.

Aug. epist. 56.

Ratio quidem in humanis disciplinis, auctoritas verò in religione ad faciendam fidem primas tenet.

Cap. 2.

AVctoritas quidem quamuis in humanis disciplinis ad persuadendum infimum locum teneat, tamē nemo sine illa vllā disciplinā discere potest. Nam ad discendum necessario fides doctori habenda est, vt Aristoteles apertè satis docet, dicēs: Credere enim, recipereq́, qui discere velit aliquid, plaraque oportet. Beatus etiam Augustinus eandem asserit sententiam, dùm ait: Ad discendum item necessario dupliciter ducimur auctoritate atq; ratione. Tempore auctoritas, re autem ratio prior est. Aliud est enim, quod in agendo anteponitur, aliud, quod pluris in appetendo æstimatur. Itaq; quanquam bonorum auctoritas imperitæ multitudini videatur esse salubrior, ratio verò aptior eruditis: tamen quia nullus hominū, nisi ex imperito peritus fit, nullus autem

Aug. de ordi. li. 2. c. 9.

tem imperitus nouit, qualē se debeat præbere docenti bus, et quali vita esse docilis possit, euenit, vt omnibus bona magna, & occulta discere cupiētibus, non aperiat nisi auctoritas ianuā. Hæc ille. Si igitur discētibus humanas disciplinas, in quibus ad persuadendū ratio primas tenet, auctoritas nō solùm iuuat, sed est necessaria, multò magis pij viri ad verā religionis assequēdam doctrinā, indigent auctoritate. Nam ad discendam religionem (ars est enim illa colendi Deū) nō ratio, sed auctoritas principem locū tenet, vt Cicero sapiēter docet, cùm inquit: Multis argumentis Deos esse doceri voluisti, mihi enim vnū satis erat, ita nobis maiores nostros tradidisse. Sed tu auctoritates oēs cōtemnis, ratione pugnas. Patere igitur rationē meā cū tua ratione contendere. Affers hæc omnia argumenta cur Dij sint, remq; mea sententia minimè dubiā, argumentando dubiā facis. Hæc quidem Ciceronis sententia potiùs vera quàm falsa cōuenit religioni: quia ista aut à dæmonibus tradita, aut ab hominibus excogitata fuit. Illa verò supernaturaliter à Deo fuit reuelata vt Paulus exponit, dicens: Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiā verò nō huius seculi, neq; principum huius seculi qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum huius seculi cognouit. Et infrà: Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum: spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Vnde homo ratione sola ductus veræ religionis noticiam attingere non potuit. Quod si fidei

Cic de natu. deo. l. 3.

Paul. 1. ad Co. ca. 2.

mysteria homo naturaliter potuisset cognoscere, illi non fuisset facta reuelatio, veluti ad rerum naturalium proprietates inuestigandas, & ad Rempublicam administrandam non fuit facta reuelatio. Quid quod naturalis ratio de talibus rebus, quod satis est, exponit: at ratio sine Dei reuelatione, tantum abest, vt de diuinis mysterijs homines faciat certiores, quin potius reddat dubios. Scientiæ igitur certitudo à ratione, religionis verò ab auctoritate emanauit. Verùm cuius auctoritati in religione habenda sit fides, haud facile est definire. Ad hoc quidem discernendum opus est rationis indicio, Quod Augustinus exponit, dicens: Quanquam neq; auctoritatem ratio penitus deserit, cum consideratur, cui sit credendum, & certe summa est ipsius iam cognitæ, atque perspicuæ veritatis auctoritas. Sed si distinguatur auctoritas in diuinam, & in humanam, manifestum est, quod diuina auctoritas non solùm humanæ, sed etiam Angelicæ auctoritati præferenda est: quia non illa, sed istæ falli & fallere possunt. Quare vt de religione certa habeatur persuasio, quod non humanæ, nec Angelicæ, innitamur auctoritati, oportet. Et quia in Dei ecclesia fides non est alia à religione, nec Theologia non solum à fide non dissociatur, imò in fide fundatur, ideo catholicæ ecclesiæ dogmata, ritus, statuta, & si quid aliud est in religione, diuinæ innititur auctoritati. Et sicut in humanis scientijs conclusiones, quo primis principijs propiores, eò sunt veriores et euidentiores, eoq; magis illis assentimur: & quo remoti-

Augu. de vera relig. cap. 24.

remotiores à principijs eo minus vera, & obscuriores sunt, eoq; illis minus, aut potius non assentimur: ita in religione vt dogmata, ritus, & statuta diuinæ autoritati maximè consona, ita verissima & religiosissima sunt, ac magis illa credimus: contra verò quo illa à diuina autoritate magis discordant, eo magis falsa, magísque prophana sunt, quia religionis primum principium est Dei autoritas, qua persuasi sumus ad credendum omnia reuelata à Deo, id est, quæ Deus loquutus est p Prophetas & Apostolos. Quemadmodum etiam primorum principiorum tanta est euidentiæ magnitudo, quod intellectus habita illorum historia notitiá, sine alia ratione, sine autoritate illis assentitur, ideóque per se nota appellantur: quale illud est, omne totum est maius sua parte. Simili modo in religione omnibus est notum, quod Deo habenda sit fides, & quod illius verbis sit credendum: nec ad credendum Deo opus sit adducere aliquam persuasionem, nec autoritatem, præter illam, quam quidam (vt Tullius refert) Pythagoræ impiè tribuerūt. Nec verò, inquit, probare soleo id, quod de Pythagoricis accepimus, quos ferunt, si quid affirmarent in disputando: cum ex his quæreretur quare ita esset, respondere solitos, ipse dixit. Ipse autem erat Pythagoras. Tantum opinio præiudicata poterat, vt etiam sine ratione valeret autoritas. Autoritatis quidem pondus, quod significatur per illa verba ipse dixit, soli Deo conuenit. Vnde omnia, quæ Deus dixit ideo, quia ipse dixit, vera sunt, nec ad credendum Deo quærenda est ratio. Nam tantum pia religio potest, quod

Cicero de nat. Deor. li. 1.

etiam sine ratione valet autoritas. Imo etsi extarent rationes, tantum diuina valet autoritas, vt quæ Deus dixit, non solū omni creatæ autoritati, sed cuicūq; naturali rationi præferenda sint, res ipsa loquitur, & naturalis ratio dictat: tam enim euidens est, quod credendum est Deo, quàm quod Deus sit.

Cap. 3. Non habens fidem Prophetarum & Apostolorum tum verbis, tum scriptis, Deo non credit.

ETsi philosophi vnum Deum esse euidenter intellexerunt, tamen fidei articulum, id est, credo in Deum, non crediderunt: imo Deum quem intellexerunt, definite illum esse creatorem cœli & terræ, secundum cæteras circunstantias, quibus verus Deus in scriptura explicatur, nec intellexerunt, nec crediderunt: ex quo increduli fuerunt. Nemo etiam est, qui non profiteatur, quod credendum sit Deo, sed non omnes credunt Deo. Nam quanquam omnes infideles in vniuersali asserunt, quod verbis Dei habenda sit fides, tamen in speciali nec Deo, nec verbis eius credunt: quia nec sacram scripturam, nec Dei Prophetas recipiunt; per quos & non per alios Deus ad Ecclesiæ vtilitatem loquutus fuit. Sicut enim fidei articulus, Credo in Deum, exigit, quod credamus definite in Deum, (quod Philosophia non docet) ita quod credamus definite, quod Deus loquutus est per illos Prophetas & Apostolos, quos Ecclesia recepit, requirit. Si enim Deus omnibus hominibus loque-

re-

retur, vti Prophetis fuit loquutus, nemo non crederet Deo. Nam Prophetæ nimirum Deum sibi loqui euidentius cognouerunt, quam homines mutuò loquentes, se inuicem cognoscunt: atq; cum Deus non omnibus, sed quibusdam hominibus loquatur, cauendum est, ne falsi prophetæ pro veris recipiantur, quod Christus monuit, dicens. Attendite à falsis Prophetis. Matth. 7. Dæmones quidem Dei ambientes honores, responsa dederunt. Vnde hominum quidam à Delphico, quidam verò à Pythico oraculo, aut à vatibus diuina responsa se recipere existimauêre, sed profectò illi à Dæmonibus decepti fuêre, vt Augustinus exponit, dicens: Autoritas autem partim diuina est, partim humana, sed vera, firma, summa ea est, quæ diuina nominatur, in qua metuenda est aerıorum animalium mira fallacia, quæ per rerum ad istos sensus corporis pertinentium, quasdam diuinationes, nonnullasq; potentias decipere animas facillimè consueuerunt. Augu. de ord. lib. 2. cap. 9. Vnde non quibuscunque sine delectu tanquam Dei prophetis credendum est. Fidei nanque articulus: Credo in Deum, quod verbis & scriptis Prophetarum & Apostolorum, per quos Deus loquutus est, est, perinde ac Deo credamus, requirit, quia illorum autoritas non humana, sed diuina est, quod scriptura exponit, dicens. Et habemus firmiorem Propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes. 2. Petr. 1. Illud quidem verbum firmiorē, in Prophetico sermone diuinā esse autoritatem, significat. Illi nanq; nō proprio, sed Dei spū locuti fuêre, vt scriptura testatur, dū Paulus ait. 2. Cor. 2.

An

An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus. Atque cum Apostoli, Prophetæq́; quæ per reuelationem didicêre, non solum elocuti fuerint, sed literis, memoriæq́; mandauerint, merito illorum prædicatio & scriptura non pro humana, sed diuina habenda est. Nam idem Spiritussanctus qui prophetis reuelauit mysteria, per illos loquendo, ac scribendo locutus est Ecclesiæ. Vnde merito prædicatio & scriptura Apostolica, ac Prophetica tantæ autoritatis est apud Ecclesiam, quantæ diuina reuelatio apud Prophetas & Apostolos fuit. Apud infideles verò Apostolica prædicatio & scriptura non tantæ est autoritatis, quantæ diuina reuelatio: quia si Deus illis fidem sicut Prophetis reuelasset, absque dubio credidissent. Verùm quia id factum non est, nec concionatoribus, nec scripturæ, quibus ordinariè Deus homines fidem docet, fidem adhibuerunt, ideo fuerunt increduli. Ecclesia verò, eiusque membra, videlicet cuncti Catholici Prophetarum, ac Apostolorum doctrinam voce et scripto traditam, tanquam Dei verissimum oraculum recipientes & venerantes, fideles verè dicuntur.

Catholica Ecclesia recentibus Apostolis ac Euangelistis non indiget.

Cap. 4.

SEctarij quidem animaduertentes Dei Ecclesiam Prophetis, Apostolis & Euãgelistis pinde ac Deo infallibilem autoritatem deferre, ad sua falsa dogmata astruenda nouos Euangelistas commentati sunt,

sunt, quod Caluinus exponit, dicens. Quanquam non nego, quin Apostolos quoque postea, vel saltem eorum loco Euangelistas interdum excitarit Deus, vt nostro tempore factum est, &c. Verùm sectarij suos recentes Euangelistas (quos, tantum abest, vt ipsi recipiant, vt potius ab illis dissentiant) ad religionem conturbandam Ecclesiæ nituntur obtrudere. Quod verò recentes Euangelistæ à sectarijs non recipiantur, dogmatum dißidium, quod inter illos grassatur, clare satis manifestat. Nam si Lutherus, Caluinus, Philippus, aut quilibet sectarius ad Euangelij munus extra ordinarie à Deo fuit vocatus, cur cæteri sectarij cum illo non conuenerunt? cum Apostolo enim Paulo extraordinarie vocato vniuersalis Ecclesia consensit: at cum Luthero sectariorum vix vnus, aut alter concordat, quinimo ferè omnes sectarij inter se non consentiunt, & ipsemet Lutherus, vt illius Antilogiæ testantur, semper fuit varius. Vnde Lutherus apud suos Prophetæ autoritatem nunquã obtinuit: quod si obtinuisset nemo cũ illo non consensisset. Sed quod in Dei Ecclesia post Christi Apostolos, recentes Apostolos, seu Euangelistæ sint prædicaturi: Manichæorum hæresis aperte testatur, quam præsentes sectarij pullulare fecerunt. Verùm contra Manichæum. Augustinus ait. Videamus igitur, quid me doceat Manichæus, & potißimum illum consideremus librum, quem fundamenti epistolam dicitis, vbi totum pene, quod creditis, continetur. Ipsa enim nobis illo tempore miseris, quando lecta est, inclinati dicebamus, Amen. Certè sic incipit

Calu. ca. 8. P. 18.

Aug. contra epist. fun. c. 5.

Manichaus Apostolus Iesu Christi. Et infra Augustinus inquit: Non credo istum esse Apostolum Christi, &c. Simili modo Catholica Ecclesia nec Lutherum, nec Caluinum, nec vllum sectarium credit esse Euangelistam, imo nec, si eorum sententiam sequamur, sunt recipiendi, quia cum sectarij illa, qua in Dei verbo non continentur, non recipiunt: ergo cum Diuina scriptura nec Caluini, nec Lutheri faciat mentionem, consequens est, quod huiusmodi non sunt extraordinarie vocati ad Euangelij munus. In lege quidem veteri de Christi aduentu, & de Apostolorum & Euangelistarum prædicatione facta fuerunt promißiones, atq; omnes illæ per Christi aduentum, & Spiritussancti mißionem, & Apostolorum prædicationem adimpleta fuerunt, per istos quidem diuina mysteria, quæ in lege fuerunt velata, Euangelij prædicatione explicata fuère: nec post illam explicationem Ecclesia aliam desiderat: quia ista explicatio, id est, Ecclesiæ fides, iuxta Christi promißiones nunquam deficiet, & ad conseruandam synceram in Ecclesia
Matth.c.28 *fidem, Christus sua diuina speciali præsentia (quam promisit, dicens. Ego vobiscum sum vsq; ad consummationem sæculi.) Ecclesiam aduersus portas inferi, id est, hæreses, & prauos mores perfectè muniuit. Vnde*
Luc.16.c. *Ecclesia post Apostolorum prædicationem ad hæreses reuincendas, & ad mores componendas extraordinarijs ministris non indiget, quod diuina scriptura aperte satis exponit, dicens. Habēt Moysen & Prophetas, audiant illos. At ille dixit. Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agēt.*
Ait

Ait aūt illi. Si Moysen & Prophetas non audiūt neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credēt. Quid expressius aduersus sectarios dici potuit? Catholica quidem Ecclesia habet Moysen, Prophetas, Apostolos, & Euangelistas, q fidem sufficienter explicarūt, & mores rectissime composuerunt ac qui illis Ecclesia docente nō habet fidē, nec recentibus Euangelistis prædicantibus credet: vt sectarij eorumq; sectatores p̄sentis sæculi, experiētia testante fecerunt. Illi nempe oēs Apostolorū & Prophetarum doctrinam per Ecclesiam explicatam non crediderūt, nec etiā nouis Euangelistis credunt: quia si illi oēs vni eorū, quos falsò nouos Euangelistas appellant, credidissēt, nō discordassēt vtique.

In Ecclesiæ quidem primordijs Prophetiæ & miraculorum dona tantum fuerunt necessaria. Cap. 5.

IN Ecclesiæ quidem primordijs uerbi Dei ministros extraordinaria dona habuisse ad fidē prædicandā gētibus, necessariū fuit. Postq̄ verò Christi Euangeliū fuit sufficiēter p̄mulgatū, miracula, & ministri extradinarij nō fuerunt necessaria. Sicut enim in mūdi principio Deus quasdā res ex nihilo creauit, q̄ cæterarū rerū veluti seminariū fuerūt. Verum postq̄ huiusmodi res fuerūt creatæ, mūdus ad sui conseruationē, vt aliqua res corporea de nihilo creetur, nō indiguit: quia illa prima administratio extraordinaria ad res p̄pagādas nō est necessaria, cū Dei administratio ordinaria per causas secundas ad futuram perseuerationē mundi satis sufficiat: ita in Christiana religione factum fuit. Nam Deus ad fidem gentibus persuadendam, quasi ex nihilo, ex hominibus ineruditis per

reuelationem fecit eruditos diuinorum mysteriorũ & illis tribuit miraculorum donum, & cætera, quæ fuerunt necessaria, & magis expedientia ad fidem persuadendam: itaque in primitiua ecclesia fuit iactum firmissimum fundamentum, vt religio præstaret, & veluti seminarium ad religionem propagandam, in finem vsque seculi. Vnde ecclesia ad præstandum in sanctitate non indiget administratione illa extraordinaria, videlicet miraculorum, & prophetiæ donis, & similibus, quia sola sancti spiritus specialis assistentia per ecclesiæ ordinarios ministros ad propagandam synceram fidem satis est. Ab hac quidem sententia sectarij non dissentiunt, vt Caluinus
Calu.ca.8. P.76. *testatur, dicens. Verùm tales sunt semper ecclesiæ diuitiæ, vt multum desit ad summam illam perfectionem, quam aduersarij nostri iactant: nec ideo vlla in parte destituitur ecclesia, quin semper habeat, quantum satis sit. Et infrà: Ecclesiam esse columnam ac firmamentum veritatis. Quid autem aliud sibi volunt hæc verba, quàm in ecclesia conseruari veritatem Dei prædicationis? &c. Administratio quidem ordinaria, quam Christus instituit, ad ecclesiæ propagationem & conseruationem tam efficax est, quàm mundi ordinaria administratio. Quare si ista sine extraordinaria sufficit, multò magis profectò illa (quia gratia est perfectior natura) sufficiet. Quid quod si non sufficeret, Deum ecclesiam nõ tam firmiter quàm mundum constituisse possemus dicere. Verùm ecclesiam fundatam in Dei promissione firmiùs perstare quàm mundum, scriptura apertè*
satis

satis exponit, dicens: Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Ecclesia deniq; supra fundamentum apostolorum, & prophetarum à Deo fundata, non magis indiget extraordinaria administratione, quàm mundus. At Caluinus *ad ministrationem extraordinariam ad reducendam ecclesiam ab Antichristi defectione esse necessariam, sed in ecclesijs rectè institutis non habere locum asserit, dùm ait:* Talibus *enim, qui ecclesiam ab Antichristi defectione reducerent, opus fuit. Munus tamen ipsum extraordinarium appello, quia in ecclesijs ritè constitutis locum non habet. Sed hæc assertio contra diuinam sapientiam omnia suauiter dispo nentem est: quia apostolorum tempore, quando ecclesia rectißimè fuit constituta, Paulus extraordinariè missus fuit. Nam sicut in mundi prima creatione vniuersus mundus, singulaq; creaturæ, quantum ad naturalia dona, perfectius, quàm illa, quæ po stea per secundas causas, generantur, instituta fuêre: vti primi parentes perfectiores quàm homines ordinariè geniti exstiterunt, ac tunc temporis mundus in statu feliciori, & naturalis perfectionis fastigio fuit. Quid quod extraordinaria administratio tunc habuit locum, ita in primitiua ecclesia apostoli, plurimiq; fideles plura & maiora spiritualia dona habuêre, quàm præsens ecclesia. Christi nanq; apostoli atque discipuli in die Pentecostes iuxta Christi pro mißionem à Spiritusancto absque hominis ministerio docti fuerunt. Mysteria quidem diuina illis fuerunt reuelata, miraculorum quoque gratia illis fuit*

Matt. 24. c.

Calu. ca. 8. P. 18.

donata. Ista enim duo, scilicet, mysteriorum fidei reuelatio, & miraculorum gratia, ad extraordinariam ecclesiæ administrationem exiguntur. Nam illa ad persuadendum gentibus fidem maximè conduxerunt. Verbi enim Dei auditores animaduertentes, quod apostoli humanarum literarum erant imperiti, eorum doctrinam non esse humanam, sed diuinam consultò existimarunt: hanc existimationē miracula per apostolos facta persuaserunt. Extraordinaria igitur verbi Dei administratio per prædicatores non ab homine, sed à Deo eruditos, & miraculis cōfirmata in primitiua ecclesia, quando christianismus fuit purior ad gentibus fidem persuadendā, maximè fuit expediens et necessaria. Verùm postquā fides ab apostolis fuit sufficienter promulgata, et in gētibus propagata, tantū abest, vt ministri extraordinarij expediant, vt potiùs religionis sint pernicies. Nam ut, si meßis nullo seminante, sicut in principio mundi, cresceret, agricultura periret: ita si euangelij concionatores, ecclesia non docente nec metente, sicut apostoli fidei mysteria didicissent ac prædicassent, ecclesiastica verbi dei ordinaria administratio funditus perijsset, qua sublata ecclesiam dissolui oportet. Sicut enim in principio ad fundandam ecclesiam extraordinarijs ministris fuit opus: ita in progressu ad continendam ecclesiā in officio ordinarij ministri sunt necessarij. Nam finis extraordinariæ administrationis fuit fidei iusta promulgatio, & propagatio, quo fine adepto illa cessauit, vt de miraculis beatus Augustinus exponit, dum ait: Cur, inquiunt, nunc illa miracula,

Aug. de ciuit. dei lib. 22. ca. 8.

quæ

quæ prædicatis facta esse, non fiunt: poßem quidẽ dicere, neceßaria fuisse, priusquam crederet mũdus, ad hoc, vt crederet mundus. Post euangelij enim promulgationem miracula superfluere, Augustinus etiam testatur, dicens: Cur, inquis, ista modo non fiunt? Quia non mouerent, nisi mira eßent. At si solita essent, mira non essent. Cùm igitur Deus nihil agat frustrà, apertè satis manifestum est, extraordinarios ministros frustrà esse in ecclesia. Nam cum post apostolorum prædicationem non sit aliud euangelium prædicandum, præter illud, quod illi prædicauerunt: & ecclesia, vt Caluinus ait, sit fida custos verbi Dei, & in ea conseruetur prædicationis veritas: illa etiam, vt Philippus inquit, est alligata ad euangelium Dei. Tandẽ cùm iuxta D. Paulum sit columna, & firmamentum veritatis, non indiget noua reuelatione. Nam apostolorum doctrinam ad salutem necessariam retinet, quod Caluinus quoque testatur, dicens: Nec ideo vlla in parte destituitur ecclesia, quin semper habeat, quantum satis sit. Ex omnibus istis euidenter colligitur, quod sectarij sibimet non constent, dùm asserunt, extraordinarijs ministris, qui ecclesiam ab Antichristi defectione reducerent, opus fuisse. Nam cùm in ecclesia, vt illi asserunt, semper prædicationis veritas conseruetur, ecclesia à fide nunquam deficiet: atque etiam cùm post Apostolorum prædicationem ecclesia semper habeat, quantum est satis, non indigebit ministris extraordinarijs.

Aug. de vtil. cred. ca. 16.

Prophetiæ et miraculorum dona à Catholica ecclesia sunt probanda.

Cap. 6. *ETsi ad fidē astruendā miracula nūc non fiunt, tamen ad Dei gloriam manifestandam, & in sanctitatis piorum virorum testimonium illa non rarò fieri Augustinus refert, dicens: Nam etiam nunc fiunt miracula in eius nomine, siue per sacramenta eius, siue per orationes, vel memorias sanctorum eius: sed non eadem claritate illustrantur, vt tanta, quanta illa gloria diffamentur. Similiter etsi prophetiæ donum detur, ad vtilitatem tamen illud quibusdam ad ecclesiasticum publicum docendi munus, quibusdam verò ad priuatum datum fuisse diuina scriptura docet. Ob illud nimirum prophetis testamenti veteris, apostolis, euangelistis cæterisq́; Christi discipulis prophetiæ donum fuisse datum, scriptura, & ecclesia testatur. Nam illorum ministerio Deus ecclesiam docuit religionis mysteria: illi profectò omnes publico docendi munere in Dei ecclesia functi fuerunt. Quod munus Paulus ad euangelicam doctrinam, quam prædicabat, astruendam meritò sibi vendicans, frequenter se Christi apostolum appellat. Quid verò hæc appellatio apostolo ad prædicandum conducebat, Beatus Hieronymus exponit, dicens: Porro quod ait: Apostolus autem Iesu Christi: tale mihi videtur, quale, si dixisset: præfectus prætori us Augusti cæsaris, magister exercitus Tyberij imperatoris. Vt enim iudices sæculi huius, quo nobiliores esse videantur, ex regibus, quibus seruiunt,*

Aug de ciuit. dei li. 22. ca. 8.

Hier. ad Titum.

unt, & ex dignitate, qua intumeſcunt, vocabula ſortiuntur: ita & apoſtolus grandem inter chriſtianos ſibi vendicans dignitatem, apoſtolum ſe Chriſti titulo prænotauit, vt ex ipſo lecturos nominis auctoritate terreret, indicans omnes, qui in Chriſto crederent, debere ſibi eſſe ſubiectos, prophetiæ verò donum quibuſdam non ad publicum docendi munus datum fuiſſe, non temerè exiſtimatur: veluti Agabo, Philippi Diaconi quatuor filiabus virginibus Prophetæ illi qui decepit prophetam miſſum ad Geroboam regem Iſrael, & ſimilibus, quos etſi ſcriptura prophetaſſe aſſerit, tamen non publico docendi munere, verbo, aut ſcripto (veluti illi quos eccleſia celebrat) fidem docuerunt. Iſti quidem occulta, & futura circa hominum actus viderunt: atque tales non deeſſe in eccleſia, non ſolùm diuina, ſed etiam eccleſiaſtica hiſtoria teſtatur, quod beatus Auguſtinus, magni Theodoſij pietatem commendans, refert, dicens: Deinde cùm maximum terribilem faceret ille ſucceſſus, hic in anguſtijs curarum ſuarum non eſt lapſus ad curioſitates ſacrilegas, atque illicitas, ſed ad Ioannem in AEgypti eremo conſtitutum, quem Dei ſeruum prophetandi ſpiritu præditum fama crebreſcente didicerat, miſit, atq; ab eo nuncium victoriæ certiſsimũ accepit. Sed iſtis prætermiſsis ad illos, qui publicũ docendi munus ſibi vendicant, veniendum eſt: nam de talibus Paulus ait: Prophetias nolite ſpernere. Verùm ne prophetiæ prætextu falſis dogmatibus detur locus, illico ait: Omnia autẽ probate, quod bonũ eſt tenete: ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Illud quidẽ verbum,

Aug. de ciuit. dei li. 5. ca. 26.

Paulus ad Theſſ. c. 5.

probate, Prophetiam indigere probatione exponit. Doctorum quidem, quemadmodum & doctrinarum quidam sunt probati, quidam verò probandi: illi nẽpe Ecclesiæ ordinarij ministri sunt, nam tales canonica electio cõmendat, atq; hoc testimonio ordinarij ecclesiæ ministri, ad ecclesiastica munia obeunda probati sunt. Illa etiã doctrina est probata, de qua vniuersa ecclesia consentit: nã cùm sancta catholica ecclesia nõ potest in fide errare, quod illa doctrina, de qua est cõmunis sensus, sit probata oportet. Doctores verò probãdi apostoli & euangelistæ extraordinarij sunt: doctrina etiam examinanda, sectæ variæ, & particulares sunt. Vnde non de ordinarijs ministris, nec de communi ecclesiæ sensu, sed de particularibus doctrinis, & de extraordinarijs ministris Paulus nimirum ait: omnia probate. Iustum esse scripturæ germanũ sensum, verba præcedentia apertè satis exponũt, cùm dixit: Prophetias nolite spernere, nam prophetare, id est, Deo reuelante populũ docere, non ad ordinarios, sed ad extraordinarios pertinet. Cùm igitur nostri seculi sectarij extraordinarium ministerium, sibi vẽdicent, secundum Pauli præceptum, num sint né veri, aut falsi ministri, probandi sunt. verùm istorum probatio longè seuerior, quàm illorum est: nam extraordinaria doctrina, ac extraordinarij ministri, non vulgare, sed rarum testimonium requirunt.

Extraordinarij ministri extraordinariam probationem requirunt.

Deus

Deus enim neminem sine sufficienti testimonio obligat ad credendum: nam credendi temeritas non solùm à Deo, sed ab hominibus probis damnatur. Scriptura enim ait: qui citò credit leuis est corde. Vnde omnibus ministris extraordinarijs datum fuit sufficiens testimonium, quo se esse à Deo missos, fidem facerent. Nam si extraordinariæ missioni huiusmodi testimonium non fuisset coniunctum, frustrà fuissent in ecclesia tales ministri: nam probi viri sine sufficienti testimonio non credunt: quod si absque illo credidissent, temerarij vtique fuissent, impij quoque sine iusto testimonio non credentes, incredulitatis iustam excusationem habuissent. Vnde ne pij temerè credant, nec impij legitimam excusationem habeant, quod ministri extraordinarij suæ missionis, & doctrinæ extraordinarium testimonium habeant, oportet, quod Christus testatur, Ioan. c. 15. *dicens: Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Atque sibi non defuisse extraordinarium testimonium exponit, dùm ait: si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Hæc profectò doctrina tam euidens est, vt testimonio non indigeat, vniuersa enim diuina scriptura apertè satis eam exponit. Nam quotquot à Deo extraordinariè ad populum docendum missi fuerunt, omnes extraordinarium, & sufficiens testimonium habuerunt. Moses quidem, cæteriquè prophetæ, qui prophetauerunt vsque ad Christi aduentum,*

Cap. 7.

castum testimonium ad diuina oracula confirmanda habuerunt. De Moyse quidem & successoribus eius aperte satis scriptura docet. Ioannes verò baptista illorum Prophetarum vltimus, etsi (vt scriptura exponit) nullum signum fecit, tamen illius conuersatio non minimum fuit testimonium: vitæ enim sanctitas magis quam miracula eum apud populum commendauit. Nam sine miraculis tantam valuit illius autoritas vt populus, illius conciones, & baptismum frequentaret. Christus etiam et eius apostoli, & discipuli sine extraordinario testimonio non prædicarunt: ad hoc enim varia dona, videlicet, sanitatum & linguarum gratia, & fuerunt illis data. Nullus denique extraordinarie missus non habuit diuinum testimonium, quia sine illo extraordinaria missio, & vocatio fuisset inefficax. Vnde quia omnes illi sufficiens habuerunt testimonium, ideo nullus Dei minister extraordinarius non fuit receptus ab Ecclesia. Ex istis aperte satis intelligi potest, quanta & in sectarijs insolentia, & in populo sectatore temeritatis fuit magnitudo. Nam Deus sectarijs, si à se fuissent missi, sicut cæteris extraordinarijs ministris iustum testimonium dedisset, quo ab Ecclesia recepti fuissent. Verùm illi pro recentibus Euangelistis se venditantes, suam vocationem esse falsam, testantur, quia nullum testimonium, quo suæ extraordinariæ vocationis fidem faciant, habent. Nec enim cœlũ, nec terra, nec miraculum, nec diuina scriptura, denique nec illorum conuersatio, cum nihil magis quam vulgaris sit, de illis testimonium perhibet.

bet. Siquidem omnes extraordinarij ministri munus Euangelizandi sibi vendicantes, quod etiam extraordinarium habeant testimonium, oportet. Si verò illud non habent, necesse est, quod cedant prædicandi muneri, quia illos non fuisse à Deo vocatos, cum nullum habeant testimonium, euidens est. Similiter populus sectarijs tanquam extraordinarijs ministris fidem habens, temerarius est: quia etsi Dei ministri non sint spernendi, tamen prius sunt probandi, quam recipiantur. Nec sectarij de Ecclesia iustè conqueri possunt, quod ab illis extraordinarium testimonium requirat: nam cum illi careant canonica vocatione, quæ ordinaria est probatio, merito Ecclesia ab illis testimonium speciale exigit. Nam nullus à Deo missus sine huiusmodi testimonio à Catholica Ecclesia fuit receptus, & quotquot illud habuerunt, ab Ecclesia recepti fuerunt: nam etsi impij reges Iudeæ, & Israël Prophetas persequuti fuerunt, tamen Dei synagoga illos tanquam Dei prophetas recipit. Herodes enim Ioannem baptistam occidit, tamen omnis populus recepit eum tanquam Prophetam, temporibus etiam regum Iudeæ, & Israel Prophetæ non à fidelium, sed ab Idololatrarũ conuentibus exclusi fuerunt. Esaias quidem in Iudæa, & Elias in Israel extra fidelium synagogam non fuerunt, nec illi propter impiorum quorundam regum persecutionem exierunt à Dei synagoga, nec seorsum conuentus varios, sicut Lutherus & Caluinus, & cæteri sectarij in varijs Germaniæ prouincijs constituerunt. Illi quidem cum à Deo fuissent missi, nullum schisma in Dei Ec-

clesia fecerunt: isti verò, vt probarent, se non fuisse missos à Deo, à Dei ecclesia exeuntes vnusquisque seorsum conuentum fecit. Dei denique ministri extraordinarij tam euidentibus testimonijs suæ vocationis fidem fecerunt, quod non solum apud pios, sed etiam apud impios celebritatem obtinuerunt, quod diuina scriptura testatur, dùm inquit: Dixitq; Iosaphat ad regem Israel: quare, oro te, hodie sermonem domini. Congregauit ergo rex Israel prophetas, quadringentos circiter viros. Et infrà: Dixit autem Iosaphat: non est hic propheta Domini quispiam, vt interrogemus per eum? Et ait rex Israel ad Iosaphat. Remansit vir vnus, per quem possumus interrogare Dominũ: sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum. Michaas igitur propheta, inter quadringentos falsos prophetas pro Dei propheta celebratur. Quid quod ille habuit testimonium, quo ab ecclesia pro Dei propheta recipiebatur, et à falsis prophetis discernebatur. At illi quadringenti prophetæ apud Iosaphat nullam auctoritatem obtinebant, quia à Dei Ecclesia erant diuisi, & scisma, & illorum varia doctrina, illos non esse Dei prophetas apertè satis probat. Haud nimirum dissimiles sunt præsentis huius seculi sectarij, nam illorum scismata, & dogmatum controuersiæ, quibus Germanica ecclesia laborat, illos falsos esse prophetas, luce clariùs testantur.

3. Reg. ca. 22.

Ministri

Ministri etiam extraordinarij, ordinaria vocatione indigent.

Ministri quidem extraordinarij non solum diuino, sed humano indigent testimonio, vt Euangelica historia in beato Paulo ad munus Apostolicum vocato exponit dicens. Paulus Apostolus non ab hominibus, neq; per hominem sed per Iesum Christum. Et infra: Notum enim vobis facio fratres Euangelium, quod Euangelizatum est à me, quia non est secundũ hominem, neq; enim ab homine accepi, illud, neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi, &c. Duo equidem Paulus extraordinariæ, id est, non Eccesiæ ministerio se accepisse asserit. Vnum fuit mysteriorum notitia, in quo Paulus non differt à cæteris Apostolis, nam etiam illi iuxta Christi promissionem à Spiritusancto docti fuêre, quia Christi prædicatione exactã mysteriorum notitiam non potuerunt accipere, quod Christus exposuit dicens: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Cùm autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Alterum verò quod extraordinarie accepit, prædicandi est munus, quod etsi omnes illud à Deo acceperint, tamẽ Paulus extraordinarie accepit, atq; non solum Paulus extraordinarie vocatus est, ad Apostolatum, sed etiam non est dubitandum, illum extraordinarie iustificatum fuisse in raptu, quod Ecclesia illius conuersionem colens, testatur, & scriptura non tacuit, dũ ait. Subito circũfulsit eũ lux de cœlo, & cadens in terram, audiuit vocẽ dicentẽ sibi, Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit: quis es domine?

Cap. 8. Ad Gal. 1.

Ioan. c. 16.

Actor. 9. c.

Et

Et ille, ego sum Iesus, quem tu persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitare. Et tremens ac stupens dixit, domine, quid me vis facere, &c. Illa nempe mira conuersio, qua Paulus ex infestissimo Ecclesiæ persequutore Christi obsequentissimus seruus, & Ecclesiæ fidelissimus minister factus est: atque ille etiam raptus, in quo tanquam amico Deus illi reuelauit ineffabilia arcana, illum fuisse iustificatum præ se ferunt. Verum post illam extraordinariam, & mi-

Actor. 9. c. *raculosam iustificationem Paulus ordinarie iustificatur, quod diuina scriptura exponit, dicens. Et abijt Ananias, & introiuit in domum, & imponens ei manus, dixit. Saule frater, dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videas, & implearis Spiritusancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit, & surgens baptizatus est, &c. Paulus denique postquam à Spiritusancto fuit spiritualiter baptizatus, ab Ecclesiæ ministro non temere, sed consulto, ac ex Dei mandato ordinarie baptizatur. Baptismus enim non solum peccatoribus, sed iustificatis tum ad salutem, tum vt Ecclesiæ societati copulentur, est necessarius: sicut enim corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem oportet, ita interne iustificatis necessaria est externa iustificatio, id est, baptismus, ad salutem. Si quis enim prætextu internæ iustificationis præteriret baptismum, huiusmodi, tantum abest, vt sit Christianus, vt potius sit incredulus & paganus, baptismus nanque in iustificatis est efficax, nam ordinaria iustificatio tam est à Deo quam extraordi-*

na-

naria: & illa peccator, iustus: & iustificatus, iustior fit. Vnde Paulus iustificatione interna donatus non solum non contempsit externam & ordinariam, sed quanto maioribus, & pluribus spiritualibus donis pollebat, tanto maiori affectu Ecclesiastico ordinario ministerio se subdidit. Paulo etiam vltra iustificationis donum, iniunctum fuit munus docendi Euangelium: ex quibus duabus rebus, prima ad priuatam, altera ad publicam rem pertinet, atq; vtraque illi extra ordinarie est concessa. Verùm sicut illud priuatum donum, vt sit salutare, cum Ecclesiæ sacramento coniungatur, oportet: ita, imo multo magis illud publicũ munus docẽdi inefficax, aut potius perniciosum est, sine Ecclesiastica ordinaria vocatione. Quare extraordinarie vocato ad Apostolatũ, quod per Ecclesiã ordinarie illi iniungatur prædicandi officiũ, oportet, ꝙ expresse satis Dei verbũ exponit dũ ait: Ministrantibus aũt illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis Spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabã in opus, ad quod assumpsi eos, Tunc ieiunantes & orantes, imponentésque eis manus, dimiserunt illos, &c. Paulus igitur, quem Deus in Apostolum elegerat, ab Ecclesiæ ordinarijs ministris non temere, sed consulto, ac ex Dei mandato per manus impositionem in Apostolum creatur. Quid quod si Paulus ab Ecclesia per ordinarios ministros non fuisset in Apostolum ordinatus, pro Dei Apostolo nunquam fuisset habitus. Nam quemadmodum Ecclesia nullum, quantumcunque ille dicat se à Deo fuisse iustificatum, in suam societatem, nisi baptizatum, recipit, ita nul-

Acto. 13.c.

asse-

lam recentem Euangelistam quantumcunque ille asserat, se fuisse à Deo missum, nisi ordinarie vocatum ad prædicandi officium admittit, maxime cum nullus missus à Deo, Ecclesiæ ordinario ministerio non se subdiderit: imo omnes quotquot à Deo missi fuerunt, Ecclesiæ ordinario ministerio tanquam Dei dono honorati sunt. Nam Ecclesiæ canonica vocatio Dei est ordinatio, & diuinas promissiones continet. Vnde vti iustificatus sit iustior per baptismum,
1.Cor.c.15 *ita Dei minister extraordinarius per Ecclesiæ ordinariam vocationem sit officiosior. Quare beatus Paulus, quia extraordinarie à Deo missus, & ordinarie vocatus, in Ecclesia fuit officiosissimus, quod scriptura aperte satis exponit dicens. Abundantius illis omnibus laboraui, non ego autem, sed gratia Dei mecũ. Paulus quidem extraordinariæ, & ordinarie vocatus maiori gratia quam alij ministri ad Dei verbum prædicandum fuit donatus. At nostri seculi sectarij ordinariam & legitimam vocationem contemnentes, & extraordinariam simulantes in Dei Ecclesia perniciosissimi sunt. In primitiua namq; Ecclesia, vt paucissimi extraordinarij ministri, seu potius vnicus, videlicet Paulus fuit, ita Ecclesia summe promota fuit in fide. At in præsenti infœlicissimo sæculo quo plures extraordinarij concionatores, eo plura circa religionem dissidia sunt. Quid quod Paulus ille vas electionis extraordinarium prædicandi munus à Deo sibi iniunctum, iuxta Dei mandatum ordinariæ vocationi astringit: sectarij verò, quia non*

sunt à Deo vocati, ab ordinario ministerio prædicandi munus liberum esse volunt. Vnde hæreses indies magis augentur, quod Philippus exponit, dicens. Non dißimulari potest, motis rebus magnam varietatem opinionum exortam esse, & concedat ἀναρχία licentiam malis ingenijs fingendi monstrosa dogmata, &c. Quare ad tollenda schismata, & ad dogmatum dißidia sedanda quod nullus nisi à Catholica Ecclesia ordinarie vocatus, concionetur oportet. Ab hac sententia Augustana Confeßio non dissentit, dum ait. De ordine Ecclesiastico docet, quod nemo debeat in Ecclesia publicè docere, aut sacramenta ministrare, nisi ritè vocatus. Confeßionistæ quidem circa hunc articulum, etsi non in iure, tamen in facto errant: veluti accipiens rem alienam existimans esse suam, ille quidem, non eße furandum, exactè scit, sed illam rem esse alienam ignorauit. Ita sectarij non ignorant, quod verbi Dei ministri ritè sint vocandi, sed ignorant, seu potius errant, existimantes, quod penes suos sit potestas eligendi verbi Dei concionatores. Nam cum in Germania tres sint præcipuæ sectæ contrariæ, & vnaquæque non penes aliarum sectarum Ecclesias, sed penes suam huiusmodi potestatem esse existimet: profectò omnes illi decipiuntur. Nam non penes varias sectariorum Ecclesias, sed penes vnam sectam Catholicam, ac Apostolicam Ecclesiam est talis potestas. Vnde qui ad prædicandi officium ritè vocari desiderat, illum non à sectariorum

Philip. in præf.

August. Confes. art. 14.

Eccle-

Ecclesijs, sed ab vna Ecclesia, quæ ãte Lutheri infœlicißimam prædicationem, & vsq; in consummationẽ mundi perseuerat, ordinariè vocari oportet. Nã expedit, quo vocatio sit legitima, vt ab antiquiore ecclesia fiat, Pauli enim ordinaria vocatio istam sententiam apertè satis asseruit, quia ille non à suis discipulis, videlicet, Thimotheo, nec Tito, sed ab Anania fuit baptizatus. Is quidẽ religione christiana antiquior fuit Paulo. Similiter Paulus nõ à Corinthia, nec Ephesina, nec alia quàm ipse fundauerat ecclesia, sed ab Antiochena, quæ non à Paulo, sed ab ordinarijs ecclesiæ ministris fuerat fundata, ad apostolatũ vocatus fuit. Sectarij igitur nõ ab antiqua, sed à recẽti ecclesia, seu potiùs à cõuentibus, quos ipsi cõgregarũt, vocati, etsi huiusmodi honorẽ sibi aßumpserint, non rectè vocati dicuntur ad Euangelium prædicandũ.

Clemens, pontifex recog. tit. 1.4.

Quare (vt beatus Petrus ad clementem ait) obseruate cautius, vt nulli doctorum credatis, nisi qui Iacobi fratris Domini ex Hierusalem detulerit testimoniũ, vel eius quicunque post ipsum fuerit. Nisi enim quis illuc ascenderit, & ibi fuerit probatus, quod sit doctor idoneus, & fidelis ad prædicandum Christi verbum: nisi, inquam, inde detulerit testimonium, recipiendus omninò non est, sed neque propheta, neq; apostolus in hoc tempore speretur à nobis aliquis alius præter nos.

Extra-

Extraordinarij miniſtri euangelium quod prædicant cum Catholica eccleſia conferant oportet

Caput 9.

Apoſtolus etiam Paulus cùm ad euangeli zandi munus non fuiſſet publicè, vti cæteri apoſtoli, vocatus, nec à Chriſto ſimul cum alijs euangeliũ didiciſſet, vt illius vocationi, & prædicationi iuſta ab eccleſia deferretur auctoritas, Euangelium, quod per reuelationem didicerat, cùm eccleſiæ (quod certè nullus apoſtolus fecit) contulit primoribus: quod ipſemet narrat, dicens: Deinde poſt annos quatuordecim iterum aſcẽdi Ieroſolymam cum Barnaba, aſſumpto & Tito. Aſcendi autẽ ſecundum reuelationem, & contuli cum illis euangelium, quod prædico in gentibus, ſeorſum autem pijs, qui videbantur aliquid eſſe, ne fortè in vacuum currerem, aut cucuriſſem. Quo quidem loco illa nempe verba ſecundum reuelationem non minus, quàm ſi ſecundum Dei ſpeciale præceptum dixiſſet, ſignificant. Sicut enim euangelium, quod Paulus prædicabat, non erat ſecundum hominem: ita euangelij cum ordinarijs eccleſiæ miniſtris collatio non fuit humana, ſed ex dei reuelatione inſtituta. Atque id nimirum factum fuit, quia de Pauli vocatione nonnulli ambigebant, de illius verò anteceſſoribus nullus dubitabat. Quid quod à Chriſto ille priuatim, iſti verò publicè ad munus prædicandi fuerunt vocati. Accedit ad hoc, quòd Paulus manifeſtarius eccleſiæ proſequutor fuerat: vnde ille ab aliquibus eccleſijs perſecutoris appellatione

Ad Gal. capi. 2.

Ad Ga. 1. c.

one potius, quàm apostoli (vt ipse testatur) fuit notus. Eram autem, inquit, ignotus facie ecclesijs Iudææ, quæ erant in Christo, tantum autem auditum habebant, quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem quam aliquando expugnabat, & in me clarificabant Deum. Nã pauci quoq; (cùm Paulus euangeliũ priuatè didicisset) illũ nõ concorditer cum cæteris apostolis prædicare existimabant. De cæteris verò apostolis omnes persuasi erant, quod pari consensu Christi euangelium prædicarent: nam omnes illos fidem concorditer tenere, illorũ prædicatio testabatur, atq; ex eo etiam manifestum fuit, quia omnes simul à Christo non priuatè, sed publicè veluti in communi schola euangelium didicerunt. Ad humanarum quidem disciplinarum communem sensum discendum in publica schola audire præceptores præstat. Quod Fabius eruditè satis exponit, dum ait: Mitto amicitias, quæ ad senectutem vsq; firmissimè durant, religiosa quadam necessitudine imbutæ. Neq; enim et sanctius sacris ijsdem, quàm studijs initiari. Sensum enim qui cõmunis dicitur vbi discet, cùm se à congressu qui non hominibus solùm, sed mutis quoq; animalibus naturalis est, segregarit? Quod si publica schola ad humanas disciplinas discendas expedit, multò magis ad cõmunem sensum in religione tenendum, quod fidei doctrina à cũctis fidelibus publicè discatur, est necessarium: quia religionis fundamentum est vna concors fides. Deniq; Spiritussanctus non quod Paulus dubitaret, an inuanum cucurisset, sed ne alij de illo dubitarent, atq; vt Pauli prædicatio

Quint. l. 1. cap. 2.

in dei ecclesia iustã obtineret auctoritatẽ, per reuela tionẽ præcepit Paulo, vt euangelium quod didicerat in raptu, & gentibus prædicabat, cum ecclesiæ primoribus conferret. Hunc sacræ scripturæ germanũ sensum sacri doctores frequenter exponũt. Hieronymus. Totũ autem, inquit, quod ait, illud est, vt doceat, se nunquã de persecutore apud eos ipsos, quos prius persecutus fuerat, potuisse existere gloriosum, nisi prædicatio eius eorũ quoq;, qui ante eũ malè nouerat esset iudicio cõprobata. Infrà etiam causas, propter quas Paulus euangelium contulit, exponit, dicens: Duplicẽ ob causam, quo & humilitas ostenderetur Pauli, qui doctor in toto orbe iam gentiũ ad præcessores apostolos cucurrisset, & Galatæ discerent, non reprobasse euangeliũ eius: eos quoq; qui in Iudæa ecclesijs præsidebant. Quod verò Paulus euangeliũ, quod prædicabat, ecclesiæ auctoritate cõfirmauerit, scriptura testatur, dùm ait: Paulus apostolus non ab hominibus, neq; per hominẽ, sed per Iesum Christũ, & deum patrem, qui suscitat eum à mortuis, et qui mecũ sunt, omnes fratres ecclesijs Galatiæ, &c. Chrysostomus enim cũ Theophylacto illa verba, et qui mecũ sunt fratres, exponens, ait: Quam tandẽ ob causam nequaquã hoc addit in cæteris epistolis? Ad istam quæstionem respondens infrà ait: Traduxerant Paulum hoc nomine, quod solus hæc prædicaret, nouáq; dogmatũ ratio nẽ inueheret. Hãc igitur illorũ suspicionẽ cupiens eximere, simulq; declarare, quod multos haberet eiusdẽ sententiæ, adiungit sibi fratres, significans, se ex illorum sententia scribere, quæ scribit Ecclesiis Galatiæ.

Hieron. ad Gal. 1. c.

Ad Ga. 2. e.

Ad Ga. 1. c.

Chryso. & Theoph.

Eandem sententiam Paulus confirmat, dum apostolorum auctoritate Euangelium quod prædicabat, astruit. Et contuli, inquit, cum illis euangelium, quod prædico in gentibus, seorsum autem ijs, qui videbantur aliquid esse, &c. Quò enim ista narratio spectat, nisi ad suam prædicationem astruendam? quod Chrysostomus manifestè satis exponit, dicens: Et nunc nō ipsi fuit opus discere, an inuanum cucurisset, sed vt ijs, qui ipsum accusabant, ad plenum persuaderetur. Quoniam enim magnificentiorem de Petro & Ioanne opinionem haberent, putarentq́ apostolos inter se dissidere: propterea, quod hic prædicaret euangelium absque circuncisione, illi contrà permitterent eā, atque hinc existimabant, Paulum aduersum legem agere, & inuanum currere. Ideo ascendi, inquit, & contuli cum illis euangeliū, non vt ipse quicq̃ discerē, quod ipsum post apertiùs dicit, sed vt docerem eos, qui hæc suspicantur, me non incassum currere. Et infrà: Cæterùm vbi citandum est testimonium, trium pariter facit mentionē, idq́ non sine laudis elogio. Cephas, inquit, Iacobus & Ioannes, qui videbātur esse columnæ. Nec rursus, dicit, videbantur, quod tolleret rei veritatem, sed aliorum quoque assumit sententiam, dicens: Qui magni sunt, & eximij, quósq́ omnes vbique celebrant, huiusmodi testes sunt eorum, quæ dico, quod eadem placent & Christo, quodq́ hæc ex ipsis rebus cognouerunt, ipsaq́ rerum experientia commoti sunt, vt crederent. Ideoq́ & dextras mihi dedêre, non mihi tantùm, sed & Barnabæ. Tantum ille. Paulus quidem etsi ex euangelij cum apostolis

Ad Gala. cap. 2 c.

apostolis collatione non euasit eruditior, tamen illius prædicatio maiorem obtinuit auctoritatem, quod ille testatur, dicens: Mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt, &c. Ille nimirum cum apostolis vti amicis euangelium quod prædicabat, cõmunicauit, aut approbandum, aut improbandum, illi verò ex huiusmodi pia collatione, Paulũ idipsum euangelium quod ipsemet pdicabat, gentibus annunciare, luce clariùs conspexerunt, vt scriptura exponit, dicens: Sed econtrà cùm vidissent, quod creditum est mihi Euangelium præputij, sicut Petro circuncisionis. Cùm fuisset igitur exploratum, quod Paulus pari consensu cum cæteris apostolis Christi Euangelium prædicaret, ecclesiæ primores illum in suam societatem recipientes, eius prædicationem approbarunt: quod scriptura expressè satis exponit, cùm ait: Et cùm cognouisset gratiam, quæ data est mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, & Barnabæ societatis vt in nos in gentes, ipsi autem in circuncisionem, &c. Paulus igitur ad astruendam suam doctrinam suorum antecessorum (qui tunc ordinariè præerant in ecclesia, penes quos ecclesiæ consensus erat) auctoritatem allegauit. Quam profectò in medium non adduxisset, si suorum antecessorum consensus ad suam prædicationem confirmandam non fuisset necessarius. Paulus denique extraordinariè iustificatus per baptismum, ministerio ecclesiæ fit iustior, & de cælo ad apostolatum vocatus, ordinariè ad prædicandum electus, in ecclesia est officiosissimus. Pau-

Ad Ga. 2. c

Ad Ga. 2. c.

liq́; prædicatio à deo reuelata ecclesiæ consensu aucto Aug cont. Faust. lib. 28 cap. 4. *ritatem obtinuit, vt beatus Augustinus sapientißimè exponit, dicens: Cùm ipse apostolus Paulus post ascensionem domini de cælo vocatus, si nō inueniret in carne apostolos, quibus communicando, & cum quibus conferendo euangelium, eiusdem societatis esse appareret, ecclesia illi omninò non crederet? Sed cùm cognouisset eum hoc annunciantem, quod etiam illi annunciabant, & in eorum communione, atq; vnitate viuentē, accedentibus etiam per eum talibus signis, qualia & illi operabantur: ita eum domino commendante, meruit auctoritatem, vt verba illius hodie sic audiantur in ecclesia, tanquam in illo Christus, sicut ille verißimè dixit, locutus audiatur. Tantum ille.*

Quod si præsentis sæculi sectarij Paulum in dogmatū collatione imitati fuisset, proh Deū, nunquam tot religionis dißidia orta fuissent. Verùm inter Paulū & sectarios hoc interest, quod Paulus, cæteriq́; Dei extraordinarij ministri ecclesiæ se subdiderūt, & doctrinam, quam per reuelationem didicerant, cū ecclesia contulerunt, & ab ecclesia nunquam exierunt, neq; seorsum fecerunt conuentus: quæ nimirū Dei prophetarum apostolorum euangelistarum sunt verißima notæ. At Lutherus, cæteriq́; sectarij, vti illorum antecessores, pseudoprophetæ hæreticiq́; ecclesiæ, eiusq; ministris rebellarunt, sua dogmata ita custodierūt, nunquamq́; cum ecclesia contulerunt, imò ab ecclesia exierunt, seorsumq́; conuētus fecerunt: quæ profectò Antichristi, & illius prophetarū, apostolorū ac euangelistarū sunt euidentißima notæ. Verùm si secta-

rij

rijs sua dogmata cum ecclesia conferre, præter digni tatem fore existimant, saltem vt illa secũ conferrent, expediret. Quod si illi suas varias, & cõtrarias sectas conferrent, tantum abest, vt ex huiusmodi collatione concordia (vti ex Pauli & apostolorũ collatione) orir etur, vt potius magna sectarum confusio (vti lingua rũ olim in Babilonica turris ædificatione orta fuit) sequatur. Quia cũ apud sectarios non sit vna obediẽ tia, nunquã inter illos religionis cõcordia sit oportet.

Apostolorum symbolum definitam Dei ecclesiam proponit credendam.

Cap. 10.

A*Postoli Domini nostri Iesu Christi fidei præcipuos articulos in quandam summam redigentes, symbolum, in quo conuenirent, et quo à non credentibus discernerentur, vniuersali ecclesiæ tradiderunt, atq; in illo hunc articulum: Sanctã ecclesiam catholicam, & meritò quidem. Nam si omnes sub christi militãtes nomine, huius articuli rectã fidẽ habuissent, nec hæreses, nec scismata in Christi ecclesia fuissẽt, quia illa, vt Paulus ait, est colũna, et firmamentum veritatis. Quare hæretici, itẽ scismatici* Ad Titũ 3. *ad hæreses et simultates astruendas, se credere sanctã ecclesiã, eiusq; mẽbra esse, falsò affirmãt, quia si huius articuli germanus sensus perpẽdatur, tãtũ abest, vt illi credãt Sãctã ecclesiã catholicã, vt potius corde, ore, et factis illã negãtes, hostiliter psequãtur. Hoc q̃dẽ in præsenti sæculo à sectarijs factitari experimur:*

omnes enim se credere veram Dei ecclesiam aiunt,
Aug.conf. artic. 7. *quod Augustana confeßio clarè manifestat, dùm inquit: Itē docent (scilicet confeßionistæ) quod vna sancta Ecclesia perpetuò mãsura sit. Caluinus quoq; ait:*
Calu. ca. 8. P. 1. *Ecclesia primò loco nobis credenda proponitur. Et infrà: Statuendum tamen est, nullum fuiße in orbe terrarum tempus, quo ecclesiam suam dominus non habuerit, nullum etiam fore ad consumationem vsq; seculi, quo non sit habiturus, &c. Denique isti omnes sicut Donatistæ se ecclesiam Dei credere, ac eam non*
Auguſt. epist. 152. *oppugnare, asserunt. Quod Augustinus de illis loquens, expreßè exponit, dùm ait: Confeßi sunt enim contra ecclesiam catholicam, quæ toto terrarum orbe diffunditur, nihil se habere, quod dicerent, quia diuinis sanctarum scripturarum testimonijs oppreßi sunt, quibus ecclesia designatur. Cum Donatistis in*
Caluin. in præfat. *hoc articulo consentit Caluinus, cùm ait: Vixit sanè Christi ecclesia, & viuet, quamdiu Christus regnabit. Et infrà: Aduersus eam nulla nunc nobis pugna est, &c. Sed sectarij, & scismatici non aliter circa ecclesiam, quæ est Christi corpus, quàm Iudæi circa ecclesiæ caput, videlicet Christum, aberrant, quia Iudæi beatæ Mariæ virginis filium crucifixum sub Pontio Pilato, esse verum Christum negant, atque eum persequendo arbitrabantur se obsequium præstare Deo. Sectarij verò ecclesiam, quæ à Christi redemptoris nostri ad cœlos assensione per Episcoporum legitimam succeßionem vsque ad præsens seculum perseuerauit, & vsque in diem iudicij durabit, veram Dei ecclesiam esse non credunt. Vnde persequentes eam existi-*

existimant se Deum colere. De vtrisq; tamen procul dubio cum Paulo dicere possumus: AEmulationem quidem dei habent, sed non secundum scientiã. Isti enim duo fidei articuli, Credo in Iesum Christum filium Dei, & Credo sanctam ecclesiam catholicam, non indefinitè, sed definitè in diuina scriptura, & in apostolorum symbolo traduntur. Vnde post apostolorum prædicationem non sufficit, credere in Christum redemptorem indefinitè, sed necesse est, credere in Christum, quem Euangelium, & apostolorum prædicatio definitè exponit. Neq; etiam est satis, credere ecclesiam indefinitè, sed necesse est credere, quod ecclesia, quam Lutherus in terrarum orbe inuenit, definitè est Dei ecclesia, quam Christus fundauit, quã etiam apostoli, & eorum successores vsq; ad præsens seculum docuerunt. Quam si sectarij credidissent, nõ contra doctrinam euangelicam varias ecclesias constituissent. Quia quemadmodum vni capiti, varia corpora habere, repugnat, ita vni et vero Christo, qui est ecclesiæ caput, non varias, sed vnam & definitam ecclesiam, quæ est corpus eius, constituamus oportet. Augustinus enim istam exponens sententiam: quis autem, inquit, possit singulas quasi hæreses enumerare gentium singularum? si autem Christi ecclesia canonicarum scripturarum diuinis & certissimis testimonijs in omnibus gentibus designata est, quicquid attulerint, & vndecunq; recitauerint, q dicunt, ecce hic Christus, ecce illic: audiamus potius, si oues eius sumus, vocem pastoris nostri dicentis: Nolite credere. Illæ quippe singulæ in multis gentibus, vbi ista est, non

Ad Roma. cap. 1.

Aug. de Eccle. vnit. ca. 3.

inueniuntur: hæc autē quæ vbiq; est, etiam vbi illæ sunt, inuenitur. Et infrà: Quicunq; credunt quidem, quod Christus Iesus ita vt dictū est, in carne venerit, & in eadem carne, in qua natus et passus est, resurrexerit, et ipse sit filius Dei, deus apud deum, & cum patre vnū, & vnum incommutabile verbum patris, per quod sunt facta omnia: sed tamē ab eius corpore quod est ecclesia, ita dissentiunt, vt eorum cōmunio, nō sit cum toto quacunq; diffunditur, sed in aliqua parte separata inueniatur, manifestum est eos non esse in catholica ecclesia. Atq; nostri seculi sectarijs quàm verissimè hæc Augustini sententia conueniat, pijs viris æstimandum relinquo. Nam Sacramentaria, Cōfessionista, etiam Anabaptista ecclesia nec in Italia, nec in Hispania, vbi catholica est ecclesia, inueniuntur. Catholica verò ecclesia, vt in Germania vbi illæ sunt, inuenitur, quia adhuc illic Deus plures ecclesias, mēbra catholicæ ecclesiæ, sibi reliquit, quæ non sunt à sectarijs seductæ. Ecclesia igitur quam symbolum definitè credendam proponit, vniuersalis est ecclesia.

Caput II. Ecclesia ex qua Lutherus cum suis sectatoribus exiuit est catholica.

SEctarij quidē deficientes à catholica ecclesia, dum suas hæreses astruere student, non minimū de illa testimoniū perhibent. Nam cùm vnā catholicam ecclesiam ad consummationem vsq; seculi permansurā profiteantur, illā ante Lutherū fuisse, et eadem eo viuente, ac post eius prædicationē permansisse, cum catholicis cōcedant, oportet. Vnde ecclesiā, in qua Lutherus baptizatus est, catholicā fuisse dubitandū, nō est.

Quia

Quia illa tūc temporis eandē fidē in vinculo pacis cū alijs ecclesijs tenebat. Paulus. Vos autem, inquit, estis corpus Christi, et mēbra de membro. Vnaquaeq; enim ecclesia vbi lubet sit, si cū alijs vnā fidem in pacis vinculo tenet, catholica est. sed animaduertēdū est, quod quemadmodū particularis ecclesia, non quia sit vniuersa ecclesia, sed quod membrū sit catholicae ecclesiae, catholica appellatur ecclesia. Similiter quicunq; fidelis eandē fidem in vinculo pacis cū ecclesia vniuersali tenēs, catholicus est, quia catholicae ecclesiae est membrū. Nā diuina scriptura plures ecclesias exponit. Ioānes enim in Apocalypsi ad septē, Paulus quoq; ad octo ecclesias scripsit, et illae nō variae, sed vna sunt, quia cum caeteris vnā fidem in vinculo pacis tenentes, vnā catholicam sanctam ecclesiā constituunt. Illae nanq; particulares ecclesiae tanquā inuicē membra vnius corporis Christi se gerebant: atq; hoc etiam modo ecclesiae, quas Lutherus suo tempore inuenit in orbe terrarum, vnam fidem in vinculo pacis tenentes, tanquā inuicē mēbra vnius corporis Christi se habebāt, atq; vnam catholicā sanctā ecclesiā constituebant. De huiusmodi ecclesia symbolū ait: Credo sanctam catholicam ecclesiam. Quod si sectarij ecclesiam vniuersalem, quam Lutherus adinuenit, et cōplectentem ecclesias speciales, vnitas in vinculo pacis non fuisse Dei ecclesiam asseruerint, certè cùm in toto terrarū orbe alia Dei ecclesia praeter illam catholicam non fuisset, Dei ecclesiā desiuisse, & ad saeculi consummationem vsq; non permansuram concedant, oportet. Sed hoc quidē esse impoßibile, & haereticū, manifestū est. 1. ad Cor. 12.

Vnde

Vnde visibilem vniuersalem Ecclesiam, cuius membrum fuit specialis Ecclesia, in qua Lutherus est baptizatus, esse vnam sanctam Catholicam Ecclesiam iuxta Dei verbum, credendum est. Augu. lib. de vnit. Eccle. cap. 9. *Beatus Augustinus clare hoc exponit, dum ait. Sed ecce dicant, nunquid est obscure dictum, aut ænigmatis velamento adumbratum est, quod ipse Christus dixit: Quia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus à Hierusalem. Et infrà: Teneamus ergo Ecclesiam ex ore domini designatam, vnde captura, & quocunque peruentura esset: captura, scilicet ab Hierusalem, & peruentura in omnes gentes. Hæc Augustinus. Ab ista igitur Catholica Ecclesia Lutherus sicut antiqui hæretici exiuit, de quibus Beatus Ioannes, Ex vobis, inquit, exierunt, sed nõ erant ex nobis.*

Caput 12.

Dei Ecclesia in præsenti vita aut est visibilis aut nulla.

Caluin. in præfat. S*Ectariorum quilibet suam quidem Ecclesiam, Caluinus verò quandam inuisibilem commentatus, aduersus Catholicam Ecclesiam apponit, dum inquit: Sed non parum à verò ipsi aberrant, dum Ecclesiam non cognoscunt, nisi quam præsenti oculo cernant. Quam etiam sententiam paulò inferius confirmat, dicens. Nos contrà asserimus, & Ecclesiam nulla apparente forma constare posse.* Calu. ca. 8. Par. 3. *In alio quoque loco ait. Cæterùm ad amplexandam eo modo Eccle-*

Ecclesiæ vnitatem, nihil opus est Ecclesiam oculis cernere, neque ideo deterior est fides nostra, quòd incocognitam apprehendit. Cum quibus pugnant, quæ alibi reprahendēs scholasticos Theologos, quia ponunt fidem implicitam, dixit: Sed quorsum adducam? hic sui immemor, quod in aliis damnat, ipsemet profitetur, videlicet, quod non in cognitione, sed in ignoratione fides huius articuli, Credo sanctam Ecclesiam, consistit. Si enim fides illius non est deterior, dum incognitam Ecclesiam apprehendit, quare igitur Caluinus damnat indoctæ plebis fidem implicitam? Non enim qui fidem implicitam habet omnino ignorat, sed qualē qualē cognitionem habet. Nec arbitror Caluinum sic desipuisse, quod asserat, Ecclesiam omnino incognitam credi ab aliquo, sed opinor eum affirmare, quòd ad credendā Ecclesiam non sit opus, cognoscere eam in speciali, sed quod satis sit, indefinite, sicut credimus diem iudicij, de quo Christus ait: De die illo nemo sçit, id est, definite dies iudicij ignoratur ab hominibus, sed indefinite credimus, quod aliquando dies iudicij futurus sit. Atque illius diei ignoratio definita, non tollit, quin cū cognitione indefinita habeatur fides istius articuli: dies iudicij erit. Sic Caluinus dogmatizat de hoc articulo: Credo sanctam Ecclesiam. Videlicet, quod indefinite credendum est, in terris aliquam esse veram Dei Ecclesiam, quæ verò sit illa definite, nos latere respondet. Sed hanc Caluini de Ecclesia inuisibili aut incognita sententiam, esse hæreticam, manifestum est: nam cum ex-

expresso Dei verbo pugnat, ac Dei Ecclesiam omnino destruit. Quia Dei Ecclesia in vnoquoque seculo aut consideratur, prout secundum diuinam prædestinationem ex hominibus congreganda, aut congregata est. Atque hos vnius Ecclesiæ varios considerandi modos, diuina exponit scriptura, dum inquit. Et alias
Ioan. 10. *oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Itẽ. Quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnũ, per oues quidem intra ouile ecclesia congregata: per oues vero extra ouile, & per filios dispersos, congreganda significatur. Atq; hanc per aliquod tempus non apparuisse,*
Esai. 54. *Esaias exponit: Lauda sterilis, quæ non paris, decanta laudem & hinni, quæ non pariebas: quoniã multi filij desertæ magis, quàm eius, quæ habebat virum, dicit dominus. Hunc locũ beatus Augustinus exponens, ait: Per multos etiã annos ecclesia, quæ futura erat, in omnibus gentibus in filijs suis, hoc est, in sanctis suis non apparuit, nondum Christo annunciato per euangelistas eius, quibus non est annunciatus per prophetas. Tantùm ille. Verùm non de ecclesia congregãda, sed de congregata per Patriarcharũ, Prophetarũ & Apostolorum prædicationem, est controuersia. Ecclesia enim congregata post Adæ lapsum, aut consideratur ante legem Moysi, aut post legem ante euangelij prædicationem, aut post euangelij prædicationẽ, vsq; in diem iudicij. In primo quidem tempore velut in cunabulis, in altero verò, vti in pueritia fuit. In tertio*

Aug. de cõ sen. Euan. cap. 31.

tio autē quasi in adolescentia est, cui iuuentus in sempiterna gloria, vbi nunquã senescet, succedit. Et quanquam illustrior in sequenti, quàm in praecedenti aetate Eclesia fuisset, tamen in nulla illarum Dei Ecclesia, nulla apparente forma constitit, nec constare potuit. Nam illa semper religionis & fidei symbolum, quo Christi membra in vnam coibant societatem, & quo à Sathanae Ecclesiae discernebantur, seruauit. Quanquam propter statuum, & sacramentorum varietatem Ecclesia triumphans quodammodo in militante, & Euangelica in Prophetica, & synagoga in Patriarcharum Ecclesia quasi occulta fuit. Ecclesia enim Dei non tam illustris ante legem, quam post legem: nec tam ante Euangelium, quam post, apparuit: Tamen Dei Ecclesia quocunque tempore in forma debita, siue in paucis, siue in multis semper apparuit, & non solum illis qui intra, sed etiam illis qui extra illam fuerunt, maximè legis & Enãgelij temporibus semper fuit visibilis, ac illustris. Quod si Ecclesia Dei fuisset inuisibilis, visibilia sacramenta in illa non administrarentur: sed sine visibilibus sacramentis nec potest Ecclesia congregari, nec congregata perstare. Nam Ecclesia est societas quadã in diuina religione propter adipiscenda aeterna, & spiritualia bona, & cum haec societas sit hominum, necesse est, quod illi per aliqua signa exteriora socientur adinuicem: nam per cordis affectus, qui inuicem nos latent, nulla societas in hac mortali vita potest iniri. Vnde asserere Dei Ecclesiam esse inuisibilem, est tollere ab homine potestatem

Aug.cont. Fauſt.19. c.11.

tem iniendi ſocietatem in religione. Nam homines non niſi per ſigna exteriora poſſunt in aliquam ſocietatem coire. Quod ſapientiſſime exponit Auguſtinus, In nullum aũt, inquit, nomen religionis ſeu verũ ſeu falſũ coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum, vel ſacramentorum viſibilium conſortio colligentur, quorum ſacramentorum vis inenarrabiliter valet plurimum, & ideo contempta ſacrilegos facit. Impie quidem contemnitur, ſine quo non poteſt perfici pietas. Hactenus Auguſtinus. Igitur ſicut homines communione vnius idiomatis ad ædificandam Babylonicam turrim ſociati ſunt, & per confuſionem linguarum ſocietas diſſoluta eſt, eo quod vnuſquiſque non audiebat, id eſt, non intelligebat vocem proximi ſui, ita in Eccleſia Dei appareat oportet forma religionis, per quam vnus alteri ſocietur, quæ ſi nulla fuerit, non congregabitur: imo ſi congregata fuerit, diſſoluetur. Eccleſiæ igitur ex hominibus in hac mortali vita congregatæ, neceſſaria ſunt ſymbola externa, & viſibilia: quia Dei Eccleſia ex hominibus congregata, aut eſt viſibilis, aut nulla.

Cap.13.

Dei Eccleſiam quam videmus, credimus eſſe ſanctam.

2, Tim.3.

PAulus quidem, vt clarius, Dei Eccleſiam eſſe viſibilem, exponeret, per domeſticam cõuerſationem illud ſignificauit. Hæc, inquit, tibi ſcribo ...hee, ſperans me ad te venire citò: ſi autem ...ro, vt ſcias, quomodo oporteat te in domo Dei con-

cõuersari quæ est ecclesia Dei viui, columna, et firmamentum veritatis, etc. Beatum Paulum in hoc loco de ecclesia Dei cõgregata ex hominibus in hac vita mortali loqui, manifestum est. Nam de moribus Episcoporum, Diaconorum, virorum, & mulierum disserit, quæ ad conuersationem non triumphantis, sed militantis ecclesiæ spectãt, quæ certè omnia visibilia sunt, vt ordinatio Episcoporum & Diaconorum visibilis est, & in ecclesia visibili administrantur. Nam sicut politica & domestica conuersatio est visibilis, ita ecclesiastica conuersatio visibilis est. Hoc tamen differunt, quod illa quidem humanam exigit fidem, hæc verò diuinam. Domus nanq; ex viro, vxore, filijs, & famulis constat: atque inter hos est quædam societas, variæ quoque necessitudines sunt. Necessitudo etiam inter maritum & vxorem magis fide, quàm euidentia constat, quia matrimonium magis in amicorum consensu, quàm in corporum consistit communione. Atque hic animorum mutuus consensus, quo verum matrimonium constat, non videtur, sed tantum creditur: Similiter filius se esse genitum ab istis parentibus, non scit, sed credit, quod de cæteris necessitudinibus existimandum est. Societas igitur domestica & ciuilis visibilis in humana fide fundatur. Vnde coniunx coniugem, filius patrem, socius socium videt, & credit. Visio quidem ad signa exteriora, fides verò ad animi effectus, seu ad alia, quæ latent nos, sine quibus non est vera, domestica, nec ciuilis societas, refertur. Simili modo non videtur ecclesiæ Dei sanctitas, sed creditur tantùm. Deinde baptismus quidem visi-

bilis est, iustificatio verò quæ baptismum consequitur, inuisibilis: fidei confeßio similiter sensu corporis cognoscitur, fides verò non sensu, sed fide percipitur. Atq; homines non per illa, sed per hæc, quæ sensibilia sunt, in Christianam societatē, quæ dei ecclesia est, coadunantur: & hæc hominum Christiana societas, est dei ecclesia, & eā videmus, & credimus. Visio quidē ad externa signa, fides ad inuisibilem sanctitatē refertur. Hic modus loquendi in diuina scriptura non

Ioan. 20. *est infrequens. Quia vidisti, inquit me Thoma, credidisti, beati qui non viderunt & crediderunt. Et in*

1.Ioan.o.1. *alio loco ait: Vidimus gloriā eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenū gratiæ et veritatis. Quibus etiā adiungi potest illud. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod pspeximus: & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, et vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annūciamus vobis vitam æternā, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis, &c. Idem igitur secundū id quod habet, externum videtur, & secundū id quod habet, internum creditur. Huiusmodi est Dei ecclesia, quæ videtur secundū conuersationem christianā, quam fideles habent in vera religione, & creditur secundum sanctitatem, qua Christo eius capiti coniungitur, & per illud externum specificatur internū. Quare vt Petrū habere aliam animā à Ioanne definitè cognoscimus per eorum varia corpora, quæ videmus. Similiter verā dei ecclesiam ab ecclesijs hæreticorū, & scismatorū per symbola discernimus. Quod si aliquod ecclesiæ symbolū, vt in hæreticis perfecta sacramenta, et in scismati-*

ſciſmaticis fidei confeſsio extra eccleſiam reperiatur: tamen Dei eccleſia ſine integro chriſtianæ religionis ſymbolo alicubi eſſe nō poteſt. Vnde Caluiniana eccle ſia nō christi, ſed Sathanæ eſt, de qua ille. Nos enim, inquit, aſſerimus et eccleſiā nulla apparēte forma cō ſtare poſſe. Quod certè dogma manifeſtè eſt hæretico rū. Nā Chriſti eccleſia ſine fidei confeſsione, & ſine adminiſtratione ſacramentorum, quæ omnia ad ſa lutem fidelium ſunt neceſſaria, eſſe non poteſt: imò ſi ne iſtis eccleſia eſſet impia, & nō dei, ſed Sathanæ eſſet eccleſia. Hæc nanq; externa forma chriſtianæ religio nis ad dei cultum ptinet. Quia ſicut in præcepto de di ligendo proximū includitur beneficentia, ita in præ cepto credendi continetur fidei confeſsio. Vnde eccle- ſia, quæ oris confeſsione, & ſacramentorum admi- niſtratione non profitetur Deum, non eſt ſancta, nec Dei eccleſia. Ea quo ſancta eccleſia nulla apparente forma non poterit conſtare. Caluin. in præfat.

Dei eccleſia in præſenti vita ſine exter na communione non poteſt perſtare.

Caput 14.

Diuina ſcriptura vt Eccleſiæ naturam ſigni- ficantiùs explicaret, tranſlatè per hæc ver- ba, domus, corpus, ſignificauit. Nam ſicut cor pus non ſolùm indiget capitis coniunctione (alias mortuum, aut monſtrum eſſet) ſed membrorum quo que requirit ordinem, & connexionem: & ſicut in domo quoque non ſolùm vt familia patri fa- miliâs ſubdatur, ſed etiam inter domeſticos qui- dam ordo & neceſsitudo exigitur: ſimili modo dei

ecclesia non solùm coniungi Christo tanq̃ capiti,sed quod fideles inuicem tanquam membra connectantur,oportet. Hæc diuina scriptura expresse exponit, Ad Ephes. cap. 4. *dùm inquit: Veritatem autem facientes in charitate,crescamus in illo per omnia,qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum, et connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensurã vnius cuiusq; membri augmẽtum corporis facit in ædificationem sui in charitate. Atq; hæc quidem subministratio visibilis est, vt beatus Paulus docet.* Ad Roma. cap.12. *Habentes autem,inquit,donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes, siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, qui tribuit in simplicitate,qui præest in solicitudine,&c. Et quamuis ecclesiæ interna communio, quam pij fideles cum Deo, & inter se habent, sit æque ecclesiæ necessaria, vt anima homini,& post mortalem vitam illa sufficiat,tamen præsens ecclesia externa communione opus habet non minus, quàm homo corpore: quia Dei ecclesia sine fidei doctrina, sine sacramentorum administratione, & sine pastore esse non potest. Præcipere nanq;,et obedire,baptizare, & baptizari, catechizare,& catechizari visibilia sunt, atque hæc ad ecclesiæ externam communionem spectant, & sine istis ecclesia non est. Communio enim externa, quæ est per fidem,per dilectionem operantem,non in ecclesia inuisibili,sed visibili locum habet, nam illa proculdubio non docet,fides enim ex auditu non administrat sacramenta,quæ visibilia sunt,non præest in solicitudine*

dine, quia correctio visibilis est. Sed quid multis? Hãc communionem externam esse necessariam in Christi ecclesia diuina scriptura in facto Cornelij Centurionis expressè docet. Is, inquit, vidit in visu manifestè quasi hora diei nona angelum Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi, Corneli. At ille intuens eum, timore correptus, dixit: Quis es domine? Dixit autẽ illi, orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriã in conspectu Dei. Et nunc mitte viros in Ioppen, & accersi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus: hic hospitatur apud Simonem quendam Coriarium, cuius est domus iuxta mare: hic dicet tibi, quid te oporteat facere. Hunc locum exponens beatus Augustinus, inuisibilem Caluianam ecclesiam destruit. Neque enim, inquit, & Cornelij gentilis hominis orationes non sunt exauditæ, aut eleemosynæ non sunt acceptæ. imò & angelum ad se mittit, & missum meruit intueri, per quem posset vtiq; sine hominis alicuius accessu, cuncta necessaria discere. Sed quoniam quicquid boni in orationibus, & eleemosynis habebat, prodesse illi non poterat, nisi per vinculũ Christianæ societatis & pacis incorporaretur ecclesiæ, iubetur mittere ad Petrum, & per illum discit Christum, per illum etiam baptizatus Christiano populo, cõsortio quoq; communionis adiungitur cui sola bonorum operum similitudine iungebatur. Perniciosè quippe contemneret bonum, quod nondum habebat, superbiens ex illo quod habebat, &c. Vides igitur quemadmodum sine externa communione nulla interna communio potest esse inter aliquos, & per

Actor. apo sto. 10.

August. de bapt. con. Donat. lib. 1. cap. 8.

consequens nec Dei ecclesia nulla forma apparente constare potest.

Sanctorum quidem congregatio inuisibilis, Dei verò Ecclesia visibilis est.

Cap. 15.

Philipp. in præfat.

Philippus quidem dum inuisibilem ecclesiam impugnat, suam supra arenam ædificatam labefactat. Quo spectat autem, inquit, hæc portentosa oratio, quæ negat, esse vllam visibilem ecclesiam. Delet enim omnia testimonia antiquitatis, abolet iudicia, facit ἀναρχίαν *infinitam, &c. Si enim inuisibilis ecclesia delet antiquitatis testimonia, abolet iudicia, facit anarchian infinitam Similiter si tãtùm sanctorum congregatio est ecclesia, eadem faciet, cùm tam inuisibilis sit sanctorum cœtus, quàm quæ maximè. Nam interna sanctitas, & sanctorum congregatio inuisibilia sunt. Sed Augustana confessio cum Philippo, sanctorũ congregationem propriè esse ecclesiam dogmatizat. Est autem, inquit, ecclesia Christi propriè congregatio membrorum Christi, hoc est, sanctorum, qui verè credunt, & obediunt Christo. Philippus quoq; ait: Itaq; ecclesia, quæ verè est regnũ Christi, est propriè congregatio sanctorum: nam impij reguntur à diabolo. Quanquam in hac vita, quia nondum reuelatum est regnum Christi, sint admixti ecclesiæ, & gerant officia in ecclesia, nec propterea impij sunt regnum christi, &c. Quæ quidem in re & Confessionistæ inuisibilem quodamodo ecclesiam faciunt: nam dei quidem ecclesiam esse sanctam, nemo non credit, sed peccatores in sanctorũ ecclesia nõ esse, cum*

Aug. conf. artic. 2.

Apolog.

cũ expreſſo Dei verbo pugnat. Sancta enim catholica ecclesia nõ omnes peccatores à ſua cõmunione excludit. Hoc etiã Philippus teſtatur, dũ inquit: Cõcedimus enim, quod hypocritæ, & mali in hac vita ſint admixti ecclesiæ, et ſint membra ecclesiæ ſecundũ externã ſocietatem ſignorũ ecclesiæ, hoc eſt, verbi profeſſionis et ſacramentorũ, præſertim ſi non ſint excõmunicati, etc. Vnius igitur christi corporis, quod eſt ecclesia, mẽbra quædam viua, quædã verò mortua ſunt. Quare definiens ecclesiã per ſanctorũ cõgregationem, ex visibili et determinata ecclesia, inuisibiẽ, et indefinitam facit. Nã homines non per ſanctitatem inuisibilẽ in religione, ſed per visibilia ſymbola, quæ cõmunia ſunt pijs et hypocritis, congregantur: et hæc congregatio visibilis et determinata, eſt ecclesia. Sed ſanctorũ cõgregatio eſt inuisibilis et indefinita, quia cõgregatio ſanctorũ nõ poteſt diſcerni à cõgregatione hypocritarũ p externa ſymbola, quia illa ſunt eadem vtriſq;. Vnde hæc ſanctorũ cõgregatio nullibi erit determinatè. Si verò Philippus dicat, eam determinatè eſſe in ecclesia, vbi ſunt vera ſymbola, etiã in eadem ecclesia ſunt hypocritæ. Quare ecclesia non ſolũ ſanctorũ, ſed omnium credentium eſt congregatio. Præterea articulus quidẽ fidei, qui iubet nos credere ſanctã ecclesiam catholicã, in illa omnes credẽtes includit, et quod definitè vnã ſanctam ecclesiam catholicã credamus, requirit, ſed nulla dei ecclesia definita præter iſtã ſanctorum, & hypocritarũ congregationẽ, quæ religionis vera ſymbola habet, in vniuerſo reperiri poteſt. Ergo neceſſe eſt, eam veram & propriè ecclesiam eſſe. Apologia

expresso Dei verbo pugnat, ac Dei Ecclesiam omnino destruit. Quia Dei Ecclesia in vnoquoque seculo aut consideratur, prout secundum diuinam prædestinationem ex hominibus congreganda, aut congregata est. Atque hos vnius Ecclesiæ varios considerandi modos, diuina exponit scriptura, dum inquit. Et alias

Ioan.10.

oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Itẽ. Quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnũ, per oues quidem intra ouile ecclesiæ congregata: per oues verò extra ouile, & per filios dispersos, congreganda significatur. Atq; hanc per aliquod tempus non apparuisse,

Esai.54.

Esaias exponit: Lauda sterilis, quæ non paris, decanta laudem & hinni, quæ non pariebas: quoniã multi filij desertæ magis, quàm eius, quæ habebat virum, dicit dominus. Hunc locũ beatus Augustinus exponens, ait: Per multos etiã annos ecclesia, quæ futura erat, in omnibus gentibus in filijs suis, hoc est, in sanctis suis non apparuit, nondum Christo annunciato per euangelistas eius, quibus non est annunciatus per prophetas. Tantùm ille. Verùm non de ecclesia congregãda, sed de congregata per Patriarcharũ, Prophetarũ & Apostolorum prædicationem, est controuersia. Ecclesia enim congregata post Adã lapsum, aut consideratur ante legem Moysi, aut post legem ante euangelij prædicationem, aut post euangelij prædicationẽ, vsq; in diem iudicij. In primo quidem tempore velut in cunabulis, in altero verò, vti in pueritia fuit. In tertio

Aug. de cõsen. Euan. cap.31.

tio autē quasi in adolescentia est, cui iuuentus in sempiterna gloria, vbi nunquā senescet, succedit. Et *quanquam illustrior in sequenti, quàm in præcedenti ætate Ecclesia fuisset, tamen in nulla illarum Dei Ecclesia, nulla apparente forma constitit, nec constare potuit. Nam illa semper religionis & fidei symbolum, quo Christi membra in vnam coibant societatem, & quo à Sathanæ Ecclesia discernebantur, seruauit. Quanquam propter statuum, & sacramentorum varietatem Ecclesia triumphans quodammodo in militante, & Euangelica in Prophetica, & synagoga in Patriarcharum Ecclesia quasi occulta fuit. Ecclesia enim Dei non tam illustris ante legem, quam post legem: nec tam ante Euangelium, quam post, apparuit: Tamen Dei Ecclesia quocunque tempore in forma debita, siue in paucis, siue in multis semper apparuit, & non solum illis qui intra, sed etiam illis qui extra illam fuerunt, maximè legis & Enāgelij temporibus semper fuit visibilis, ac illustris. Quod si Ecclesia Dei fuisset inuisibilis, visibilia sacramenta in illa non administrarentur: sed sine visibilibus sacramentis nec potest Ecclesia congregari, nec congregata perstare. Nam Ecclesia est societas quædā in diuina religione propter adipiscenda æterna, & spiritualia bona, & cum hæc societas sit hominum, necesse est, quod illi per aliqua signa exteriora socientur adinuicem: nam per cordis affectus, qui inuicem nos latent, nulla societas in hac mortali vita potest iniri. Vnde asserere Dei Ecclesiam esse inuisibilem, est tollere ab homine potesta*

Aug.cont. Faust.19. c.11. *tem iniendi societatem in religione. Nam homines non nisi per signa exteriora possunt in aliquam societatem coire. Quod sapientissime exponit Augustinus, In nullum aũt,inquit,nomen religionis seu verũ seu falsũ coagulari homines possunt,nisi aliquo signaculorum,vel sacramentorum visibilium consortio colligentur,quorum sacramentorum vis inenarrabiliter valet plurimum,& ideo contempta sacrilegos facit. Impie quidem contemnitur, sine quo non potest perfici pietas. Hactenus Augustinus. Igitur sicut homines communione vnius idiomatis ad ædificandam Babylonicam turrim sociati sunt, & per confusionem linguarum societas dissoluta est, eo quod vnusquisque non audiebat, id est, non intelligebat vocem proximi sui,ita in Ecclesia Dei appareat oportet forma religionis, per quam vnus alteri societur, quæ si nulla fuerit,non congregabitur: imo si congregata fuerit,dissoluetur. Ecclesiæ igitur ex hominibus in hac mortali vita congregatæ, necessaria sunt symbola externa, & visibilia: quia Dei Ecclesia ex hominibus congregata,aut est visibilis, aut nulla.*

Cap.13. Dei Ecclesiam quam videmus, credimus esse sanctam.

2. Tim.3. P*Aulus quidem,vt clarius,Dei Ecclesiam esse visibilem,exponeret,per domesticam cõuersationem illud significauit. Hæc,inquit, tibi scribo fili Timothee,sperans me ad te venire citò: si autem tardauero,vt scias,quomodo oporteat te in domo Dei con-*

cōuersari quæ est ecclesia Dei viui, columna, et firmamentum veritatis, etc. Beatūm Paulum in hoc loco de ecclesia Dei cōgregata ex hominibus in hac vita mortali loqui, manifestum est. Nam de moribus Episcoporum, Diaconorum, virorum, & mulierum differit, quæ ad conuersationem non triumphantis, sed militantis ecclesiæ spectāt, quæ certè omnia visibilia sunt, vt ordinatio Episcoporum & Diaconorum visibilis est, & in ecclesia visibili administrantur. Nam sicut politica & domestica conuersatio est visibilis, ita ecclesiastica conuersatio visibilis est. Hoc tamen differunt, quod illa quidem humanam exigit fidem, hæc verò diuinam. Domus nanq; ex viro, vxore, filijs, & famulis constat: atque inter hos est quædam societas, variæ quoque necessitudines sunt. Necessitudo etiam inter maritum & vxorem magis fide, quàm euidentia constat, quia matrimonium magis in amicorum consensu, quàm in corporum consistit communione. Atque hic animorum mutuus consensus, quo verum matrimonium constat, non videtur, sed tantum creditur. Similiter filius se esse genitum ab istis parentibus, non scit, sed credit, quod de cæteris necessitudinibus existimandum est. Societas igitur domestica & ciuilis visibilis in humana fide fundatur. Vnde coniunx coniugem, filius patrem, socius socium videt, & credit. Visio quidem ad signa exteriora, fides verò ad animi effectus, seu ad alia, quæ latent nos, sine quibus non est vera, domestica, nec ciuilis societas, refertur. Simili modo non videtur ecclesiæ Dei sanctitas, sed creditur tantùm. Deinde baptismus quidem visi-

bilis est, iustificatio verò quæ baptismum consequitur, inuisibilis: fidei confessio similiter sensu corporis cognoscitur, fides verò non sensu, sed fide percipitur. Atq; homines non per illa, sed per hæc, quæ sensibilia sunt, in Christianam societatē, quæ dei ecclesia est, coadunantur: & hæc hominum Christiana societas, est dei ecclesia, & eā videmus, & credimus. Visio quidē ad externa signa, fides ad inuisibilem sanctitatē refertur. Hic modus loquendi in diuina scriptura non

Ioan. 20. est infrequens. Quia vidisti, inquit me Thoma, credidisti, beati qui non viderunt & crediderunt. Et in

1. Ioan. c. 1. alio loco ait: Vidimus gloriā eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenū gratiæ et veritatis. Quibus etiā adiungi potest illud. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod pspeximus: & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, et vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annūciamus vobis vitam æternā, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis, &c. Idem igitur secundū id quod habet, externum videtur, & secundū id quod habet, internum creditur. Huiusmodi est Dei ecclesia, quæ videtur secundū conuersationem christianā, quam fideles habent in vera religione, & creditur secundum sanctitatem, qua Christo eius capiti coniungitur, & per illud externum specificatur internū. Quare vt Petrū habere aliam animā à Ioanne definitè cognoscimus per eorum varia corpora, quæ videmus. Similiter verā dei ecclesiam ab ecclesijs hæreticorū, & scismatorū per symbola discernimus. Quod si aliquod ecclesiæ symbolū, vt in hæreticis perfecta sacramenta, et in

scismati-

ſciſmaticis fidei confeßio extra eccleſiam reperiatur: tamen Dei eccleſia ſine integro chriſtianæ religionis ſymbolo alicubi eſſe nõ poteſt. Vnde Caluiniana eccleſia nõ chriſti, ſed Sathanæ eſt, de qua ille. Nos enim, inquit, aſſerimus et eccleſiã nulla apparẽte forma cõſtare poſſe. Quod certè dogma manifeſtè eſt hæreticorũ. Nã Chriſti eccleſia ſine fidei confeßione, & ſine adminiſtratione ſacramentorum, quæ omnia ad ſalutem fidelium ſunt neceſſaria, eſſe non poteſt: imò ſine iſtis eccleſia eſſet impia, & nõ dei, ſed Sathanæ eſſet eccleſia. Hæc nanq; externa forma chriſtianæ religionis ad dei cultum ꝑtinet. Qũia ſicut in præcepto de diligendo proximũ includitur beneficentia, ita in præcepto credendi continetur fidei confeßio. Vnde eccleſia, quæ oris confeßione, & ſacramentorum adminiſtratione non profitetur Deum, non eſt ſancta, nec Dei eccleſia. Ea quo ſancta eccleſia nulla apparente forma non poterit conſtare. Caluin. in præfat.

Dei eccleſia in præſenti vita ſine exter na communione non poteſt perſtare. Caput 14.

D*Iuina ſcriptura vt Eccleſiæ naturam ſignificantiùs explicaret, tranſlatè per hæc verba, domus, corpus, ſignificauit. Nam ſicut corpus non ſolùm indiget capitis coniunctione (aliàs mortuum, aut monſtrum eſſet) ſed membrorum quoque requirit ordinem, & connexionem: & ſicut in domo quoque non ſolùm vt familia patri familiâs ſubdatur, ſed etiam inter domeſticos quidam ordo & neceßitudo exigitur: ſimili modo dei*

ecclesia non solùm coniungi Christo tanq̃ capiti.sed quod fideles inuicem tanquam membra connectantur,oportet. Hac diuina scriptura expresse exponit, dùm inquit: Veritatem autem facientes in charitate,crescamus in illo per omnia,qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum, et connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensurã vnius cuiusq; membri augmẽtum corporu facit in ædificationem sui in charitate. Atq; hæc quidem subministratio visibilis est, vt beatus Paulus docet.Habentes autem,inquit,donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes, siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, qui tribuit in simplicitate,qui præest in solicitudine,&c. Et quamuis ecclesiæ interna communio, quam pij fideles cum Deo, & inter se habent, sit æque ecclesiæ necessaria, vt anima homini,& post mortalem vitam illa sufficiat,tamen præsens ecclesia externa communione opus habet non minus, quàm homo corpore: quia Dei ecclesia sine fidei doctrina, sine sacramentorum administratione, & sine pastore esse non potest. Præcipere nanq;,et obedire,baptizare, & baptizari, catechizare,& catechizari visibilia sunt, atque hæc ad ecclesiæ externam communionem spectant, & sine istis ecclesia non est. Communio enim externa, quæ est per fidem,per dilectionem operantem,non in ecclesia inuisibili,sed visibili locum habet, nam illa proculdubio non docet,fides enim ex auditu non administrat sacramenta,quæ visibilia sunt,non præest in solicitudine

Ad Ephes. cap. 4.

Ad Roma. cap.12.

dine, quia correctio visibilis est. Sed quid multis? Hãc communionem externam esse necessariam in Christi ecclesia diuina scriptura in facto Cornelij Centurionis expresse docet. Is, inquit, vidit in visu manifeste quasi hora diei nona angelum Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi, Corneli. At ille intuens eum, timore correptus, dixit: Quis es domine? Dixit autẽ illi, orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriã in conspectu Dei. Et nunc mitte viros in Ioppen, & accersi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus: hic hospitatur apud Simonem quendam Coriarium, cuius est domus iuxta mare: hic dicet tibi, quid te oporteat facere. Hunc locum exponens beatus Augustinus, inuisibilem Caluianam ecclesiam destruit. Neque enim, inquit, & Cornelij gentilis hominis orationes non sunt exauditæ, aut eleemosynæ non sunt acceptæ. imò & angelum ad se mittit, & missum meruit intueri, per quem posset vtiq; sine hominis alicuius accessu, cuncta necessaria discere. Sed quoniam quicquid boni in orationibus, & eleemosynis habebat, prodesse illi non poterat, nisi per vinculũ Christianæ societatis & pacis incorporaretur ecclesiæ, iubetur mittere ad Petrum, & per illum discit Christum, per illum etiam baptizatus Christiano populo, cõsortio quoq; communionis adiungitur cui sola bonorum operum similitudine iungebatur. Perniciose quippe contemneret bonum, quod nondum habebat, superbiens ex illo quod habebat, &c. Vides igitur quemadmodum sine externa communione nulla interna communio potest esse inter aliquos, & per

Actor. apostо. 10.

Augusţ. de bapt con. Donat. lib. 1. cap. 8.

consequens nec Dei ecclesia nulla forma apparente constare potest.

Sanctorum quidem congregatio inuisibilis, Dei verò Ecclesia visibilis est.

Cap. 15.

Philipp. in præfat.

Philippus quidem dum inuisibilem ecclesiam impugnat, suam supra arenam ædificatam labefa-ctat. Quo spectat autem, inquit, hæc portentosa oratio, quæ negat, esse vllam visibilem ecclesiam. Delet enim omnia testimonia antiquitatis, abolet iudicia, facit ἀναρχίαν *infinitam, &c. Si enim inuisibilis ecclesia delet antiquitatis testimonia, abolet iudicia, facit anarchian infinitam Similiter si tãtùm sanctorum congregatio est ecclesia, eadem faciet, cùm tam inuisibilis sit sanctorum cœtus, quàm quæ maximè. Nam interna sanctitas, & sanctorum congregatio inuisibilia sunt. Sed Augustana confeßio cum Philippo, sanctorũ congregationem propriè esse ecclesiam dogmatizat. Est autem, inquit, ecclesia Christi propriè congregatio membrorum Christi, hoc est, sanctorum, qui verè credunt, & obediunt Christo. Philippus quoq; ait: Itaq; ecclesia, quæ verè est regnũ Christi, est propriè congregatio sanctorum: nam impij reguntur à diabolo. Quanquam in hac vita, quia nondum reuelatum est regnum Christi, sint admixti ecclesiæ, & gerant officia in ecclesia, nec propterea impij sunt regnum christi, &c. Quæ quidem in re & Confeßionistæ inuisibilem quodamodo ecclesiam faciunt: nam dei quidem ecclesiam esse sanctam, nemo non credit, sed peccatores in sanctorũ ecclesia nõ esse,*

Aug. conf. artic. 2.

Apolog.

cum

cũ expreſſo Dei verbo pugnat. Sancta enim catholica ecclesia nõ omnes peccatores à ſua cõmunione excludit. Hoc etiã Philippus teſtatur, dũ inquit: Cõcedimus enim, quod hypocritæ, & mali in hac vita ſint admixti ecclesiæ, et ſint membra ecclesiæ ſecundũ externã ſocietatem ſignorũ ecclesiæ, hoc eſt, verbi profeſſionis et ſacramentorũ, præſertim ſi non ſint excõmunicati, etc. Vnius igitur Christi corporis, quod eſt ecclesia, mẽbra quædam viua, quædã verò mortua ſunt. Quare definiens ecclesiã per ſanctorũ cõgregationem, ex visibili et determinata ecclesia, inuisibilẽ, et indefinitam facit. Nã homines non per ſanctitatem inuisibilẽ in religione, ſed per visibilia ſymbola, quæ cõmunia ſunt pijs et hypocritis, congregantur: et hæc congregatio visibilis et determinata, eſt ecclesia. Sed ſanctorũ cõgregatio eſt inuisibilis et indefinita, quia cõgregatio ſanctorũ nõ poteſt diſcerni à cõgregatione hypocritarũ ꝑ externa ſymbola, quia illa ſunt eadem vtriſque. Vnde hæc ſanctorũ cõgregatio nullibi erit determinatè. Si verò Philippus dicat, eam determinatè eſſe in ecclesia, vbi ſunt vera ſymbola, etiã in eadem ecclesia ſunt hypocritæ. Quare ecclesia non ſolũ ſanctorũ, ſed omnium credentium eſt congregatio. Præterea articulus quidẽ fidei, qui iubet nos credere ſanctã ecclesiam catholicã, in illa omnes credẽtes includit, et quod definitè vnã ſanctam ecclesiam catholicã credamus, requirit, ſed nulla dei ecclesia definita præter iſtã ſanctorum, & hypocritarũ congregationẽ, quæ religionis vera ſymbola habet, in vniuerſo reperiri poteſt. Ergo neceſſe eſt, eam veram & propriè ecclesiam eſſe. Apologia

non de militante, sed de triũphante ecclesia intelligẽda sunt: non enim hic, sed illic ecclesia gloriosa & sine macula est. Corpus quidem Christi mysticum, quod est ecclesia, à naturali corpore in hoc differt, quod hoc simul habet omnia membra, & anima ea viuificet: sed ecclesia, quæ est Christi corpus, non omnia membra habet simul, & illa quæ habet, vario modo capiti vniuntur. Angeli quidem & beatorum animæ Christi membra esse, nemo dubitat: ij enim Christo capiti per gloriã coniuncti, quædam ecclesiæ pars, quam Christus sibi exhibuit gloriosam, sunt: sancti verò in hac mortali vita existentes Christo sunt coniuncti per fidem, quæ per dilectionem operatur, & isti non sunt sine macula, nec sine ruga peccatorum. christiani verò hypocritæ sunt coniuncti christo per fidem mortuam, quæ non operatur per dilectionem, & isti sunt per pœnitentiam Deo reconciliandi. Quidam sunt etiam electi, qui adhuc non sunt vocati ad fidem, & isti per prædestinationem Christo con iunguntur: & ex omnibus istis quidem in beata vita futura est ecclesia gloriosa sine macula & sine ruga. Nunc verò quanquam maculis non careat propter aliquos, qui in ea sunt, tamen ipsa nihilominùs sancta est.

Non omnia Ecclesiæ membra participant sanctorum communionem. Cap. 17.

NEque etiam quod in symbolo traditur, videlicet, Sanctorum communionem (vt Philippus vult) specificat sanctam ecclesiam, vt tantum Philipp. Apolog.

tùm accipiatur pro sanctorum cõgregatione. (Et articulus, inquit, in symbolo, qui iubet nos credere, quòd sit sancta catholica ecclesia: impij verò non sunt sancta ecclesia: & videtur additum, quod sequitur: sanctorum communio, vt exponeret quid significet ecclesia, nempe congregationem sanctorum, qui habẽt inter se societatem, &c.) Nã ecclesia, etsi sanctorum cõmunionem contineat, tamen plures alias communiones amplectitur. Nam inter Christi mẽbra mortua & viua fidei & sacramentorum cõmunio reperitur, ob quam ex illis omnibus, non duæ, sed vna tantũ conficitur ecclesia. Similiter membra viua inter se quandam aliam specialem societatem habent, videlicet, in fide per charitatem operãtem, quã membra mortua, non participant, aliàs nulla differentia esset inter vtraq;. Hanc vnius ecclesiæ & membrorũ & communionis varietatem apostolorum symbolum exponit, dùm ait: Sanctam ecclesiã, sanctorum communionẽ. Nam per sanctam ecclesiam quædam et mortuorum et viuorum membrorum societas explicatur: per sanctorum verò cõmunionem piorum tantũ societas denotatur. Differunt igitur, quia prima illa cõmunio est inter omnes corde credentes, & ore confitentes catholicam fidem, & ecclesiæ sacramenta participantes, & in eius vnitate manentes. Secunda verò in illis tantùm est, qui habent fidem, quæ per dilectionẽ operatur. Quare prima communio sine secunda in peccatoribus inuenitur. At secundam sine prima in militante ecclesia nemo habere potest. Atq; hoc ex Cornelij vocatione, et beati Augustini sententia, quam superius

perius citaui, manifestum est: quia ille, quanquam orationes eius gratæ essent apud Deum, tamen nõ habebat sanctorum communionem. Quid quod ecclesiæ societatem non habebat, quàm postea iniuit beati Petri prædicationi credendo, & baptismum suscipiendo. Per hanc igitur externam societatem, quæ pijs, et impijs communis est, iniuit communionem, quæ propria est pioru͂. Membra etiam ecclesiæ mortua cum sanctis, non solùm externam, sed qualem qualem internam communionem habent, quia corde credunt, & ecclesia pro illis orat, illisq́; dispensat Dei mysteria, et seminat spiritualia, quæ ad interna͂ communionem pertinent. Peccatores enim non excommunicati horum participes sunt, quapropter illa verba: sanctorum communionem: non ponuntur ad explicandum, quid ecclesia significet, sed ad exponendam specialẽ communionem sanctorum, quæ inter peccatores non reperitur: quamuis quandam aliam communionem cum sanctis in vna sancta ecclesia Catholica habeant.

Etsi omnia ecclesiæ membra vocata sunt ad sanctitatem, tamen non omnes fideles sunt sancti.

Caput 18.

ETsi sectarij nostri seculi Donatistas damnant, tamen in definiendo sanctam ecclesiam nihil magis quàm Donatistæ videtur. Na͂ hi peccatores à sancta ecclesia excludunt: Donatistæ verò ecclesiam per malorum admixtionem amisisse sanctitatem, & propter hoc, in quibusdam mundi partibus illam

illam desiuisse, asseruere. Atque ita omnes illi, quanquam verbis discrepent, sententijs tamen conueniūt, dum ecclesiam, sanctorum tantùm esse congregationem existimant. Sed sectarij sibi non constant: nam si aduersus Donatistas fatentur ecclesiam per malorum admixtionem non admittere sanctitatem, concedant igitur nobiscum oportet, sanctam Dei ecclesiam malos bonis admixtos intra se continere, sed id non faciunt. Imò quemadmodum Donatistæ malos iustorum esse socios in Christiana religione, & religionem esse piam non concedunt: ita sectarij ex malis & bonis vnam sanctam ecclesiam constare, non capiunt. Quasi verò ecclesiæ sanctitas à membrorum sanctitate, & non à Deo pendeat, vt fidei symbolum exponit, dùm ait: Credo in Spiritumsanctum, sanctam ecclesiam. Hi enim duo articuli sunt coniungendi: nam Spiritussanctus ecclesiam significat, & quotquot renascuntur ad vitam immortalem in ecclesiæ vtero eos concipi oportet. Quapropter sicut Aristoteles terrenam ciuitatem priorem esse suis ciuibus exponit, dùm inquit: Et certè secundum naturā prius est ciuitas, quàm domus, & quàm singuli nostrûm. Nam totum prius esse, quàm partem, necessarium est: perempto enim toto, non erit pes, nec manus, nisi æquiuocè, &c. Ita Dei ecclesia prior est, quàm sancti qui sunt eius membra, imò veriùs hoc ecclesiæ conuenit, quæ non ab hominibus sicut terrena ciuitas, sed à Deo instituta est. Quare beatus Ioannes de ecclesia ait: Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem de cælo descendentem, à Deo paratam, &c. Vnde

Arist. 1. Polit. 2. cap.

Ioan. Apocal.

de quanquam quis prior sit homo quàm Christianus, tamen prior est ecclesia, quàm aliquis regeneratus Christo: quia parens prior est filio. In terrena etiam ciuitate plures nascuntur ciues, sed in ecclesia nullus nascitur Christianus, sed renascitur: & hoc expresse Dei verbum exponit, dùm inquit: Per quem accepimus gratiam, & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati, Iesu Christi, omnibus qui sunt Romæ dilectis dei vocatis sanctis. Item in alio loco scriptura ait: Paulus vocatus apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, & Sosthenes frater ecclesiæ dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis: ad ecclesiam enim vocati sunt, quotquot in ea renascuntur, & omnes ad sanctitatem vocantur. Vnde quia ecclesia est sancta, filij eius vocantur & sancti, non quod sint omnes sanctificati, sed quo omnes per baptismum profiteantur sanctitatem. Non enim in Romana, nec in Corinthia ecclesia, ad quas Paulus scripsit, omnes erant sancti: tamẽ omnes erãt vocati ad sanctitatẽ, & ob hoc à Paulo omnes vocantur sancti, & illorum visibilem congregationem, in qua verisimile est, aliquos malos bonis esse permixtos, vocat Dei ecclesiam: Quod si Dei est, proculdubio sancta est.

Ad Ro. 1.

1. Ad Corin. 1. cap.

Fidelium non prauæ sed piæ actiones ad catholicam Ecclesiam referuntur.

Caput 19. *SEd animaduertendum est, quod Ecclesiæ sanctitas quædam publica, alia verò priuata est: quæ distinctio in terrena ciuitate facile cognoscitur, quia aliud est, esse ciuem in ciuitate legitimè instituta, & aliud est, esse bonum ciuem: hoc ad priuatam, illud ad publicam spectat iustitiam. Ciuitatis quidem publica iustitia est legitima ciuitatis institutio, qua homines in vnam societatem sub eisdem legibus iustis propter publicum bonum coadunantur. De hac publica ciuitatis iustitia Aristoteles ait.* 1.Politic.2. *Qui autem primus instituit, maximorum bonorum causa fuit. Vt enim perfectione suscepta optimum cunctorum animalium est homo, ita si alienus fiat à lege & à iudicijs, pessimum est omnium animalium, sæuissima est enim iniustitia tenens arma. Cicero quoque ait.* Cicero de som. Scipionis. *Nihil est enim illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia, cœtusq; hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Si igitur ciuitas, quæ homines legitimo iure sociat, ad pacem terrenam assequendam est iusta, multo magis Dei Ecclesia, quæ homines diuino iure sociat ad æternam vitam assequendam, est sancta. Publica enim ecclesiæ sanctitas est diuina institutio qua homines sub vera religione ad æternam consequendam vitam sociantur. Nam sicut ciues ciuilem vitam, ita Christiani sanctitatem profitentur, sed inter ciuitatis publicam iustitiam, & ecclesiæ sanctitatem hoc interest, quod illa quanquam sit legitima, tamen quia ab hominibus instituta est, in omnibus Reipublicæ membris deficere,*

cere, & esse inefficax potest. Vnde frequenter accidit, ciues omnes à iustitia deficere, propter quã causam respublica quædam periêre. Ecclesia verò, quia à deo instituta est, licet eius sanctitas in aliquibus sit inefficax, tamen secundũ dei promissionem in omnibus nõ potest esse inefficax, & quod in aliquibus non sit efficax, non est, quod insufficiens sit, sed quod sicut in humano corpore quædam mẽbra, quia mortua, aut læsa sunt, non viuificantur, neq; mouentur ab anima, non quia anima nõ sufficiat illa mouere, sed ꝙ propter illorum infirmitatem non sint disposita ad motũ, nec ad vitam, ita propter impietatem multi in ecclesia non participant sanctitatem. De hac ecclesiæ sanctitate Paulus: non enim, inquit, vocauit nos deus in immundiciã, sed in sanctificationẽ: ecclesia enim est sancta, quia quotquot in ea regenerantur, ad mundiciam sectandam, quæ est sanctificatio, vocantur, & deputantur. Hinc est, quod quicquid boni ecclesiæ mẽbra operantur, quanquam ad priuatam sanctitatem pertineat, tamen ad publicam refertur, vt in homine operationes membrorum singulorum dicuntur esse totius. Videre enim non conuenit omnibus sensibus, nec membris, sed oculorum priuata operatio est: tamẽ quia oculus est corporis membrum, ideo homo videt, & visio magis, & principalibus ab homine, quàm ab oculo pendet. Aliquando enim clara luce, apertisqué oculis non videmus, quia mens ad videndum non atttendit. Sic sanctorum bona opera se habent: nam vnus quidam orat, alter verò dat 1. ad Thes. 4.

Eleemo

Eleemosynam: atque istæ priuatæ operationes sunt, quapropter ad ecclesiæ priuatam sanctitatem, id est, ad vnum quenque fidelium pertinent, sed quia fiunt in ecclesiastica communione, ad ecclesiæ sanctitatem referuntur, & per hæc ecclesia est sancta, quia fiunt iuxta ecclesiæ publicam vocationem, videlicet ad sanctificationem. Et hoc modo ecclesiæ sanctitas per sanctos promouetur, & oratio, & eleemosyna magis, quia fiunt in ecclesiæ vnitate, quàm quia à persona priuata sunt sancta. At impiorum mala opera, quia non sunt secundum ecclesiæ vocationem, non ad publicam, sed ad priuatam impietatem referuntur, vt in homine corporis incrementum non numeratur inter humanas operationes, quia hæc operatio non est per intellectum, secundum quem homo operatur. Ita si furatur, aut adulteratur Christianus, hæc opera, quæ non sunt secundum iustificationem, non possunt in ecclesiam referri, sed tantùm in priuatum. Quia igitur societas ecclesiæ non ad impiè, sed ad piè operandum à Deo instituta est, ideò priuatorum bona opera ad ecclesiam referuntur: mala verò opera nullo modo, quia societas non est in ecclesia ad furandum, sed ad dandam eleemosynam. Vnde ex propria ipsius ecclesiæ natura, hæresis Donatistarum manifestè conuincitur. Quia quamuis in Dei ecclesia multi sunt impij, non ideo illa & impia, quia illorum impietas non refertur ad Dei ecclesiam. Sectarij quoque nostri sæculi infamantes ecclesiæ prælatos, etsi ore negent se esse Donatistas, tamen opere Donatizant. Nam licet prælati sint impij, non ideo eccle-

ecclesia illorum peccatorum est particeps, quia priuata peccata non secundum Ecclesiæ vocationem fiunt. Ecclesia igitur ex malorum congregatione non vitiatur, & ex consequenti ex malis & bonis vnam sanctam Ecclesiam constare, absurdum videri non debet.

Ecclesia habens malis admixtos bonos est vna sancta Catholica & Apostolica.

Caput 20.

SEd Caluinus ad cauendum inconuenientia, quæ ex inuisibili emergunt Ecclesia, duas Ecclesias ad illam tuendam commentatus est; atque ad vnum errorem astruendum alterum excogitauit. Bifariam enim, inquit, de Ecclesia sacræ literæ loquuntur: interdum enim, cum Ecclesiam nominant, eam intelligunt, quæ reuera est coram Deo, in qua nulli recipiuntur, nisi qui adoptionis gratia filij Dei sunt, &c. Quibus quidem verbis, si Caluinus de Ecclesia iuxta Catholicorum patrum sententiam dissereret, cum in illo hoc articulo non contenderem. Nam duobus modis Dei capi Ecclesiam omnes Catholici fatentur, duas tamen esse omnes negant. Ecclesia quidem propter varias eius status variè accipitur: nam aliter in præsenti vita, & aliter in futura consideratur: & in præsenti aut in membris viuis, aut mortuis. In futura quidem vita verum est, quod sectarij dicunt, quod boni non sunt malis permixti, quia beatitudinis status hoc exigit, sed Ecclesiam in

Calu. ca. 8. Par. 4.

præsentis vitæ statu habere malos permixtos bonis, non repugnat. Verùm propter hanc varietatem Ecclesia non variatur. testimonia enim scripturæ, quæ explicant malos non esse bonis permixtos non de militante, sed de triumphante Ecclesia loquuntur, quod expresse beatus Augustinus exponit, dum inquit. Sic ostendentes diuina testimonia consonare, vt & illa, quibus commendaretur Ecclesia cum malorum commixtione, hoc tempus eius significarent, qualis est in præsenti sæculo, & illa testimonia quibus commendatur, non habere cõmixtos malos, illud eius tempus significarent, qualis venturo sæculo in æternum futura est. Et infra. Hæc duo tempora Ecclesiæ quæ nunc est, & qualis tunc erit, significata esse etiam duabus piscationibus, vnum ante resurrectionem Christi, quãdo mitti iussit retia, nec sinistram, nec dexteram nominans partem, vt nec solos malos, nec solos bonos, sed commixtos bonis malos inter retia suorum sacramentorum futuros doceret. Post resurrectionem autem quando iussit retia mitti in dexteram partem, vt post resurrectionem nostram bonos solos in Ecclesia futuros intelligeremus, vbi alterius hæreses & schismata non erunt, quibus modo retia dirumpuntur. Nam & Euangelium non tacuit in prima piscatione commemorare, retia esse dirupta: & in nouissima dictum, & cum tam magni essent, pisces, retia non sunt dirupta. De tali Ecclesia dictum esse, quod per illam non erat transiturus incircuncisus, & immundus: ad immundos enim pertinere schismaticas separationes; quia tunc non erunt, quia retia

Aug. col. 3. cũ Donat.

retia non sunt dirupta. His etiam adiungi possunt, quæ inferius ait. De duabus etiam Ecclesijs calumniam eorum Catholici refutarunt, identidem expreßius ostendentes, quid dixerint, id est, non eam Ecclesiam quæ nunc habet permixtos malos, alienam se dixisse à regno Dei, vbi non erunt mali commixti, sed eandem ipsam vnam & sanctam Ecclesiam nunc esse aliter, tunc autem aliter futurã, nunc habere malos mixtos, tunc non habiturã. Sicut nunc mortalẽ, quod ex mortalibus constaret hominibus, tunc autem immortalem, quod in ea nullus esset vel corpore moriturus: sicut nõ ideò duo Christi, quia prior mortuus, postea non moriturus. Dictũ est etiam de homine exteriore, & interiore: quæ cum sint diuersa, tamen non dici duos homines quanto minus dici duas Ecclesias, cum ijdem ipsi qui nunc boni, tollerant permixtos malos, & resurrecturi moriũtur: tũc nec mixtos malos habituri sint, nec omnino morituri. Hactenus August. Ecclesia igitur nõ habens permixtos malos gloriosa sine macula, & sine ruga Deo per æternam gloriam copulata est triumphans, quæ etiam huic Ecclesiæ militanti, in qua boni commixti sunt malis, coniuncta est. Vnde non duas, sed vnã Ecclesiã constituũt, quia vni capiti ꝗ *est Christus, copulantur. Quod si Caluinus in loco allegato de hac triumphante Ecclesia intelligit, nulla est controuersia: si verò de militãte, proculdubio fallitur. Nam diuina scriptura, militantẽ Ecclesiã neminẽ recipere, nisi* ꝗ *adoptionis gratia filij Dei sunt, non dicit, quia hoc nõ Dei Ecclesiæ militãti, sed triũphãti ppriũ est. Atq; hoc*

1.Cor.1. *manifestè doctrina Apostolica testatur, dum inquit: Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij* Ad Ephe.5 *eius Iesu Christi domini nostri. Et in alio loco ait. Iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei. Quibus quidem locis nulli dubium est, beatum Paulum Dei Ecclesiæ loqui: non enim alicui priuato, sed Ecclesiæ in illis epistolis scripsit: & quamuis solis electis Pauli verba conueniant, quia isti re vera sunt vocati in societatem filij Dei, ac ciues sanctorum & domestici Dei, tamen quando Paulus hæc scripsit illi non in Ecclesia, in qua nulli nisi electi recipiuntur, sed in Ecclesia Ephesina, aut Corinthia, in qua non solum sancti, sed peccatores recipiuntur, erant. Diuina enim scriptura dum de Ecclesia mentionem facit, aliquando loquitur de sanctis, aliquando de peccatoribus, qui sunt in Ecclesia, aliquando de vtrisque: sed Ecclesiam malos bonis nõ habentem admixtos, nunquam intelligit nisi triumphantem, quæ sola est gloriosa.*

Cap.21. Catholica Ecclesia habens malis admixtos bonos non Ecclesiæ species, sed reuera est Ecclesia coram Deo.

Caluin.c.8 par.4. *SEd iam ad duas Ecclesias, quas Caluinus assignat veniamus. Quemadmodum ergo, inquit, nobis inuisibilem solis dei oculis conspicuã Ecclesiam credere necesse est, ita hanc quæ respectu hominum Ecclesia dicitur, obseruare, eiusque communionem colere iubemur, &c. Caluinus profectò his verbis*

bis duas Ecclesias, ni fallor, vnam quidem respectu hominum, alteram verò coram Deo exponit: cui sententiæ Philippus videtur subscribere, dum inquit. Et Christus de specie Ecclesiæ dicit, cum ait. Simile est regnum cœlorum sagenæ, aut decem virginibus, &c. Sed neq; Caluini Ecclesiæ distinctio in ecclesiam coram Deo, & respectu hoīum, neq; Philippi in verā ecclesiā, & speciē Ecclesiæ cum hoc fidei articulo: sanctam ecclesiam, constare potest. Nam symbolum his verbis: sanctam Ecclesiam Catholicam, vnam Dei ecclesiam, non duas exponit: & Ecclesiam vnam esse Catholici & sectarij concedunt. Quod si dicunt Ecclesiam, quæ est respectu hominum, & quæ est species Ecclesiæ, eandem cum Ecclesia, quæ reuera est coram Deo, esse, sed varijs modis consideratur, sicut homo exterior & interior est idem existens homo: tunc Ecclesiam respectu hominum, seu Ecclesiæ speciem esse, ipsammet, quæ est corā Deo, concedere oportet: & hoc modo intelligendo distinctionem, nulla est controuersia de ecclesiæ vnitate, sed vera cōcordia, quia non duæ, sed vna est Dei Ecclesia. Si verò dicunt Ecclesiam respectu hominum esse aliam ab Ecclesia, quæ reuera est coram Deo, certè id fiet, aut quia habet admixtos cum bonis malos, aut quod malorum est congregatio. Si ob hoc est alia, bene quidem dicunt, nam huiusmodi congregatio non Dei, sed Sathanæ est ecclesia, & istam obseruare, ac eius communionem colere, tantum abest, vt iubeamur, vt potius diuina scriptura deuitandam, & execrandā doceat. Non sedi, inquit, cum concilio vanitatis, & Psalm. 25.

Philip. Apolog.

cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui Ecclesiam malignantium. & cum impijs non sedebo. Restat igitur secundum sectarios, quod Ecclesia quæ bonis permixtos habet malos, sit diuersa ab illa, quæ sanctorum est congregatio, quod esse hæreticum, manifestum est. Nam Ecclesia, quæ est respectu hominum, quanquam malos contineat, tamen sanctorum est congregatio, & reuera coram Deo est ecclesia: sicut enim homo qui reuera est coram Deo intuente animam, etiam est coram homine intuente corpus: ita ecclesia habens legitima symbola quæ est respectu hominum, reuera est coram Deo, ac illa non Ecclesiæ species, sed vera est ecclesia: Quia sicut ex visione exterioris hominis ducimur in certam quandam noticiam animæ rationalis, quia ex operationibus hominem cognoscimus, ita ex legitimis symbolis quæ in ecclesia apparent, astruitur fides, qua firmiter credimus, illam Ecclesiam quam videmus esse Dei ecclesiam: sed inter istum & illum cognoscendi modum hoc inter est, quod ex notitia humanorum actuum euidenter scimus, Petrum habere animam, & esse hominem: sed ex legitimis religionis symbolis cognitis sanctitatem Ecclesiæ non euidenter cognoscimus, sed tantum credimus, quia humani actus non ab alia causa quam ab intellectu, religionis verò legitima symbolo aut à vera sanctitate, aut à simulata possunt emanare: ideo illud est euidens, istud ineuidens. Quod si aliqui in ecclesia, tamen non omnes sanctitatem simulant, de huius dogmatis veritate, per fidei articulum: sanctam ecclesiam, facti sumus cer-

tie-

tiores. Nam si omnes simulassent sanctitatem, ecclesia non fuisset sancta: quod est hæreticum. Quare quicunque Catholicus quod ecclesiam habentem coram hominibus religionis legitima symbola esse corā Deo sanctam, credat, oportet. Quia fidei articulus requirit, quod credamus, illam esse veram ecclesiam coram Deo, quæ habet legitima symbola coram hominibus. Verum quidem est, quod sectariorum ecclesiæ quanquam respectu illorum sint ecclesiæ, tamen non coram Deo: non enim habent legitima symbola, quia nō vniuersalem vnitatem. Vnaquæq; enim secta, suā nō verā sed putatiuam ecclesiam distinctam, & extra aliarum communionem habet: & quia sectariorum cœtus Catholicæ ecclesiæ non vniuntur, ideo non reuera, sed coram sectarijs sunt ecclesiæ: vnde temerarium est asserere illos Dei esse ecclesias.

In Euangelicis parabolis non de Ecclesiæ speciæ, sed de vera Ecclesia locutus est Christus. Caput 22.

SEctarij quidem propter admixtionem malorum, veram Dei Ecclesiam esse speciem Ecclesiæ, & respectu hominum, sed non reuera coram Deo dogmatizant. Nam illa sectariorum verba Ecclesiæ species: & reuera, & ista respectū hominum, & coram Deo, quibus tanq̄ antithetis sectarij vtuntur, prædictum sensum faciunt, q̄ proculdubio error manifestissimus est. Nam Paulus Corinthiorum ecclesiam, q̄ fuit respectu hominum, in qua boni fuerunt malis admixti, Dei esse ecclesiam manifestat expresse his verbis.

Cor.1.&2. *Paulus vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Sosthenes frater, Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi sanctificatis in Christo Iesu, &c. Ista igitur quam Dei verbum Appellat, non Ecclesiæ species, vt Philippus asserit, sed vera Dei Eclesia fuit, atque illa non solum respectu hominum, vt Caluinus dogmatizat, sed coram Deo fuit vera Ecclesia. Donatistæ quidem Ecclesiam per malorum commixtionem amittere sanctitatem: sectarij verò nostri sæculi illam variari, & ex Ecclesia fieri Ecclesiæ speciem, affirmant. Quid ergo amplius Donatistæ quam Caluinus & Philippus aduersus Dei Ecclesiam cõmentati fuerũt? Tam enim Dei Ecclesiæ repugnat illa variatio, quam non esse sanctam: quia per malorum admixtionem sicut ecclesia Dei, neque sanctitatem, ita nec suam vnitatẽ, aut idẽtitatem (vt sic loquar) amittit. Sicut enim Petrus in senectute, in pueritia, in adolescentia, & in iuuentute est idem homo: quia neque corporis, neque humorum augmentum, aut decrementum variauit identitatem, siue vnitatem: ita Ecclesia, siue admixti in ea sint mali siue non, dummodo vera symbola retineat, semper coram Deo, & hominibus reuera est eadem. Quod Euangelica historia aperte satis exponit. Nam Ecclesia, in qua Christus secundum corporis præsentiam fuit, bonis admixtos malos habuit, videlicet Iudam. Sed illam propterea Ecclesiæ esse speciem, quia sagenæ fuit similis, & respectu hominum, & non reuera coram Deo hæresis est, ecclesia enim Apostolica, quæ in die Pentecostes non habuit permixtos malos, eadem fuit respectu hominum, &*

co-

coram Deo, quæ in nocte cœnæ. Igitur per malorum admixtionem aut subtractionem non variatur Ecclesia, sed illa, quæ est respectu hominum reuera est coram Deo. Hanc doctrinam Christus expressè zizaniorum, & sagenæ, & cæteris Euangelicis parabolis docet. Nam illæ parabolæ non de ecclesiæ specie, nec de ea, quæ est respectu hominum vt sectarij falsò asserunt, sed de Ecclesia quæ reuera est coram Deo, loquuntur. Augustinus: & de Ecclesia, inquit colle-ctùri sunt zizania messores illi, quæ permisit cum tritico simul crescere, vsque ad messem. Quod exponens ait. Messis est finis sæculi: messores autem Angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione sæculi: mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Nunquid de regno illo vbi nulla sunt scandala? De isto ergo regno eius, quod est hic Ecclesia, colligētur. Item dicit. Qui soluerit vnū de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorū: q. aūt fecerit, & sic docuerit, magnus vocabitur in regno cælorū. Vtrunq; dicit in regno cælorum, & qui non facit mandata, quæ docet. hoc est enim soluere, non seruare, non facere, & illum qui facit, & sic docet: sed istum minimum, illum magnum, &c. Hac eadem infra manifestat, dicens. Alio modo igitur intelligendum est, regnum cælorum, vbi ambo sunt, & ille scilicet, qui soluet, quod docet, & ille qui facit: sed ille minimus, iste magnus. Alio autem modo regnum cælorum dicitur, quo non intrat, nisi ille qui facit: ac per hoc vbi vtrunque genus

Aug. de ciuit. Dei li. 20. c. 9.

nus est, Ecclesia est, qualis nunc est: vbi autem illud solum erit, ecclesia est, qualis tunc erit, quando malus in ea non erit. Ergo ecclesia & nunc est regnum Christi, regnumq; cælorum. Hactenus Augustinus. Christus igitur in parabolis, non, vt Philippus falsè opinatur, de Ecclesiæ specie, sed vera ecclesia, habens malos bonis admixtos, est loquutus.

Cap. 23. Ecclesia non in Ecclesiæ speciem & in veram Ecclesiam, sed in mēbra viua & mortua est distinguenda.

QVare Ecclesia quidem militans legitimum habens symbolum, quosdam filios habet, qui reuera sunt coram Deo, quia adoptionis gratia filij Dei sunt: quosdam verò alios continet, qui filiorum tantum habent speciem, & respectu hominum, sed non Aug. cont. Don. lib. 7. cap. 51. *reuera coram Deo. Hanc distinctionem beatus Augustinus exponit, dum inquit. Quibus omnibus conside ratis, puto me non temere dicere, alios ita esse in domo Dei, vt ipsi etiam sint eadem domus Dei, quæ dicitur ædificari super petram, quæ vnica columba appellatur, quæ sponsa pulchra sine macula, & ruga, & hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuæ, paradisus cum fructu pomorū. Talia etiam sunt, quæ paulo infra dixit. Huic domui dicitur, sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Et templum enim Dei sanctum est & sanctis Dei seruis vbiq; dispersis, & spiritali vnitate deuinctis eadē cōmunione sacramētorū, siue se facie*

nouerint siue nō nouerint. Alios aūt ita dici constat esse in domo, vt non ptineant ad compagē domus, nec societatē fructiferā, pacificamq́; iustitiæ, sed sicut palea esse dicitur in frumentis. Nam istos esse in domo, negare non possumus, Paulo Apostolo dicente. In magna autem domo non solum aurea vasa sunt, vel argentea, sed lignea & fictilia: & alia quidem sunt in honorem, ab alia verò in contumeliam. Ex hoc numero innumerabili non solum turba intus premens corpaucorum in tanta multitudinis comparatione sanctorum, sed etiam diruptis retibus hæreses & schismata existunt in eis, qui iam magis ex domo, quam in domo esse dicendi sunt, de quibus dicitur. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: separatiores enim sunt iam etiam corporaliter segregati, quam illi qui interne carnaliter & animaliter viuunt, & spiritualiter separati sunt. Hactenus Augustinus. Sancta igitur ecclesia, quam diu in hac vita mortali peregrinatur, non solum sanctos, sed malos continet. Sectarij verò ex supradictæ distinctionis prima parte seclusa, ex altera præsentem sanctam Ecclesiam constituunt. Philippus, quanq̄ igitur, inquit, mali sint socij huius veræ Ecclesiæ secundum externos ritus, tamen cum definitur Ecclesia, necesse est eam definire, quæ est viuum Christi corpus, quæ est nomine & re Ecclesia. Necesse est enim intelligi, quæ res principaliter efficiat nos viua mēbra Ecclesiæ. Itaq; Ecclesia, quæ vere est regnū Christi, est propriè congregatio sanctorum, nam impij regūtur à Diabolo, &c. In qua quidem re fallūtur absq; dubio, quia etsi Ecclesiæ mēbra viua distincta sint

Philippus Apologia.

sint à mortuis, reuera & apud Deum, qui corda intuetur, & in fine sint separanda ab inuicem, quo tempore Ecclesia non habebit admixtos malos, tamen quo ad nos illa non sunt separata, imo expedit esse vnita. Nam quidam boni secundum præsentem iustitiam futuri sunt mali: & quidam mali secundum eandem futuri sunt boni. Ideo Ecclesiæ Dei militanti conuenit, habere permixtos bonis malos: Ecclesia nanque in præsenti vita, iuxta beati Pauli sententiam, stadio comparatur, in quo plures currunt, sed vnus accipit coronam: ita boni & mali sunt intra Ecclesiam, sed boni tantùm aßequuntur æternam gloriam. Vnde Ecclesia non est definienda tantum per alteram partem distinctionis, scilicet per membra viua, sed per aliquid, quod mortuis & viuis membris conueniat. Quanquam non est omittenda distinctio, per quam viua membra distinguuntur à mortuis.
Nam si quis exacte definiat hominem, non tantum animam, quæ hominis præcipua est pars, sed etiam corpus definiet; quia, licet corpus, si ad animam referatur, nihili pendatur, tamen ex vtroq; constat homo. Verum quidem est, quod sicut homo non à corpore, in quo sensus vigent, & irrationalis facultas, sed ab anima, in qua viget ratio, tanquam à principe parte, re & nomine est rationalis, ita Ecclesia plures malos quam bonos continens non malorum sed bonorum est congregatio, & plura membra mortua quam viua habens, non mortuum, sed Christi viuum est corpus, & plures peccati seruos quam iustitiæ habens, non Diaboli sed proprie Christi regnum est. De-

nique Ecclesia congregata ex bonis & malis, quæ est respectu hominum, non Ecclesiæ species, sed nomine & re coram Deo est sancta: quia vnumquodque est, & dicitur secundum id, quod in illo principale est.

Ecclesiæ distinctio in Ecclesiam coram Deo & coram hominibus vana est. Cap. 24.

SEctarij denique distinguentes Ecclesiam in Ecclesiam respectu hominum, & reuera coram Deo, seu in Ecclesiæ speciem, & in Ecclesiam nomine & re: non solum de nomine tantum videntur disputationem instituere, sed sibimet contradicunt. Nam Ecclesiæ speciem, & Ecclesiam respectu hominum reuera esse Ecclesiam coram Deo fatentur. Philippus. Philip. in locis. *Quotiescunque, inquit, de Ecclesia cogitamus, intueamur cœtum vocatorum, qui est Ecclesia visibilis, nec alibi vllos electos esse somniemus nisi in hoc ipso cœtu visibili. Quibus quidem verbis, Philippus vocatorum cœtum bonos malis admixtos habentem non Ecclesiæ speciem, se reuera esse Dei Ecclesiam fatetur. Vnde* CHRISTVS *in sagena, & decem virginum parabolis non de Ecclesiæ specie, vt Philippus asserit, sed de Ecclesia vera loquutus est. Caluinus quoque ait.* Caluin. c. 8 pat. 4. *Vbi enim cunque verbum Dei syncere prædicari atque audiri, vbi sacramenta ex Christi instituto administrari videmus, illic aliquam*

esse

esse Dei Ecclesiã, nullo modo ambigendum est, &c. Si enim visibilis Ecclesia, in qua Dei verbũ syncere p̃dicatur, & sacramenta legitime ministrantur, q̃ bonos & malos continet, Dei Ecclesiã esse, non est ambigendum. Igitur visibilẽ Ecclesiam respectu hoĩum esse reuera corã Deo, credendum est. Vnde Caluinus inuisibilem Ecclesiam, & solis Dei oculis conspicuã, non esse aliã ab illa, q̃ oculis videmus, & q̃ obseruare, & cuius communionẽ colere iubemur, fatetur. Dimissis igitur vocũ nouitatibus, ac inutilibus quæstionibus, visibilẽ vocatorum cœtũ, malos bonis admixtos continentẽ, & legitima symbola habentẽ, non solum Ecclesiæ speciẽ, & respectu hoĩum, sed reuera coram Deo esse sanctã Ecclesiam, firmiter credendũ est. Nam fidei articulus. Credo sanctam ecclesiã: quod credamus huiusmodi cœtũ esse sanctã, exigit. Vnde p fidem non de singulorũ, sed de Ecclesiæ sanctitate facti sumus certiores: nã de singulorũ sanctitate non fides, sed moralis cõiectura haberi potest. Huic sentẽtiæ Caluinus subscribẽs ait. Rursum tamẽ quia aliquatenus expedire p̃uidebat, vt sciremus, q̃ nobis habendi p̃ ipsius filijs essent: hac in parte se captui nostro accõmodauit, & quoniã fidei certitudo necessaria nõ erat, quoddã charitatis indicium eius loco substituit, quo pro Ecclesiæ membris agnoscamus, qui & fidei confessione, & vitæ exemplo, & sacramentorum participatione eundem nobiscum Deum, & Christum profitentur. Atq; Caluinus proculdubio in hoc loco suam specialem fidem destruit, & schlasticorum Theologorum moralem coniecturam astruit. Quia si nullus per fidem cæteros esse Dei filios est persuasus, nec seipsum esse in-

Caluin. c. 8 par. 3.

stificatum credit: non enim Dei verbum magis definite de illo, quam de cæteris exponit. Et sicut de aliorum sanctitate non est necessaria fidei certitudo, sed sufficit indicium quoddam: ita nulli de se ipso est necessaria fidei certitudo, sed sufficit moralis coniectura. Verum Caluinus ex singulorum sanctitatis incertitudine sanctam Ecclesiam esse inuisibilem, & soli Deo notam, dogmatizat: sed fallitur. Nam sicut de aliquo habetur certitudo in vniuersali velut thesis et dubitatur in particulari sicut hypothesis, ita p̃ fidẽ nõ de singulorũ, sed de vniuersalis Ecclesiæ sanctitate facti sumus certiores: quia Ecclesiæ sanctitas nõ à singulorũ membrorũ sanctitate dependet, cũ illa, quãuis malos bonis admixtos habeat, nihilominus sit sancta.

Haud difficile discernitur Catholica Ecclesia à sectariorũ conuentibus.

SEctarij ad Ecclesiæ iugũ excutiendũ illam incertã, & ambiguã reddere satagũt. Hoc Philippus exponit, dũ ait. Itẽ cum Ecclesiæ testimonia q̃runtur, videndũ est, vbi, & q̃ sit Ecclesia, q̃ tempora puriora, q̃ scriptores sint synceriores, &c. Quæ oĩa etsi ab illis, q̃ p̃sunt in Catholica Ecclesia, explicite sunt inuẽstigãda, tamen non à sectarijs sunt p̃scribenda. Siquidem vnusquisq; sectariorum suæ sectæ cõsentanea reiectis pugnantibus eligeret, imo ad cognoscenda illa q̃ Philippus exigit, satis est credere vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Nam hæc verba satis explicãt, q̃, vbi, & quando sit Dei Ecclesia quantũ verò ad tẽpus attinet oẽs conuenimus in hoc, quod Dei ecclesia in hac mortali vita semp̃ fuit, est, et erit ad cõ- Cap. 25. Philippus in locis.

sumat

sumationem vsque seculi. Et de temporum puritate Christianis non conuenit disputare: nam tempus nec iusticiæ, nec iniusticiæ est capax, sed tantum homines. Illa tamen tempora sunt puriora, in quibus iustiores homines vixerunt. Quare referendo singula singulis, tempora ante exorta scismata, & sectas seu hæreses, puriora fuerunt, quàm tempora, in quibus scismata, & sectæ in Dei ecclesia grassantur. Nã homines scismatici, & hæretici in hoc sed non in illo tempore fuerunt, & propter bonũm malitiã tempora sunt mala. Vnde ante Lutheri infælicißimã prædicationem puriora, quam pòst fuisse tempora, manifestum est: quia tunc temporis in Dei ecclesia nec scismata, nec sectæ pacis vinculum rumpentia exstabãt. Nunc verò quot scismata, quot sectarum dißidia sint in germanica natione, ipsi sectarij testantur. Philippus enim ait: Nõ dißimulari potest, motis rebus magnam varietatem opinionum exortã esse, vt concedit Anarchia licentiam malis ingenijs fingendi monstrosa dogmata. Tu igitur ipse Philippe fateris, puriora fuiße tempora ante exorta scismata: & quis est tam stupidus, vt ista non animaduertat? Itaque si ecclesia testimonia petenda sunt à temporum puritate, cũ ecclesiæ tempora ante Lutheri prædicationem (qualia qualia fuerint) puriora quàm post eius prædicationem fuissent, ab illis, & non ab istis ecclesiæ testimonia accipienda sunt: quia pacis religionis tempus scismatum & sectarum tempore est purius. Quare meritò quidem Philippus, quanquam contra se, conditionis temporum habendam rationem existimat:

Philipp. in præfat.

quia

quia purioribus temporibus, videlicet ante Lutheri prædicationem non erat difficile cognoscere Dei ecclesiam, cùm in terrarum orbe vna tantùm fuisset ecclesia. Atque hæc si Dei non fuit ecclesia, nulla vnquam fuit: quia tunc vnitas spiritus, & vinculum pacis fuit in vniuersa ecclesia: nunc verò inter tot conuenticula sectariorum aliquibus hominibus difficile est Dei ecclesiam cognoscere. Sicut enim vnus verus Deus, dæmonum malitia in deorum multitudine aliquando latuit, ita sectariorum impietate vna sancta Catholica, ac apostolica Dei ecclesia in multitudine sectarum est ignota: quod Augustinus de sectarijs loquens apertè satis docet, dùm ait: Induentes lupos pellibus ouium, dicunt. Ecce hic est Christus, ecce illic, & ab vniuersitate ciuitatis super montem constitutæ ad particulas insidiarum suarum multos separant, & iugulatos assumunt. Sed vt inter plures falsos deos vnus verus Deus, sic inter falsas ecclesias, Dei vna ecclesia emicat. Quare ab illis quidem, qui à sectarijs seducti sunt, tum ob ignorantiam, tùm propter odium aduersus ecclesiæ prælatos veram Dei ecclesiam inuenire difficilè est: ab illis verò qui illorum technas intelligunt, facilè. Istorum differentiam Augustinus manifestat: Veruntamen, inquit, & alia causa est eorum, qui in istos hæreticos imprudenter incurrunt, ipsam esse Christi ecclesiam æstimantes: alia verò eorum, qui nouerunt, non esse catholicam ecclesiam, nisi eam, quæ, sicut promissa est, toto terrarum orbe diffunditur, & extenditur vsque ad fines terræ, &c. Ecclesiæ profectò notæ tam manifestæ

Aug. cont. Donat. de bapt. lib. 1. ca. 4.

Aug. cont. Donat. de bapti. li. 1. ca. 4.

ſunt, vt inter varias ſectas illa ſemper emineat: quia eſſe vnam & catholicam, nulli conuenit, niſi Dei ecclesiæ: & iſtis notis à ſectariorum cœtibus, qui plures & ſingulares ſunt, diſcernitur. Ecce Philippe habes Eccleſiæ tempora puriora, videlicet ante Lutheri prædicationem: habes etiam, quæ & vbi ſit eccleſia Dei. Quia illa, ſicut anima vna eſt in toto corpore: ita eccleſia per vinculum pacis in toto terrarum orbe eſt, vna Dei eccleſia: veſtra verò eccleſia, quæ nec in vna prouincia, nec in vna ciuitate, nec in vna domo ſeruant vinculum pacis: vos videritis an Dei, vel dæmonum ſint eccleſiæ. Si quis ergo vult verã Dei eccleſiam cognoſcere, ſciat illam eſſe, ex qua hæretici exierunt, & à qua ſciſmatici defecerunt. Nam illa prior quàm hæreſes, & quàm ſciſmata fuit, & vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis ſemper ſeruauit, ac ẽ medio ſublata ſciſmata, & extinctis hæresibus ad conſummationẽ vſq; ſæculi ſeruabit. Quare eccleſiã, ex qua præſentis ſæculi ſectarij exierunt, quæ & nunc vnitatem ſpiritus ſeruans, in vinculo pacis perſeuerat, eſſe vnam Sanctam Catholicam ac Apoſtolicam, quam obſeruare, & cuius communionem colere iubemur, manifeſtiſſimum eſt.

Pura verbi Dei prædicatione & legitima ſacramentorum adminiſtratione Catholica eccleſia non diſcernitur à ſectariorum cœtibus.

Cap. 26. H*AEc quidem Dei eccleſia, quæ vti ciuitas ſupra montem, & lucerna ſupra candelabrum,*

poſi-

posita est, proprias & manifestißimas notas, quibus distinguitur à schismaticorum, & hæreticorum conuenticulis, habet. Sed sectarij sicut noua & varia dogmata aduersus fidem, ita nouas notas, ad suos varios cœtus astruendos, & Dei vnicam ecclesiam destruendam comminiscuntur. Caluinus: sed longè, inquit, alia nota contineri, nēpe, pura verbi dei prædicatione & legitima sacramentorū administratiōe. Et in alio loco ait: Nā ne sub ecclesiæ titulo impostura nobis fiat, ad illam probationē, ceu ad Lydiū lapidem, exigēda est omnis congregatio, quæ ecclesiæ nomē obtēdit, si ordinē habet in verbo, & in sacramentis, à domino cōmendatū non fallet. Has easdē ecclesiæ notas, videlicet, synceră verbi prædicationē, et sacramentorū legitimă administrationem, quas Caluinus ad cognoscendam dei ecclesiă aßignat, Augustana confeßio ad tenendă ecclesiæ vnitatē sufficere dogmatizat. Et ad veră, inquit, vnitatem ecclesiæ satis est, consentire de doctrina euăgelij, et administratione sacramentorū, etc. Sed solùm istas notas ad dei ecclesiă cognoscēdă, eiusq; vnitatē tenendă non sufficere, luce clariùs est manifestū. Nam etsi verbi Dei pura prædicatio, et sacramentorū legitima administratio tă necessaria sint dei ecclesiæ, quàm anima homini: tamē illæ duæ notæ, quæ in schismaticorū conuentibus reperiuntur, non sufficiūt, quo per illas dei ecclesia à Sathanæ conuentibus poßit discerni. Quia sicut esse bipedem, licèt conueniat homini, tamen quia in alijs ab hominibus reperiuntur, non est sufficiens nota distinguēdi, ac cognoscendi hominem, non enim omne bipes est homo:

Caluin. in præfat.

Cap. 8. partic. 5.

August. cōfes. art. 7.

ita etsi omnis Ecclesia Catholica verbi Dei synceram prædicationem, & Sacramentorum legitimam administratione teneat, non inde sequitur, quod omnis cœtus legitime sacramẽta administrans, & verbum dei syncerè prædicans est Catholica Ecclesia. Nã scismatici veram fidem, & sacramenta retinent, & tamen illorum cœtus, tantùm abest, vt sint Dei ecclesia, vt potiùs sint Sathanæ. Quid quod has quidem notas ad

Calu. ca. 8. par. 12. *vnitatem ecclesiæ Dei non sufficere, ipsemet Caluinus testatur, dùm inquit: Inter hæreticos & scismaticos hoc discriminis ponit Augustinus, quod illi quidem falsis dogmatibus fidei synceritatem corrumpunt: hi autem interdum etiam in fidei similitudine societatis vinculum disrumpunt, &c. Illas denique duas no-*

Aug. de fi. d. et symb. *tas haberi extra ecclesiam, Augustinus exponit, dùm ait: Credimus & sanctam ecclesiam vtique Catholicam: nam & hæretici, & scismatici congregationes suas ecclesias vocant, sed hæretici de Deo falsa sentiendo ipsam fidem violant: scismatici autem discissionibus iniquis à fraterna charitate dissiliunt, quamuis ea credant, quæ credimus. Scismaticorum igitur cœtus syncerum Dei verbum, & Sacramenta retinet, verum non Dei sed Sathanæ est ecclesia: & sectarij illis notis suos cœtus magis, quàm Dei ecclesiam labefectant. Nam cùm in Germanica natione ex Catholica ecclesia tres præcipuè sectæ præter cæteras exiuissent, videlicet, Anabaptistarum, Sacramentariorum, & Confessionistarum, vnaqueq; velut Catholica populo se venditans, penes se esse synceram verbi dei prædication, ac Sacramentorum legitimam administrationem*

tionem mordicus affirmat. Huiusmodi enim sectarijs synceram verbi Dei prædicationem ac legitimam Sacramentorum administrationem sibi vendicantibus illud Hieronymi ad Damasum Papam maximè conuenit. Meletius Vitalis, atque Paulinus tibi hærere se dicunt, possem credere, si vnus hoc assereret. Nunc autem aut duo mentiuntur, aut omnes. Quoniã tam impossibile est, aliquam illarum sectarum esse Catholicam ecclesiam, quàm impossibile est, tres esse Catholicas ecclesias. Quia sectariorum vnitas, magis in oppugnando vnam sanctam Catholicam ac Apostolicam ecclesiam, quam in profitendo vnam fidem in vinculo pacis consistit. Vnde illorum cœtus non est ecclesia, nec illorum dissensio est scisma. Huiusmodi esse sectariorum ingenia, beatus Cyprianus exponit, dùm ait: Quod si aliquis illud opponit, vt dicat, eandem Nouatianum legem tenere, quam Catholica ecclesia tenet: eodem symbolo quo & nos baptizare: eundem nosse Deum patrem, eundem filium Christum, eundem Spiritumsanctum: ac propter hoc eum vsurpare potestatem baptizandi posse, quòd videatur in interrogatione baptismi à nobis non discrepare: Sciat, quisquis & hoc oppugnendum putat, primùm, non esse vnam nobis & scismaticis symboli legem, neque eandem interrogationem. Nam cùm dicunt: credis remißionem peccatorum, & vitam æternam per sanctam ecclesiam, mentiuntur in interrogatione, cùm non habeant Ecclesiam.

Hieron. ad Dam.

Cypr. li. 1. ep st. 6.

Catholicæ Ecclesiæ vnitas est euidentißsima verbi Dei nota

Cap. 27. *ORdo quidem in disciplinis docendis expedientißimus est, ignotiora per notiora manifestare: hunc docendi modum Spiritussanctus apostolis, eorumq́; successoribus seruandum tradidit, dũ*
Ad Ro.10. *inquit: Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? Nemini enim dubium est, auctoritatem mittendi concionatores, atque prædicandi, penes dei ecclesiam esse. Vnde ecclesia, quæ in loco Doctoris à Deo nobis data est, primò est credenda. Quare illam cæteris credibilibus notiorem esse oportet: nam si de Ecclesia tanquam de doctore dubitaretur, nullam auctoritatem habebit fidei doctrinæ. Hinc est quod ad cognoscendam ecclesiam magis expreßas notas, et manifestas, quibus docemur, quæ sit sancta ecclesia, quàm ad exponendos fidei cæteros articulos apostoli tradidêre. Quia per ecclesiam tanquam magis notam Deus ordinauit, vt discamus syncerum dei verbum, et ritè accipiamus sacramenta. Itaq; notior est ecclesia quàm syncerum Dei verbum. Vnde verbi Dei, & Sacramentorum legitima nota est vna, sancta, catholica, & apostolica ecclesia: quia per eius doctrinam credimus. Sicut enim à magistro discipuli discunt doctrinam, & non à doctrina magistrum, & doctoris*

ctoris auctoritas non minimum confert ad discendum : ita per ecclesiam cognoscitur syncerum Dei verbum, & vera Sacramenta. At sectarij tanquam imperiti doctores ordine præpostero ignotum per ignotius, videlicet per syncerum verbum Dei ecclesiam manifestare volunt, cùm per istam potiùs tanquam magis notum illud innotescit nobis. Atque hinc est quod sectarij numquam syncerum Dei verbum adinueniunt, quia carent probo & erudito magistro, videlicet Dei Ecclesia. Nec ob hoc Dei verbum de Ecclesia perhibere testimonium negatur: nam illa se inuicem astruunt, & qui vtrumuis credit, ambo credat, oportet. Sed legitimus credendi ordo à Deo præfixus est, quod sicut à doctore doctrinam discimus, ita per Ecclesiæ prædicatores cognoscimus, et credimus Dei verbum. Non igitur istis notis à sectarijs præscriptis, sed illis, quæ ab Apostolis, eorumque successoribus traduntur, Dei Ecelesia cognoscitur, & à scismaticorum, & hæreticorum conuenticulis sicut fulgur à tenebris discernitur. Hæ quidem notæ ab Apostolis in symbolo, & à patribus in Constantinopolitano synodo, atque in Eclcesiæ Romanæ fidei symbolo, sub hac verborum forma: Vnam Sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam, traduntur. Hæc quidem vox ecclesia, non magis hæreticorum, quàm fidelium cœtum significat, sed per istas quatuor notas, scilicet Vna, Sancta, Catholica, & Apostolica, ad significandum Dei ecclesiam determinatur. Quia in illis verbis quatuor proprie-

tates, quæ omni dei ecclesiæ, & soli, & semper conueniunt, exprimuntur. Nam sola Dei ecclesia, vna, sancta, Catholica, & Apostolica semper est: sectariorum verò ecclesiæ non vna, sed plures contra ecclesiæ vnitatem: impiæ aduersus illius sanctitatem: singulares etiam contra illius vniuersalitatem: fundatæ denique a falsis prophetis contra fundamentum Apostolorum ac Prophetarum sunt.

Cap. 28. Vniuersalis vnitas est legitima ecclesiæ nota.

PRima ecclesiæ nota, quam vnam dicimus si cum tertia, scilicet, Catholica coniungatur (secunda scilicet sancta supra est explicata) tã clarè ante oculos Dei ecclesiam ponit, quod nullus, quantumuis cæcus, illam non videat. Nam quanto Dei ecclesia magis est vna & vniuersalis, tantò illa magis nota hominibus, & in illa Dei dona magis manifestantur: quia istæ duæ notæ, scilicet vna & vniuersalis, quæ quodammodo opponuntur, si in aliquo reperiantur, quid diuinum præostendunt. Diuinæ enim naturæ esse vnam, & communem tribus diuinis personis proprium est, propter quam causam filius est patri consubstantialis. Atq; huius diuini mysterij qualem qualem similitudinem dei ecclesia imitatur: nam est vna, & vniuersalis, id est, communis pluribus particularibus ecclesijs, & non diuiditur in illis, nec in suis membris, quia vbilibet non plures, sed vna est ecclesia. Hæc etiam vnitas & concordia in dei cultu, quæ non solùm diu permansit, sed ad consummationem

tionem saeculi permanere debet: quid diuinum est, maximè cum ecclesia ex hominibus decedentibus, & succedentibus. & non solùm ex eadem familia, aut natione, aut lingua, sed ex omni populo, lingua, & natione vocata sit: sed de hac ecclesiae vniuersali vnitate audiamus Dei verbum. Paulus vocatus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, & Sosthenes frater, ecclesiae Dei, quae est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis cũ omnibus qui inuocãt nomen Domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorũ, & nostro, gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo, &c. Chrysostomus ecclesiae vnitatem vniuersalem exponens: non huius aut illius, inquit, sed Dei, quae est Corinthi. Vide quo pacto singulis verbis superbam eorum mentem humilitatem docet, & in omnibus eos ad caelestem erigit consuetudinem. Et ecclesiam Dei appellat, vt ostendat, in vnum iam redigi oportere. Nam si Dei est, vna est, non Corinthi solùm, sed vniuersi orbis ecclesia, cuius quidem nomen non diuisionem, sed vnionem, & concordiam significat. Et infra: Cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi. Non huius aut illius nomen, inquit, sed domini in omni loco ipsorum, & nostro: licèt enim ad Corinthios hac scribebatur epistola, non tamen eorum duntaxat, sed omnium, qui in orbe sunt, fidelium meminit. Ostendit enim in vniuerso orbe vnam oportere esse ecclesiam, quanquam locis diuisam pluribus & longè magis quae est Corinthi, quae, etsi locis separatur, Deus tamen eam coniungit, cùm omnibus sit communis.

1. ad Cor. cap. 1.

Chrysost.

Quamobrem cùm in vnam ipsam contrahat, has ad didit particulas, ipsorum & nostro: longè autem magis hoc, quàm illud efficax. Hactenus Chrysostomus. Quantam etiam, & qualem vnitatem habeat Ecclesia, diuina manifestat scriptura. *Sicut enim, inquit, corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm sint multa, vnum tamen corpus est: ita & Christus.*

1.adCo.12. In corpore quidem humano quantò maior membrorum, humorum, & appetituum, ac sensuum varietas, tantò mirabilior, quàm in cæteris animalibus est vnitas. Vnde Spiritussanctus ad manifestandum Ecclesiæ supernaturalem vnitatem, corporis similitudine vsus est. Sed quia, quantumcunque perfecta sit similitudo, nunquam æquatur rei, ideò ad explicãdum Ecclesiæ mirabilem vnitatem proposita similitudine illicò ait, *Ita & Christus.* Quæ benè intelligens Chrysostomus dixit: *Atque his ita quidem clarè, communiq; omnium suffragiis comprobatis subiecit: sic & Christus: cùm et ecclesia dicere oportuisset (istuc enim consequebatur) pro Ecclesia substituit Christum, altiùs scilicet orationem attollens, vehementiusq; auditorem impellens. Est autem quod dicit huiusmodi: sic & Christi corpus quod est ecclesia. Vt enim corpus & caput vnus est homo: ita vnam esse ecclesiam & Christum inquit. Ideoq; pro ecclesia posuit Christũ, hoc nomine huius corpus appellando. Quemadmodum igitur nostrum corpus, inquit, quã quã ex multis conflatũ, vnũ quiddam est: sic in ecclesia vnũ quiddã sumus omnes. Hæc Chrysostomus.*

Chryso.

Sicut

ut igitur Christus in duabus naturis est vnus, ita ecclesia, quæ est Christi corpus, vna indiuisa est in omnibus catholicis ecclesijs. Et sicut Christus humanitatem, quam semel assumpsit, nunquam dimisit, & per illam vnionem homo est Deus: nam in Christo tantùm vna est diuina persona, ita ecclesia quæ est Christi corpus, Christo perfectiori, & indissolubiliori vinculo, quàm anima corpori semper est vnita. Propter quod fideles cohæredes, & incorporales sunt Christo

Vniuersalis Ecclesiæ vnitas pacis vinculum requirit.

Cap. 29.

PAulus quidem Ecclesiæ vnitatis naturam exponens, ait: Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes in vno spiritu potati sumus, &c. In vno profectò spiritu, & in vno corpore baptizari, nihil aliud est, quàm omnes fideles regeneratos, vnius ecclesiæ vniuersalis esse membra: quòd si membra sunt, eidem corpori esse inuicem vnita, & alia alijs subministrare necesse est. Paulus, obsecro itaque, inquit, vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cũ patientia supportantes inuicẽ in charitate, soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Ex hac Pauli sententia constat, quod Ecclesiæ vnitas vniuersalis non solùm fidei vnitatem, & sacramentorum veritatem, sed pacis vinculum, quod charitatis

1. ad Co. 12.

Ad Eph. 4.

est effectus, exigit. Vnde ex Pauli verbis Caluiniana, seu potiùs diabolica inuisibilis ecclesia ruit: quia inuisibilis Ecclesia nec ex hominibus congregari, nec vnitatem spiritus in vinculo pacis potest colere. Quod si illa pacem obseruaret, eius certè aliqua indicia in orbe terrarum apparerent, & per consequens non inuisibilis fuisset. sed visibilis. Sicut enim homines in societate ciuili viuentes, nihil magis experiuntur, quàm pacem, aut bellum: quia finis reipublicæ est publica tranquillitas: ita, imò clariùs vnum colentes Deum in religionis societate, quæ est ecclesia, religionis publicam tranquillitatem, & sectarum discordias experiuntur, ac vident. Quis enim in religionis pace dei ecclesiam, & in dogmatum dissidio, quod est inter sectarios, Sathanæ conuentus non videt? Si enim homo extra societatem viueret (vt Poeta finxerunt Cacum vixisse) nec pacem, nec bellum experitur, sed, vt Aristoteles ait, huiusmodi insociales homines aut Dij, aut nequam essent: multò magis qui extra vnam Catholicam religionis societatem se colere Deum putant, & ecclesiam inuisibilem constituunt. huiusmodi Deos aut impios esse necesse est: primùm non, quia deos non esse, certum est: illos ergo impios esse non est ambigendum, quia isti nec tranquillitatem religionis, nec dogmatum dissidium experiuntur, vt Tertullianus apertè satis exponit, dicens: Cæterùm neque suis præsidibus reuerentiam nouerunt: & hoc est, quod scismata apud hæreticos ferè non sunt, quia cùm sint, non parent scismata, est enim vnitas ipsa. Sed longè aliter de religione asserendū

Arist. politic. ca. 2.

Tertul. de persc. hær.

dum est: sicut enim publicum bonum extra humanam societatem non est, ita extra Dei ecclesiam, quæ hominum seruantium vnitatem spiritus in vinculo pacis est societas, Dei verus cultus non reperitur. Religionis itaque tranquillitas, quæ in Germania fuit antè Lutheri infaustissimam prædicationem, (quæ illustrissimæ Germaniæ nationis est calamitas) euidentissima, & diuina nata est ad cognoscendam dei ecclesiam. Nam ecclesia Germanica tunc non solùm secum, sed etiam cum exterarum nationum ecclesijs vnitatem spiritus in vinculo pacis seruabat. At in hoc infelicissimo sæculo in plures cœtus est diuisa, qui nō solùm à Catholica ecclesia, sed ab inuicem dissentiunt, dogmatumq; controuersijs & dissidijs fluctuant. Quid ergo adhuc desideratur testimonium ad Dei ecclesiam cognoscendam? Fidei symbolum, quod sectarij profitentur, non solùm ecclesiam, ex qua illi exierunt, esse Catholicam, sed illorum cœtus non esse Dei ecclesiam testatur. Quia Sacramentarij, Anabaptistæ, Confessionistæ non in vna Catholica, sed in tribus particularibus ecclesijs reperiuntur. Non enim inter se, nec cum Catholica Ecclesia vnitatem spiritus in vinculo pacis seruant, & qui ista non videt non videt: non ignorantia, sed malitia allucinatur. O quàm mirificè beatus Paulus has voculas, pacis vinculum ad ecclesiæ explicandam vnitatem apposuit. Nam sicut qui non diligit fratrem, quem videt, consequens est, illum non diligere Deum, quem non videt: ita qui non tenet vinculum pacis in ecclesia, quam videt, multò minus seruat vnitatem spiritus

tus cum Deo, quem non videt. Si enim Paulus non addidisset hæc verba: in vinculo pacis, nullus hæreticorum aut scismaticorum non contenderet, se tenere vnitatem spiritus: quia veram fidem, & legitima Sacramenta esse penes suas ecclesias sibi persuadent: sed illos expressum Dei verbum expugnat, cum vinculum pacis non seruant. Quia si vnitatem spiritus, id est, fidem, quæ per dilectionem operatur, haberent, proculdubio pacis vinculũ cum cæteris tenerent ecclesijs: sed cùm experientia testetur, illos ab vna sancta catholica, ac apostolica exiuisse, & vnãquanq; sectã suum cœtũ non solùm à catholica, à qua defecit, sed à singulis cæterarum sectarum connentibus distinctũ habere, manifestum est sectarios non seruare hanc vnitatem spiritus in vinculo pacis. Quare de huiusmodi Tertullianus sapientißimè inquit: Plerique neque ecclesias habent, sine matre, sine Deo, orba fide, extorres quasi latè vagantur. Hactenus Tertullianus. Aliqui enim credentes, non habentes vnitatem spiritus pacis vinculũ seruant. Nã sicut Eleemosyna, et fraterna correctio, quæ charitatis sunt effectus, in hypocritis non habentibus charitatem reperiuntur, ita pacis vinculũ fideles peccatores tenent in dei ecclesia. Verũ nullus seruans vnitatem spiritus, pacis vinculum non tenet: quia fides, quæ per dilectionem operatur, non est hypocrita. Manifestißimum ergo est, Lutherum, eiusqué successores non habuisse vnitatem spiritus in vinculo pacis. Quare quanquam sectarij vera Sacramenta, & syncerum Dei verbum habuissent, tamen quia pacis vinculum rumpunt, nihil sunt

Tertul. de presc. hær.

Augu-.

Augustinus: quid ergo, inquit, prodest homini vel sana fides, vel sanum fortasse solùm fidei Sacramentum, vbi lætali vulnere scismatis perempta est sanitas charitatis, per cuius solius peremptionem etiam illa integra trahuntur ad mortem. Aug. cont. Donat. de bapti. li. 1. ca. 8.

Scismaticus quidem non Ecclesiæ vnitatem, sed se ipsum ab Ecclesia diuidit.

Caput 33.

CVm sectarij symboli Apostolorum conuicti, ecclesiam, ex qua exierunt, esse vnam Sanctã Catholicã, negare non potuissent, scisma, quod fecerant, Ecclesiæ, Papæ, cæterisq; Episcopis acceptũ referunt. Philippus iam si qui tumultus, inquit, extiterunt, iure cõferri culpa potest in aduersarios, qui primùm iniusta condẽnatione Lutheri scisma excitauerunt, & ecclesias dissipauerunt, etc. Lutheranã siquidem hæresin (ni fallor) ex scismate exortam fuisse, Philippus quoq; exponit, dùm inquit: Initiũ autem his disputationibus præbuit contentio de indulgẽtijs, quas cùm Monachus Tecelius in his regionibus venales circumferret, &c. Hæc eadem paulo inferiùs confirmat, dicens: Officij ratio pios doctores cogebat hos furores taxare & reprimere. Lutherus quia veritatis defensionẽ abijcere non potuit, et tot modis irritabatur, edidit defensiones copiosè scriptas, &c. Sicut enim seditio labes & pernicies est reipublicæ, scisma religionis est ruina: atque vt seditiosi rempublicam vastantes, illam se promo- Philip. Apoc. de potest. Eccl. Philipp: in repet cõf.

rere

uere arbitrantur, ita scismatici vnitatem spiritus, et vinculum pacis rumpentes se reformare ecclesiam profitentur. Sed isti si, quid sit, scisma, & quale, & quantum nocumentum sibijpsis, & Dei ecclesiæ affe rat, perpendissent, potiùs capitis periculum subirent, quàm dissidia in ecclesia seminarent. Quare beatus

August. epist. 164.

Augustinus benè cuidam Donatistæ ait: Tota igitur quæstio est vtrum nihil mali sit scisma, aut vtrum scisma non feceritis, vt pro bono opere potestatibus re sistatis. Scisma quidem ecclesiæ vnitatem scindit: hæresis verò fidei veritatem oppugnans, vinculum pa cis disrumpit. Ista enim duo aduersus ecclesiæ vnita tem mutuò se muniunt. Nam ex scismate hæresis nas citur, quæ promouet scismata ad oppugnandam ecclesiæ vnitatem. Sed quantumcunque scismatum vires augeantur, non expugnabunt ecclesiæ vnitatem. Nam sicut hæresis fidem non reddit falsam, sed homi nes fallit, ita scisma non tollit à Dei ecclesia vnitatem, sed homines separat ab ecclesia vnitate, quod

Chryso. & Theoph. 1. ad Co. 1.

Chrysostomus cum Theophilacto sapientissimè exponit, dùm ait: Sed quid tandem obsecras Paule? vt idipsum dicatis omnes, et nō sint in vobis scismata? Scismatis emphasis satis eos arguit, nec potiùs satis est eius appellatio, quæ vehementer eos tangat: non enim plures integræ partes factæ sunt, sed vna perijt. Siquidem integris ecclesijs multas eas constituerent. Per scisma autem & dissensiones id etiam vnum aboletur: integrum enim si in multa diuidatur, non modò non multa fiunt, sed vnum assumitur. Huiusmodi est scismatum natura. Hæc Chrysostomus. Vnde

scism a-

ſciſmaticus licèt affectu, tamen non effectu ecclesiæ vnionem ſcindit: verùm effectu ſe ipſum ſcindit ab ecclesia. Vti ſi quis animo occidendi percuſſiſſet hominem, & quod ad occidendum non animus, ſed vires defuiſſent, tantùm alteram illius manum aut pedem abſcindit. Per hanc quidem abſciſsionem manus ſeparatur à corpore, ſed illa ſeparata tam eſt manus, quàm ſtatua Herculis eſt Hercules: homo verò mutilatus manu aut pede, idem eſt qui fuit ante abſciſsionem manus. Ita ſciſmatici in inuidiam Epiſcoporum aut aliorum ad ecclesiæ perturbandam pacem ſe & alios à Catholica ecclesia ſeparant, atque alias ecclesias ex ſeparatis membris extra ac contra vnam Catholicam ecclesiam conſtituunt. Verùm ſicut quando manus abſcinditur, non homo à manu, ſed manus ab homine ſeparatur: ita Ecclesia Catholica non à ſciſmaticis, ſed illi ſeparantur ab illa, & varias, et diſſidentes conſtituerunt Ecclesias. Vnde non illa, ſed iſtæ Ecclesiæ ſunt ſciſmaticæ. Nam illa cùm ſit vna catholica, id eſt, vniuerſalis, non poteſt eſſe ſciſmatica, id eſt, diuiſa: ſi enim diuideretur, iam non vna Catholica, ſed plures particulares non habentes vinculum pacis fuiſſent, ſicut ſectariorum ecclesiæ ſunt. Iſtam ecclesiæ vnitatem fidei articulus exponit, dùm ait: Vnam Sanctam Catholicam Ecclesiam. Sciſmatici ergo quanquam vnam fidem, & Sacramenta ſimilia cum Catholicis habeant, tamen quia ſeparauerunt ſe ab ecclesia, vnitatem ſpiritus in vinculo pacis non tenent, & per conſequens Ecclesiæ membra, nec mortua, nec viua, ſed præciſa ſunt. Denique ſciſmatici

 tici

tici Christi corpus.quod est Ecclesia, mutilant: sed cùm ex membris abscisis Ecclesias ædificare studuissent, strages edidère. Nam quos suis Ecclesijs adiungunt, prius illos separando ab vna Catholica Ecclesia occidunt.

Caput 31. Schisma certe magis quàm abusus cum Dei Ecclesia pugnat.

Chrys. ad Rom. homil. 32. *QVantum enim malum sit scisma, Chrysostomus exponit, dùm ait: Ista siquidem potissimùm est Ecclesiæ subuersio, in partes scilicet diuisam esse. Hæc diaboli sunt arma, hoc pacto omnia sursum, ac deorsum miscentur. Donec enim vnitum fuerit Ecclesiæ corpus, nullum valet habere introitum Sathanas: verùm à dissidijs nascitur offendiculum. Idem in alio loco de scismatibus ait: Vir quidam sanctus quippiam dixit, quod audaciam sapere videtur, attamen dixit: Quid autem est illud? Peccatum videlicet istud ne martyrij quidem sanguine deleri. Dic enim quæso, quam ob causam martyrium subis? An non propter Christi gloriam? Quo itaque pacto, qui animam pro Christo exponis, Ecclesiam oppugnas, pro qua animam suam tradidit Christus? Et infrà. Propterea dico, & obtestor, Ecclesiam scindere non minus esse peccatum, quàm in hæresin incidere. Responde quæso. Quod si quis regi cuidam subditus, nemini præterea addictus fuerit, nec alij se regi cuipiam tradiderit, huius verò ipsius præhensam purpuram ab ipsa fibula ad imum vsque totam sciderit, & in multas partes ruperit, an minus puniendus*

Ad Ephe. hom. 11.

endus fuerit, quàm qui ad aliū defciuerunt? Quid verò fi adhac et regē ipfum apprehenfo gutture trucidauerit, corpusq́ȝ ipfius per fingula mēbra profciderit? quam putas hic pœnam dignam ac meritam luet? Si iam facinus quauis pœna maius perpetraret, qui in regem conferuum fuum ifta defignaret, quánam gehenna dignus non erit? qui & Chriſtum occidit, & membratim conuellit? Hactenus Chryfoftomus.

Sed fchifmatis excufationes quas Philippus adducit, magis crimen augent, quàm excufant. Si enim vendebantur indulgentiæ, vt fectarij malitiosè interpretabantur, abufus corripiendus, & reformandus fuiffet, & non indulgentiæ tollendæ, nec damnandæ. Sed, vt beatus Auguftinus ait, ex fchifmate oriuntur hærefes. Neque enim, inquit, vobis obijcimus nifi fchifmatis crimen, quàm etiam hærefin malè perfeuerando feciftis: non enim contra Lutherum fuit lata fententia, quia verbo & fcripto emendabat abufus: nam Catholicorum doctorum bonos mores docere, prauosq́ȝ corrigere intereſt, vt Chryfoftomi, Hieronymi, Auguſtini, Bernardi, cæterorumq́ȝ fanctorum commentaria teftantur. Aug. epift. 164

Non ergo quod Lutherus emendaffet abufus, fed propter fchifma et hærefes contra illum lata eſt fentētia. Nam catholici doctores non carnali zelo ex quo hærefes et fchifmata oriuntur (vt Paulus docet, dùm inquit: Cùm fit inter vos zelus, et contemptio, nōné carnales eftis? Auguſtinus quoq́ȝ ait: Ex ipfo autem animali fenfu, quia homo animalis non percipit, quæ funt fpiritus Dei, omnes diffentiones, & fchifmata Auguft de bapt. cont. Donat. li. 1. cap. 15.

 gene-

generantur) sed ex charitatis affectu, quo Deum & proximum diligere tenemur. mala, quando & quomodo sint corrigenda, & tollenda æstimant: & sicut reipublicæ finis & bonum est publica tranquillitas, ad quam conseruandam omnes boni ciues vnanimiter dant operam, et magis publicum quàm priuatū damnum vitant: ita cùm finis præcepti sit charitas, cuius effectus est vinculum pacis, omnes nostræ actiones ad hunc finem, videlicet ad seruandam vnitatem Spiritus. in vinculo pacis, dirigēdæ sunt. Vnde aliquādo ne ecclesiæ pax perturbetur, tolleranda sunt aliqua mala. nec hoc contra conscientiam, imò secundum charitatis scientiam est. Hoc ipsum beatus Augustinus exponens, ait: Vnde manifestum est, à communione orbis, cui seu falsa, seu vera crimina, quæ Aphris intenditis prorsus ignota sunt. & ignota semper fuerūt, sacrilego schismate vos esse separatos: quāquam & illud non est tacendum, etiam cognitos malos bonis non obesse in ecclesia, si eos à communione prohibendi aut potestas desit, vel aliqua ratio conseruandæ pacis impediat. Idipsum paulò inferiùs docuit, dicens: Ex eadem ratione etiam Paulus apostolus falsos fratres tollerat, non enim de incognitis ait: Omnes sua quærunt. non quæ Iesu Christi, quos tamen secum fuisse manifestat. Ex quo autem genere sunt, qui vel thurificare Idolis, vel codices diuinos tradere, quàm mori maluerunt, nisi ex eorum, qui sua quærunt, non quæ Iesu Christi? Catholicus quidem doctor charitatis zelo secundum scientiam ecclesiæ schisma omnium facinorum pessimum esse existimat,

Aug epist. 164.

ſtimat,propter quod ad cauendum illud cætera mala,quæ pacis vinculũ nõ rumpunt,quando & quomodo tollenda,aut tolleranda ſint,opere & verbo docet. Vnde quia maius malum eſt ſciſma, quàm Eccleſiæ abuſus,ſi illi non poſſunt tolli, ſine ſciſmate tollerandi ſunt. Hinc eſt, quod maius ſacrilegium perpetrauit Lutherus ſeparando ſe ab eccleſia, quàm Papa, (quamuis factum fuiſſet, vt ſectarij falsò interpretantur) vendendo indulgentias,quia non iſtud, ſed illud pacis Eccleſiæ vinculum rumpit. Nam Papa indulgentias & beneficia vendente, ſi Lutherus non tacuiſſet,nec conſenſiſſet,nec emiſſet,animam ſuam, et cæterorum,qui vnitatem ſpiritus ſeruaſſent in vinculo pacis, à perditione liberaſſet. At per ſciſma ſe & ſuos ſectatores perdidit, charitatis nanque vinculum Deum cum proximo connectit. Si quis verò pacis vinculum,quo ligatur proximo,rumpit,etiam quo coniungitur Deo diſſoluit,quia idem eſt. Quare qui ab vna Catholica Eccleſia ſeparatur, à Chriſto abſcinditur: homines enim per vnam Sanctam catholicam eccleſiam Deo copulantur. Vt ergo non ſeparemur à Deo,tollerandi ſunt fratres: hoc Paulus docet, dùm Paul. ad Ephcſ. 4.
inquit: Obſecro itaque vos ego vinctus in domino, vt dignè ambuletis vocatione,qua vocati eſtis cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia ſupportantes inuicem in charitate,ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Sed ſectarij eos, qui ſciſmata religioſiores eſſe illis qui pacis vinculum ſeruant, dogmatizant. Quia iſti in Catholica vbi abuſus,illi in ſciſmatica Eccleſia,vbi non ſunt, vt illi ia-

ctant, conuersantur. Sed quantum illi à veritate ab-
August. de baptis. cont. Donat. lib. 2. ca. 7. *errent, Augustinus exponit, dùm inquit: Quare ergo vos separastis? quare cùm leuiora, quæ fingitis, fugi-gitis, ipsum sacrilegium scismatis, quod est grauius omnibus, commisistis? Et beatus Augustinus scisma non solùm abusibus, sed idolatriæ ecclesiæ pernitiosius esse existimat, dùm ait:* Lib. 1. ca. 8. *Itaq; illi quos baptizant, sanãt vulnere idololatriæ, vel infidelitatis, sed grauius feriũt vulnere scismatis: Idololatras enim in populo Dei gladius interemit, scismaticos autem terræ hiatus absorbuit. Scisma igitur grauiùs peccatũ quàm Idololatria censetur, non quod sit grauiùs, sed quia magis Dei ecclesiam perturbat, propter quod grauiùs punitur. Sed scismatici ecclesiæ abusus obseruantes, qui ecclesiæ vnitatem non rampunt, scismata & sectas, quibus à Catholica, & ab inuicem scinduntur, nihilò ducunt.*

Schismaticus non est præbẽs schismatis occasionem, sed separans se à catholica ecclesia.

Cap. 32.

ET ne sectarij declinent in malitiæ verba ad scismata excusanda, animaduertendum est, quod nõ omnis occasionem scismaticis præbens, est scismaticus. Nam si aliquis Ecclesiæ prælatus illigitimè ecclesiam administrando, aut prauè conuersando alijs occasionem separandi se ab Ecclesiæ vnitate præbuerit, non ideò est scismaticus, quia non ille, quamuis grauiter peccet, sed isti incitati vnitatem spiritus in vinculo pacis conseruantes scismatici

tici sunt: nam sicut serpens persuadendo Euæ, vt de ligno prohibito comederet, non ille, sed ista Dei præceptum, de non comedendo de fructu arboris, transgressa est, & iusticiam, immortalitatemq́; amisit: nec prætexendo serpentis astutiam excusauit, sed potiùs auxit suum crimen: ita Sectarij in Schismatis excusationem non possunt prætexere ecclesiæ abusus, nec prælatorum sæuitiam. Nam qui propter quascunq; causas incitati, seipsos ab ecclesia vnitate, & societate excludunt, nullo modo à peccato excusandi sunt: quia etsi is, qui alterum incitat, peccet, non tamen qui irritatur, cogitur ab ecclesia separari, neque propter incitamentum, sicut neque propter scandalum, qui perperam agit, excusatur. Quicunq; enim Catholicus, quantumcunq; vehemens irritamen, ad scisma vitandum, contēnere tenetur: incitatus quidem qui separat se ab ecclesia, scismaticus est, & ad paruulorū perniciem cooperatur: nam suo exemplo cæteros ad scisma magis, quàm ipse fluit, incitat, imò huiusmodi nō longè absunt ab hæresi Donati, quando in sui excusationem prælatorum tyrannidem, & peccata prætexunt, & propter hoc tā immane scismatis scelus excæcati, laborāt ignorātia eorū, quæ ad salutem sunt necessaria, à qua inexcusabiles sunt quia separauerūt se ab ecclesia, in qua fidei lumē iuxta Christi promissum nunquā extinguitur, et incurrerunt in tenebras hæresis. Neq; prælatorum inconsideratus zelus in expellendis hæreticis, sed potiùs illorum negligentia, vt hæreses pullularent, causa fuit: nam nullum malū tam serpit, quàm hæresis

ideo antequam germinet, exstirpanda est. Prælatorum etenim cunctatio in religionis controuersijs cōponendis, & illorum indulgentia in hæreticis et schismaticis puniendis Ecclesiam labefactat, vt Chrysostomus exponit, dùm ait: Alius irritatus minatus est se defecturum à recta fide, ne id quidem supplicio dignum, eo quod ira, animiq́ commotione peccauit. Quin et innumera reperiret aliquis huius generis quotidie peccata inuehi Ecclesiæ. Hanc ob causam deridiculi facti sumus & gentibus & Iudæis, cùm ecclesia in mille partes scinditur. Etenim si quis à diuinis præscriptis resilire conabatur, & Paulum quidem secus quàm oportet tentabat, mox ab initio fuisset adhibita conueniens increpatio, nequaquam nata fuisset hæc pestis; haudquaquam tanta tempestas Ecclesias occupasset, &c. Nec temerè existimandum est, ecclesiæ prælatos prius non monuisse Lutherum, quàm eius doctrinam, eumq́ damnassent. Sed postquam Lutherus suā pertinaciam propalauit, necesse fuit illum præscindere ab ecclesia: nam pertinaces iuxta expressum dei verbum nō sunt tollerandi: Dic enim ecclesiæ, inquit Scriptura: si autem ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Hūc modum corrigendi pertinaces semper obseruatum fuisse in ecclesia, Augustinus docet, cùm ait: Sed quia in area hac pro voluntate quisque vel palea, vel frumentum est, tam diu sustinetur peccatum, aut error cuiuslibet, donec aut accusatorem inueniat, aut prauā opinionem pertinaci animositate defendat: exclusi autem aut pœnitendo redeunt, aut in nequitiā mali

Chrys. sup. ca. 1 ad Ga.

Matth. 18.

Aug. de vera reli. c. 6.

liberi

liberi defluunt ad admonitionem noſtræ diligentiæ, aut ſchiſma faciunt ad exercitationem noſtræ patientiæ, aut hæreſin aliquam gignunt ad examen ſiue occaſionem noſtræ intelligentiæ. Hi ſunt exitus Chriſtianorũ carnalium, qui non poterunt corrigi aut ſuſtineri. Etſi Philippus Luherum iniuſtè fuiſſe damnatum aſſerit, tamen Lutherus iuſtam fuiſſe ſuam condemnationem, verbo & opere affirmat. Nam ab Eccleſia Catholica exiuit, & particularem contra vniuerſalem conſtituit eccleſiam. Si enim Lutherus poſt condemnationem etiam iniuſtam (quod tamen nemo crediderit) in eccleſia, in qua baptizatus eſt (vt Paulus præcipit) cum omni humilitate & manſuetudine, Ad Eph.4. *cum patientia ſupportans contra ſe latam condemnationem in charitate ſolicitus ſeruaſſet vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis, nec recentẽ, nec particularẽ eccleſiã diſtinctam à catholica inſtituiſſet, manifeſtè oſtẽdiſſet iniquã fuiſſe ſententiam: ſed cùm cõtrariũ feciſſet, illum iuſtiſſimè condemnatum fuiſſe, manifeſtiſſimum eſt. Hanc doctrinam beatus Auguſtinus* Auguſt.de *vnitatis eccleſiæ amãs, & illius inuictiſſimus propugnator,* ve.rel.c.6. *non humano, ſed diuino afflatus ſpiritu, exponit: Sæpe, inquit, ſinit diuina prouidentia per nonnullas nimium turbulentas carnalium hominum ſeditiones expelli de congregatione chriſtiana etiam bonos viros: quam contumeliam vel iniuriam ſuam cùm patientiſſimè pro eccleſiæ pace tulerint, neque vllas nouitates vel ſchiſmatis, vel hæreſis moliti fuerint, docebunt homines, quàm vero affectu, & quanta ſynceritate charitatis Deo ſeruiendum ſit. Talium ergo*

virorum propositum est, aut sedatis remeare turbinibus, aut si id non sinatur vel eadem tempestate perseuerante, vel ne suo reditu talis aut sæuior oriatur, tenent voluntatem consulendi, etiam eis ipsis quorum motibus perturbationibusq; cesserunt, sine vlla conuenticulorum segregatione vsque ad mortem defendentes, & testimonio iuuantes eam fidem, quam in ecclesia catholica prædicari sciunt. Ex hac sententia quicunque pius vir Scismaticorum, & Sectariorum excusationes illorum esse accusationes, clarissimè cognoscet.

Schismatis præbens occasionem licèt non sit Schismaticus reus, tamẽ est Schismatis.

Cap. 33. *Sicut ab Ecclesiæ deficientes vnitate quanquam irritati, & Scismatici, & inexcusabiles sunt, ita irritantes illos, etsi in Ecclesiæ vnitate manentes, non sicut à peccato scandali excusabiles. Scriptura enim ait: Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris: væ mundo à scandalis, necesse est enim, vt veniant scandala: veruntamen væ homini illi, per quem scandalum venit. His quidem verbis Christus cauendum esse scandalum, & maximè ab ecclesiæ prælatis, docet. Nam magistratuũ peccata magis, quàm priuatorũ scandalizant, quia illorum scelera, magis quàm istorum in rempublicã referuntur. Inter cæteras quidem seditionum causas, quæ rempublicã non solum frequenter perturbãt, sed plerun-*

Matt. 18. c.

plerunq; euertunt: Magistratuum peccata esse Aristoteles exponit, dùm inquit: Superbia enim et auaritia, eorum qui gubernant, homines prouocant contra se, & contra statum eius reipublicæ, quæ ista fieri patiatur: auaritia verò quandoq; ex priuatis rebus fit, quandoq; ex publicis. De honore etiam clarum est, & quid valeat, & quomodo causa sit contendendi: ipsi enim inhonorati, & alios honoratos cernentes, seditionem aggrediuntur. Hæc autem iniustè quidem fiunt, cùm præter dignitatē honorantur quidam, vel inhonorantur: iustè verò, cùm secundum dignitatem. Atq; idem Aristoteles præcipuā causam inter alias ad seruandam reipublicæ pacē, esse regis studium religionis, asserit. Videri etiam, inquit, oportet ipsum, videlicet regem, erga religionem Deorum affici vehementer: minus etiam formidabunt populi, ne quid contra iustitiam fiat, si religioni illum deditum existimabunt, ac Deorum timorem habere: minusque contra illum audebunt insurgere, quasi deos habeat propitios, & fauentes. Si igitur in terrena ciuitate illa seditionis, & istud vnitatis & pacis sunt causæ, multò magis in dei ecclesia (in qua auaritia, & superbia tanquam omnium malorum causa damnantur, & verus Dei cultus tanquam summa iustitia præcipitur) Scismatum et pacis erunt causæ. Nā prælatorum superbia, auaritia, et irreligiositas, magis quàm regum, populū scandalizat: quia prælati ex ecclesiastico officio humiliores, liberaliores, et religiosiores illis tenentur esse. Atq; propter ista mala plures defecisse ab ecclesiæ vnitate manifestißimum est.

Arist. pol. li.5.ca.3.

Cap. 11.

Nostra

Noſtræ tempeſtatis ſectarij ore negant Donatiſtarum hæreſin, factis autem profitentur.

Cap. 34. *INter reipublicæ quoque pacem, & Eccleſiæ vnitatem hoc intereſt, quod illa ab hominum communi cõſenſu pendet: quare ſicut ab hominibus reſpublica congregata fuit, ita ab illis poteſt diſſolui: ſed eccleſiæ vnitas à Deo pendet, ideo ab hominibus non poteſt diſſolui. Hinc eſt, quod neque prælatorum ambitio, nec auaritia, nec irreligioſitas tollit à Dei eccleſia vnitatem: nam etſi propter iſta aliqui ab illa ſeparentur, tamen illa ſeruat vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Sed ſciſmatici & ſectarij, cùm auaros, ambitioſos, & irreligioſos prælatos ab Eccleſiaſticis dignitatibus deponere non valeant, populum chriſtianum ab illis ſeparare, & particulares eccleſias conſtituere ſtudent. Vnde vindictam quam de de eccleſiæ prælatis non poſſunt accipere, in Chriſti corpus, quod eſt eccleſia, exercent. Chriſtianam enim ſimplicem plebem in varias ſectas ſcindentes, ſciſmata & hæreſes excitarũt, & quod ſectarij in prælatorum odium illa faciant, ipſimet teſtantur. Caluinus. ſed hic, inquit, ô Deus, vnde incipiam à doctrinâ ne, an à moribus? Quid dicam, aut quid tacebo, vbi deſinam? Et infrà ſubdit. Primùm enim arcanum illius theologiæ, quæ inter eos regnat, caput eſt, nullum eſſe Deum. Alterum, quæcunque de Chriſto ſcripta ſunt, ac docentur, mendacia eſſe & impoſturas. Tertium, doctrina de futura vita, & vltima reſurrectione, meras eſſe fabulas.*

Caluin. c. 8 par. 67.

Part. 69.

Si

Si quis igitur Caluinum à Dei spiritu malo raptum, & velut arreptitium ista dixisse asseruerit, nihil aberrauerit: nam huiusmodi asserere non hominis, sed diaboli temeritas est. Sed diuina prouidentia factum est, quòd quantò illis verbis Caluinus sui cordis prauitatem manifestauit, tantò ad Dei ecclesiam astruendam sufficientius testimonium reddidit, & seipsum mendacij damnat. Postquam enim ille diabolico afflatus spiritu, tria tam impudentissima, quàm falsissima testimonia aduersum Romanam ecclesiã protulisset, quæ dixerat retractans, ait: Non omnes ita sentiunt, et pauci ita loquuntur, fateor. Si enim fateris non ita omnes sentire, & paucos ita loqui, ergo in ecclesia Romana multi sunt, qui rectam fidem habent. ex quo illic vera est ecclesia. Nam cùm illic teste experientia, circa fidei dogmata nulla sit controuersia, omnes concorditer rectam fidem profiteri, & per consequens Dei ecclesiam esse, oportet. Quare Caluinus asserens in Romana ecclesia aliquos circa fidem non rectè sentire, aliquos verò rectè credere secum pugnat: quia cùm in Romana ecclesia circa fidẽ non sint variæ sectæ, illic aut omnes errare, aut rectam omnes tenere fidem oportet: sed iuxta Caluini sententiam non omnes errant, igitur omnes rectè credunt, quia illic omnes pari consensu eandem profitentur fidem. Manifestè igitur colligitur, quòd sectarij infamando Papam, ecclesiam cui præsidet, à qua Lutherus, cæteriq́; sectarij exierunt, sanctam Dei ecclesiam esse profitentur. Sed ô bone Deus, quid est, quod tam frequenter prælati improperantur à sectarijs?

rijs? Nullum sectarij verum dogma oppugnant, nullum etiam falsum astruunt sine prælatorum contumelijs, dicterijs, scōmatibus et derisionibus, ob quam causam verè in hæresis Donatistarum suspicionem apud probos viros venerunt, quam opinionem, quæ meritò de illis habetur, si falsam esse persuadere velint, verba, quibus clerum infamant, à suis commentarijs & concionibus expungere oportet: quod si fecerint, proculdubio bona pars controuersiarũ è medio auferetur: nam ex illis fere omnia dissidia orta sunt. Illa enim, quæ beatus Augustinus Manichæis obijcit, tam nostri sæculi sectarijs, quàm illis conueniunt. Nolite, inquit, colligere professores nominis christiani, nec professionis suæ vim aut scientes, aut exhibentes. Nolite consectari turbas imperitorum, qui vel in ipsa vera religione superstitiosi sunt, vel ita libidinibus dediti, vt obliti sint, quicquid promiserint Deo. Et infrà: Nunc vos illud admoneo, vt aliquando ecclesiæ catholicæ maledicere desinatis, vituperando mores hominum, quos & ipsa contemnat, & quos quotidie tanquam malos filios corrigere studet: sed quicunq; illorum bona voluntate, Deiq; auxilio corriguntur, quod omiserant peccando, pænitendo recuperant. Qui autem voluntate mala in pristinis vitijs perseuerant, aut etiam addunt grauiora prioribus, in agro quidem domini sinuntur esse, & cum bonis seminibus crescere, sed veniet tempus, quo zizania separentur: aut si iam propter ipsum Christianum nomen magis in palea, quàm in spinis esse arbitrandi sunt, veniet etiam qui aream purget, & à frumen-

August. de mor. eccl cathol. lib. 1. cap. 34.

frumentis paleam separet, et singulis partibus pro suo cuiusq; merito quod oportet summa æquitate distribuat. Vos interea quid sæuitis, quid excæcamini studio partium? quid tanti erroris longa defensione implicamini? fruges in agro, frumenta in area quærite: apparebūt facilè, seseq; offerent ipsa quærētibus: quid nimis in purgamenta oculos intenditis? quid ab opimi horti vbertate imperitos homines sepium asperitate terretis? Est certus aditus, quamuis pauci oribus notus, quo poßit intrari: quem vos aut esse nō creditis, aut inuenire non vultis. Sunt in ecclesia catholica innumerabiles fideles, qui hoc mundo non vtantur: sunt, qui vtantur, tanquam non vtentes. Hæc Augustinus. Quo nihil profectò clariùs, nihilq; veriùs auersus nostri sæculi sectarios dici potuit.

Ecclesiæ præpositi ecclesiæ pacis ergo, aliquando quidem honoribus renunciare, abusus autem semper exstirpare tenentur. Cap. 35.

Ecclesiastica quidem disciplinæ, id est morum inclinatio maximè huius sæculi deploranda est. Neque hoc malum quia vetus contemnendum est (à tempore quidem Pauli incepit. Ipse enim inquit. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur) imò enim quàm vetus, tam periculosum, ideò magis curandum. Sed cauendum est, ne maius damnum inferatur Ecclesiæ per indiscretum remedium, quàm sit illud,

quod

quod patitur tollerando aliqua mala, quod per nostri seculi sectarios (experientia testante) factum est: qui, vt religionis abusus tollerent, varias sectas, & scismata excitarunt: & vt mores componerent, omnem Ecclesiasticam administrationem, & omnem gradum perturbarunt, & confuderunt, perinde ac si quis ad ebrietatem tollendam vites exstirparet. Qui igitur ecclesiæ membrum est in hoc calamitoso sæculo, imitetur sanctam matrem ecclesiam, de Augu epi. 119. *qua Augustinus ait: Ecclesia Dei inter multam paleam, multaque zizania constituta multa tollerat, et tamen quæ sunt contra fidem, vel bonam vitam, non approbat, nec tacet, nec facit. Hæc Augustinus. Quod si quis mihi dicat, hæc omnia in sectariorum congregationibus fieri, quæ de ecclesia Augustinus scripsit, intelligat oportet, illa non esse contra fidem, aut bonã vitam, quæ ecclesia particularis, aut priuatus homo, sed quæ ecclesiæ communis sensus definit, morum denique deformitas quam nobis sectarij obijciunt, tantùm abest, vt per illos sit reformata, vt potiùs deformior, & pernicior euaserit: sed non praui mores, sed ecclesiæ scismata, & sectarum dißidia, ex quibus mali mores indies magis, magisque augentur, illis obijcimus. Quod si vtrique, quod in altero reprehendat, nõ deest, ad pacem ecclesiæ componendam, nullum melius remedium, et ad dißidia sedanda inueniri potest, quàm illud, quod Paulus docet, vt beatus Augustinus* Aug. li. de vni.. Ec. cap. 3. *exponit, dùm ait: Si enim vera sunt crimina, & quæ à nobis in illos, & quæ ab ipsis in nos dicuntur, faciamus, quod ait apostolus: donantes nobismetipsos sicut*

cut & Deus in Christo donauit nobis, vt maligni homines nec illi qui fortè fuerunt, vel sunt apud nos: vel qui vel fuerunt, vel sunt apud illos, impediant concordiam nostram, & vinculum pacis vno eorum scelere correcto, quod se frustrà separauerunt ab vnitate orbis terrarum, cùm tales haberent. Hactenus Augustinus. *Quod si non vultis nobis donare, quæ peccauimus, saltem Christo parcite, quem membratim scinditis, dùm in illius Ecclesia dißidia seminatis: nã seditio, quæ in inuidiam prælatorum excitatur, magis Ecclesiam, quàm illos lædit, vt beatus Chrysostomus exponit, dùm ait: Si enim in nos vltionem exercere volueritis, modum ac rationem facilè tibi tradam, quo sine tuo damno vlciscare: imò non potest fieri, vt sine damno planè vlciscaris: veruntamen cùm minore nocumento poteris, alaphis me percute, conspue, publicè reprehenso plagas intenta. Horres ista audiens? si vbi iubeo vt percutias me, ita horres, quomodo dominum tuum proscindis, & non horres, dominica membra discerpis, & nihil tremis: paterna domus est ecclesia, vnum corpus est, & spiritus vnus, si me punitum cupis, de me ergo sumpta vltione, gradũ sistito. Quid pro me Christum lædis? imò quid contra clauos acutos calcitras? Verùm ad scandala tollenda, Ecclesiæ prælati, non solùm abusus extirpare, sed quandoq; honores deponere tenentur, quod beatus Chrysostomus exponit, dicens: Igitur si de nobis ista suspicamini, parati sumus prælaturam hanc relinquere, quandocũq; volueritis, modo vna sit ecclesia, &c. Hæc quidem B. Chrysostomi feruens charitas, pro*

Chrys. ad Ephe. 4. hom. 11.

fectò quanquam rara, tamen (non in homine, sed in Deo confidens) si in hoc calamitoso sæculo ad ecclesiæ sediciones sedandas, fuisset necessaria in prælatis, illam non defuturam existimo. Nam quanquam in singulis prælatis desideretur, tamen si in concilio fuissent legitimè congregati, non desideraretur. Huius rei præclarum exemplum refert Augustinus, dùm inquit. Dicam charitati vestræ & commemorem rem dulcißimam, & suauißimam, quam domino adiuuante sumus experti, cùm ante ipsam collationem inter nos aliqui fratres de hac re colloqueremur, quia pro pace Christi Episcopi debent esse, aut debent non esse, quod vobis fatendum est, circũspicientes omnes fratres & coepiscopos nostros, non facilè nobis occurrebant, qui hoc vellent suscipere, & de hac humilitate domino sacrificare dicebamus, vt fieri solet, ille potest, ille non potest, ille consentit hoc, ille non tollerat, loquentes magis pro suspicionibus nostris, quia corda illorum videre minimè poteramus. Quando autem ventum est, vt hoc palam fieret, in concilio vniuersorum tam frequenti penè trecentorum Episcoporum sic placuit omnibus, sic exarserunt omnes, vt se parati essent Episcopatum pro Christi vnitate deponere, & non perdere, sed Deo tutiùs commendare, &c. Hæc quidem prælatorum rara humilitas contra Schismaticũ venenum efficax esse antidotũ, nemini dubiũ est: sed an ad præsentis seculi dißidia sedãda illa sufficiat, certũ non est, quia sectarij non solùm ecclesiæ prælatos, sed etiã illorũ potestatẽ, atq; omnem ecclesiasticã administrationẽ tollere, aut variare, ac fidem

Aug. li. de gest. cum emer.

dē innouare student, Vnde etsi propter pacem ecclesiæ deponere Episcopatum oporteat, tamen nec propter hæreticos, nec Scismaticos fidei doctrina, & morum legitima disciplina, quantumcunq; scandalum oriatur, prætermittenda est.

Ecclesia ex qua sectarij exierunt est apostolica. Cap. 36.

QVoniam sectarij ad suos excusandos, et astruendos errores Dei ecclesiā à fidei synceritate defecisse prætexerunt: ideo Constantinopolitana synodus ad illorum detegendas, & reuincendas technas, ecclesiæ notas in apostolorum symbolo positas, videlicet, Sanctam Ecclesiam Catholicam, explicauit, cùm ait: Et vnam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Illa enim vocula, Apostolica, particulares ecclesias, & fideles non solùm cum vniuersa præsenti, & contemporanea, sed cùm prisca illa Dei Ecclesia vnitatem spiritus in vinculo pacis seruare definit. Quare quotquot sunt in ecclesia, in qua Patriarchis Prophetæ, & istis apostoli successerunt, fidem per apostolos explicatam vnanimiter profitentur. Et quia apostolorū prædicatione, magis quàm prophetarū vaticinijs fidei mysteria fuerūt explicata: ideo per apostolos magis, quàm ꝑ prophetas ecclesia fuit promota. Hinc factū est, ꝙ christianus populus plura dei mysteria et explicatiùs, quàm Israelitica plebs crediderit, et per hāc promotionē dei ecclesia nō variata, sed melior facta est. Sicut enim iuuētus infantiæ, pueritiæ, et adolescentiæ succedens, hominem non variat,

sed perficit, ita apostolorum doctrina non variauit, sed explicauit prophetarum vaticinia, & Ecclesiam tandem perfecit: & propter hanc causam ecclesia per Apostolorum prædicationem, doctior quàm antea, euasit. Vnde Dei Ecclesia à Christi aduentu, nō quod excludat prophetas, sed quod illos, ac Christum in lege promissum, explicet, vocatur apostolica: quia fidem, quam prophetæ implicitè docuerunt, eandem apostoli explicitè docuerunt. Apostolorum doctrina, non noua, sed antiqua est: ex quo fit, quod per hāc nō tam Apostolica, Sectariorum ecclesia à Dei ecclesia discernantur. Nam Catholica præsens ecclesia diuinam scripturam vnanimiter iuxta apostolorum prædicationem exponit, & credit: Sectariorum verò ecclesiæ suo arbitrio innitentes, variè exponunt Dei verbum, & in fidei dogmatibus cum antiqua ecclesia seruare pacem falsò affirmant. Confeßio Augustana: hæc, inquit, summa est doctrina, quæ in ecclesijs nostris traditur, & consentaneam eße iudicamus & propheticæ, & apostolicæ scripturæ, & catholicæ ecclesiæ, postremo etiam Romanæ ecclesiæ, quatenus ex probatis scriptoribus nota est, &c. Profectò si confeßio Augustana fuisset consentanea antiquæ ecclesiæ apostolicæ, proculdubio etiam cum præsenti ecclesia seruasset concordiam in dogmatibus: quia præsens catholica ecclesia, quam Sectarij in orbe terrarum inuenerunt, Apostolica est. Nam cùm tunc temporis Ecclesiæ omnes vnitatem spiritus in vinculo pacis seruassent, non plures, sed vna fuit ecclesia, & illā Apostolorum doctrinam retinuisse neceße est, aliàs

Aug. cōfe. in Epilo.

Dei ecclesia euanuisset. Quare Sectariorum, cœtus qui cum præsenti Dei ecclesia in fidei dogmatibus nō concordant, ne cum antiqua, sanè nec cum scripturis concordant, quia præsens ecclesia non alia à prisca, sed eadem est.

Catholica ecclesi a sine apostolica doctrina non potest perstare. Cap. 37.

Patriarcharum quidem, & Prophetarum fides, secundum quod per Apostolorum prædicationē fuit explicata, tam necessaria ecclesiæ, quàm fundamentum domui existit: quia ecclesia supra fundamentum Apostolorum perstat. Paulus enim: Iam non estis, inquit, hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum, et Prophetarum. Quare nostri sæculi Sectarij asserentes Dei ecclesiam permansisse, & apostolicam doctrinam defecisse, toto cælo aberrant: quia apostolica doctrina fundamentum ecclesiæ est, & illa deficiente, Dei ecclesiam desinere, necesse est. Sed Caluinus aduersus hanc apostolicam doctrinam: nihil est enim, inquit, quod magis Sathā moliatur. Et infrà: Eius arte factum est, vt pura verbi prædicatio aliquot sæculis euanuerit, & nunc eadem improbitate incumbit ad labefactandum ministerium, quod tamen sic in ecclesia Christus ordinauit, &c. Hanc verò assertionem esse hæreticam, fidei articulus expressè docet, dùm ait: Vnam Sanctā catholicam, & apostolicam ecclesiam. Illa etenim vocula, Apostolica, verbi puram prædicationem à Chri- Calu.ca.8. part. 5.

sti aduentu tam perennem esse, quàm ecclesiam, manifestè docet. Cùm enim homines non nascantur, sed renascantur in Christo, necessaria est verbi pura prædicatio: si enim hæc in ecclesia euanuisset, Deus deficeret in necessarijs. Nam sicut Deus qui naturæ est auctor, in illis, quæ ad mundi stabilitatem spectant, non deficit: etenim animalia & cætera corruptibilia quamuis continuè moriantur, alia illis succedunt, quia naturalis potentia ad generandum similia non deficit: ita, imò multò magis in Dei ecclesia potentia ad propagandos Dei filios nunquã deficit. Atq; hanc quidem propagationem per prædi-

Ad Cor. 4. *cationem fieri, Paulus exponit, dùm inquit: Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres: nam in Christo Iesu per euangelium ego vos genui. Et in alio loco scriptura ait: Quot-*

Ioan. 1. ca. *quot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Quare pura Dei verbi prædicatio, & per consequens verbi ministerium, quod Christus ordinauit vsq; ad sæculi consummationem, in ecclesia nunquam deficiet: atq; de hac verbi prædicatione, & ministerio, expressa*

Mat. 28. *promissio facta est à Christo. Data est, inquit, mihi omnis potestas in cælo & in terra: euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis: & ecce ego vobiscũ sum*

Augu. epi. 80. *omnibus diebus vsq; ad consummationem sæculi. Beatus Augustinus hunc scripturæ locum de verbi Dei ministerio intelligendum esse exponit, dùm inquit: Non itaq;*

itaq; sic dictum est apostolis: Eritis mihi testes in Hie rusalem, & in tota Iudæa & Samaria, & vsq; in extremum terræ, tanquam ipsi soli quibus tunc loquebatur tantum munus fuerint impleturi: sed sicut eis solis videtur dixisse, quod dixit: Ecce ego vobiscum sum vsq; in consummationem sæculi: quod tamen eum vniuersæ ecclesiæ promisisse, quæ alijs morientibus, aliis nascentibus hic vsq; in sæculi consummationem futura est, quis non intelligat? Sicut eis & illud ait, q ad eos omninò non pertineret. Cùm videritis hæc omnia, scitote, quia prope est in ianuis. Ad quos enim hoc pertinet, nisi ad eos qui in carne tunc erunt, cùm omnia cõplebuntur? quãtò magis illud, quod ex magna parte per eos agendum fuit, quãuis & posteris eorum eadem actio seruaretur. Hæc ille. Igitur in Catholica Ecclesia pura verbi prædicatio nunquã est defutura. Quod si prædicatio euanuit, necessariò etiã & fides defecit, quia fides, vt scriptura inquit, ex auditu, auditus aũt per verbũ Dei. Quare deficiẽte pura verbi prædicatione, Ecclesiam quoque desinere est necesse. Ecclesiæ quidem fundamentum, quod est fides, non aliter, quàm per verbi puram prædicationem iacitur, vt Paulus docet, cùm inquit: Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante? Et cùm per verbi puram prædicationem fundamentum totius ædificij spiritualis iaciatur, si Sathanæ molimine factum est, vt verbi pura prædicatio aliquot sæculis euanuisset, tunc nullum Ecclesiæ fundamentum fuisset positum,

et per consequens portæ inferi, id est Sathan, iam præualuisset aduersus Christi ecclesiam, imò potius aduersus Christum, qui illam fundauit. Vnde Christum in ecclesiæ structura non posuisse stabile fundamentum, & non stetisse promissis, Caluinus velit nolit, oportet fateatur. In huiusmodi enim blasphemias, Caluinus cum suis collegis ad suos errores astruendos, & Schismata excusanda cogitur erumpere.

Pura verbi dei prædicatio tam perennis est, quàm ecclesia.

Cap. 38. *SEctarij quidem ad vnum errorem propugnandũ, alterum excogitarunt. Nam ad astruendam verbi puram prædicatiouem euanuisse, Ecclesiam, & falsa dogmata contra fidei synceritatem profiteri, et iniquas leges contra bonos mores tulisse, falsissimè affirmant. Augustana confessio: nunc Dei, inquit, beneficio reuocatur Ecclesia ad veros & vtiles cultus, quos Deus probat, & requirit. Prophetæ grauissimis concionibus deplorant hanc ecclesiæ calamitatem, quod veris cultibus extinctis in ecclesia regnaturæ sint humanæ ceremoniæ, & impia fiducia ceremoniarum. Et ab hoc errore reuocant ecclesiã ad veros cultus, & ad vera bona opera. Caluinus etiam eundem errorem affirmãs, ait: Cùm tamen prædicit Paulus venturam defectionem: hac descriptione significat, sedem illam abominationis tunc erigendam, vbi vniuersalis quædam defectio Ecclesiam occuparit, &c. Sed omnes istos cum fidei symbolo pugnare, nedum*

Aug. cõfc. arti. 20.

Calu ca. 8. para. 68.

dum secum manifestè constat. Nam modo aiunt nũquam ecclesiam desiuisse, & modò negant. Quid quod si dei ecclesia à fidei synceritate defecit, illa proculdubio non solùm defecit, sed desiuit. Si enim priuatus homo propter manifestum Schisma, aut hæresin non solùm coram Deo, sed etiam respectu hominum desinit esse Christi membrum, multò magis ecclesia deficiens à fide, nec Christi corpus, nec sancta est: nemo enim sine fide placet Deo. Quare defectionem vniuersalem occupare Christi Ecclesiam est impoßibile, quia tunc ecclesia omninò desiuisset, & deficiendo hæretica fuisset. Atq; sectarij propter hanc causam comminiscentes, se ab ecclesia defecisse, fidei articulum negant. Augustana confeßio: facilè, inquit, posset sarcire concordiam, & ordinis auctoritatem tueri, si vitiosos cultus, & iniustas leges aboleret. Caluinus quoque eidem sententiæ subscribens, ait: In eum modum cùm res habeat sub Papismo, intelligere licet, quid ecclesiæ illic supersit, pro verbi ministerio peruersa & mendacijs conflata illic regnat institutio. Et infrà: Quare nullum est periculum, ne ab exitiali tot flagitiorum participatione desciscendo ab ecclesia Christi diuellamur, &c. Si igitur vos desciscendo ab ecclesia vniuersali, non estis separati à Christi ecclesia, proculdubio Dei ecclesia per vniueruersalem defectionem facta est Sathanæ, & per consequens, multò ante Lutheri prædicationem catholica Dei ecclesia desiuisset, quod manifestaria hæresis contra symbolum fidei est. Verùm Caluinus, ad hoc inconueniens vitandum, in aliud maius et magis ma-

Aug. cõfe. de abusi.

Calu. ca. 8. part. 10.

n:festum inciait: nam postquam vniuersalem defecti onem occupasse ecclesiã asseruisset, ne hoc dogmatizãdo, ecclesiam desiuisse, videatur asserere, illicò addidit: Vtcunq; multa ecclesiæ membra in vera fidei vnitate sparsim perseuerent, &c. Sed hoc esse hæreticum, manifestum est: nam sicut corporis membra capiti non copulantur, si corpus à capite fuerit præcisum: ita si vniuersalis ecclesia per vniuersalem defectionem illam occupantem à Christo defecisset, illius membra in vera fidei vnitate permanere non potuissent: nullus enim nisi per ecclesiam potest Deo copulari. Vnde vniuersali Ecclesia deficiente singulos fideles deficere, & in vera fidei vnitate non permanere est necesse: nam sicut corpus non à membris, sed ista ab illo pendent, ita ecclesiæ stabilitas non à membris, sed istorum firmitas ab ecclesiæ firmitate dependet.

Calu.ca.8. part. 68.

Atque hanc doctrinam Caluinus sibi pugnantem exponit, dùm inquit: Sed talem ecclesiæ vnitatem cogitare, in quam nos esse insitos verè persuasi sumus: nã nisi Christo capiti nostro per hanc cum omnibus mẽbris eius coniunctionem compacti Et infrà: Quando extra ecclesiæ vnitatem nullam esse salutem scriptura pronunciat, &c. Si enim extra ecclesiæ vnitatem, sicut extra arcam Noë non est salus, perspicuum est, cùm per vniuersalem defectionem ecclesiæ fides, & vnitas euanuisset, nullum potuisse in ecclesiæ vnitate saluari, quia in vniuersali defectione, non fidei, sed erroris vnitas est. Vnde qui asserit vniuersalem ecclesiæ defectionem, profectò, velit nolit, fidei articulum: vnam Sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam

Calu.ca.8. part. 1.

fiam, negat, & hæreticus est. Quia si vniuersalis defectio occupasset ecclesiam, illa non fuisset sancta: sine fide enim impoßibile est placere deo. Et si non est sancta, non Dei, sed Sathanæ Ecclesia est.

Vniuersalem defectionem occupare catholicam ecclesiã est impossibile.

Cap. 39.

CAluinus quidem illam Pauli sententiam, nisi venerit discessio, cõtra fidei articulum, vnam Sanctam, Catholicã, & Apostolicam ecclesiam, detorquet. Nam addens illi hanc voculã, vniuersalis, Dei verbum deprauat. Paulus quidem non ait vniuersalis discessio, sed discessio: illa enim vocula vniuersalis cùm sit nota Dei ecclesiæ, si coniungatur huic verbo, defectio, ecclesiã dei abolet. Nã simul esse vnam Sanctam, Catholicam Ecclesiam, & Ecclesiæ catholicã defectionem, secum pugnant: quia vtrumuis alterum destruit. Vniuersalis enim defectio Dei ecclesiam occupans, vniuersalem ecclesiam omninò tollit. Quare manifestè colligitur, Caluini expositionem esse hæreticam, & contra fidei articulum, videlicet: vnam Sanctam Catholicam Ecclesiam: quia fidei articulus vniuersalem defectionem nunquam occupaturam ecclesiam definit. Ex quo fit, quod quanquam aliquæ particulares ecclesiæ à catholica defecerint, et plures homines fuerint hæretici quàm catholici, tamen vniuersalis defectio nunquã occupabit ecclesiã: quia Catholica ecclesia non in illis multis qui deficiẽdo ex ecclesia exierint, sed in illis paucis qui

qui vnitatem spiritus in vinculo pacis seruauerint, permanebit. Istos enim esse in Apostolica ecclesia, Paulus exponit, dùm inquit: Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus, & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus reuelauit: veruntamen ad quod peruenimus, vt idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula. At Sectarij cùm in apostolicis dogmatibus, quæ in ecclesia inuenerunt, non permansissent, nec idem sapuissent, extra catholicā sunt ecclesiam, et in illis iniquitatis mysteriū iam est efficax, quia defectio non dei catholicam ecclesiam, sed sectarios occupauit. Atque isti profectò, & non vna catholica ecclesia, quæ columna & firmamentum est veritatis, defecerunt. Vnde Caluini malus animus, & cæca mens aduersus sanctā ecclesiam deprehenditur, dùm ille ex Pauli verbis catholicū sensum (videlicet, quod quanquam defectio multa ecclesiæ membra occuparit, tamen Catholica ecclesia vtcunque in vera fidei vnitate permansit) colligere non studuit, sed vt comprobaret, se non esse ecclesiæ filium, sed immanissimū hostem, hæreticum eligens sensum, inquit: Cùm tamen prædicit Paulus veuturam defectionem: hac descriptione significat, sedem illam abominationis tūc erigendam, vbi vniuersalis quædam defectio ecclesiam occuparit, vtcunq; multa ecclesiæ membra in vera fidei vnitate sparsim perseuerent, &c. Sed interrogandus est Caluinus, an illa ecclesiæ membra, quæ vniuersali defectione occupante Ecclesiam in vera fidei vnitate sparsim perseuerare asserit, sint hæretici clancularij, quales apud Anabaptistas fertur esse.

Paulus ad Philip. 3.

Calu. ca. 8. partit. 68.

Huius-

Huiusmodi enim vnitatem spiritus seruare extra ecclesiam non possunt: nam sine fidei confessione, & sine participatione Sacramentorum, non est salus: corde enim credere ad iusticiam, & ore confiteri ad salutem, necesse est. Igitur si illa membra palam non confitebantur veram fidem, non seruabant etiam vnitatem spiritus in vinculo pacis. Quod si illa ecclesiæ membra palam fidem confitebantur, igitur defectio non fuit vniuersalis. Neq; illa septem millia, quæ in populo Israel non coluêre idola, astruunt Caluini *errorem: nam illa non fuerunt clancularia, sed manifesta membra ecclesiæ, non sparsa, sed vnita. Et derelinquam mihi, inquit scriptura, in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal. Beatus Augustinus: nam in ipsa Samaria, inquit, & Helias, & Heliseus erant, etsi in solitudine, non tamen deuitandorum Sacramentorum causa, sed quia persequutionem à regibus impijs patiebantur: nam illic erant non vtiq; in solitudine separata, quæ ipse ignorabat Helias, septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Hæc ille. Illa nanque septem millia etsi latebant Heliam, quia ille in ciuitatibus non conuersabatur, manifestaria ecclesiæ membra fuerunt: nam communicabunt in vera religiône. Quia etsi aliqui Israelitæ defecerunt ad idololatriam, tamen alij vnitatem spiritus in vinculo pacis cum manifestaria Dei ecclesia, quæ remansit in Iudæa, seruarunt. Tunc enim temporis in populo Israel, non solùm fuit vna religio, sed plures, vna videlicet vera, & altera falsa. Quare non omnes ad vnam*

3. Reg. ca. 19.

Augu. côt. Doua post cola. c. 20.

vnam pertinebant ecclesiam. Fideles igitur sub Dei ecclesia erant, quæ, etsi aliqui defecerint ab illa, ipsa tamen non deficit à Deo: quia si ipsa defecisset, nec Helias, nec illa septem millia in fide perseuerassent.

Templũ in quo Antichristus sedebit, non Dei, sed Sathanæ ecclesia est.

Cap. 40.

ATque Caluinus non solùm asserendo, vniuersalem defectionem occupasse Ecclesiam, sed affirmando pontificem Romanum Antichristi esse ducem, diuinam deprauat scripturam, ac dei ecclesiam impiam, seu potiùs omninò desiuisse asserit. Antichristum, inquit, in templo Dei sessurum Calu ca.8. para. 15. *prædixerunt Daniel & Paulus, illius scelerati regni ducem apud nos facimus Romanum pontificem, quod sedes eius in templo Dei collocatur, &c. Sed illi beati Petri sententia maximè conuenit. Sicut et charissimus, inquit, frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epi-* 2.Petri 3. *stolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles deprauãt sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Sectarios esse indoctos, & instabiles, eorum varia dissidia, & noua doctrina clarissimè ostendunt: nam illi, vt maiori licentia noua dissidia moueant, & ad excutiendum ecclesiæ iugum, quod vniuersalis defectio ecclesiam occupauisset, et quod Papa illi præsidens sit Antichristi dux, falsò affirmant. Atque ad hoc probandum, vt beatus Petrus dicit, scripturas deprauant, & vt clariùs Caluinum diuinarum scriturarum deprauatorem esse intelligamus, Pauli verba*

ba in medium ponamus. Ne quis, inquit vos seducat vllo modo: quoniam nisi venerit discessio primùm, et reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita, vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus, etc. Illa quidem verba, ita vt in templo Dei sedeat, si quis de vniuersali ecclesia interpretetur, absq; dubio scripturam deprauat, quia sedere Antichristum, est illum dominari, et regnare: sed illum in dei ecclesia dominari est impossibile: quia si in aliquo ecclesiæ membro peccatũ regnaret, tunc illud non Dei, sed Sathanæ templum esset. Igitur si Antichristus in vniuersali ecclesia regnaret, illa non Dei, sed Sathanæ ecclesia fuisset. Paulus: nescitis, inquit, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt enim, inquit, duo in carne vna: qui autem adhærent domino, vnus spiritus est. Item in alio loco ait. Non regnet peccatũ in vestro mortali corpore: & vt exponeret, quid sit regnare, illicò addidit. Vt obediatis cõcupiscentijs vestris: per hanc enim obedientiam, qua homo obedit peccato, Sathan regnat in hominibus. Nam qui facit peccatum, seruus est peccati, & homo qui Dei templum fuit, obediendo peccato Diaboli membrum & templum fit. Sicut enim fideles membra sunt Christi, & Ecclesia Christi est corpus, & Deus in Ecclesia sedet, id est, regnat: ita etiam suo modo Diabolus habet sua membra, & corpus,

Paul. 2. ad Thess. c. 2.

1. ad Cori. 6. cap.

&

& in illis sedet, & in illis dominatur. Atq; huiusmodi Antichristi regnum futurum prædixit Paulus, dum inquit: Qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanqnam sit Deus. Paulus quidem quale sit templum, in quo Antichristus sessurus sit, per illius simulatam diuinitatem explicauit. Nam non dixit, ostendens se esse Deum, sed ostendens se tanquam sit Deus. Vnde si Idola habuerunt templa, non quod illa veri Dei essent, sed quia in illis diuini honores impiè idolis exhibebantur, Deorum templa dicebantur: ita Antichristus ostendens se tanquam Deum, non in templo veri Dei, quod est vna sancta, catholica, & apostolica ecclesia, sed in cœtu impiorum perinde ac si esset Dei ecclesia sedebit, id est, regnabit, & tanquam Deus diuinos honores à suis membris exiget & impiorum cœtus, tanquam Deum illum colet. Atq; ille quidem impiorum cœtus, non quod sit, sed quod olim fuisset, ideò dei templum dicitur. Hunc esse diuinæ scripturæ germanum sensum, beatus Augustinus exponit, dùm ait: Sed in quo templo Dei, vt Deus sit sessurus incertum est: vtrum in illa ruina templi, quod à Salamone rege constructum est, an verò in ecclesia: non enim templum alicuius idoli, aut dæmonis templum Dei apostolus diceret. Vnde nonnulli non ipsum principem, sed vniuersum quodãmodo corpus eius, id est, ad eum pertinentem hominum multitudinem, simul cum ipso principe suo hoc loco intelligi Antichristum volunt: rectiusq; putant etiam latinè dici sicut in græco est, non in

Paul. 2. ad Thess. c. 2.

Aug. de ciuit. lib. 20. ca. 19.

in templo Dei, sed in templum Dei sedeat, tanquam ipse sit templum Dei, quod est ecclesia, sicut dicimus, sedet in amicū, id est, velut amicus, vel si quid aliud isto locutionis genere dici solet. Beatus quoq; Anselmus inquit: Et ita erigetur, vt sedeat, & se adorare iubeat in templo dei, fortasse quod est in Hierusalem, vel potiùs in templo Dei sedebit, id est, in mentibus christianorum, quos seducet, qui fuerunt templum Dei. Nam iuxta hunc sensum dicitur in Psalmo: Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum. Gentes enim polluerunt templum Dei, quando pagani quosdam christianos in persequutione Idolis sacrificare coëgerunt. In huiusmodi igitur templo sedebit Antichristus, ostendēs se tanquam sit Deus, id est, super eorum mentes, quos seducere poterit, fastu gloriæ secularis erigetur, ita vt cùm sit homo peccator, homo tamen existimari despiciens Deum, se super homines mentiatur, &c. Horum profectò sanctorum expositio cum fide constat. Nam Ecclesiam esse Dei templum, & in ea regnare Antichristum, cum verbo Dei pugnat. Paulus enim: nolite, inquit, iugum ducere cum infidelibus: quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? quæ autē conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? qui autem consensus templo Dei cum Idolis? Vos enim estis templum Dei viui, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus: propter quod exite de medio illorum, & separamini, dicit dominus, &

Ansel. 2. ad Thessa 2. c.

Paul. 2. ad Cor. 6.

immundum ne tetigeritis, & ego recipiã vos, & ero vobis in patrem,& vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens. Iste diuinæ scripturæ locus non figuratè loquitur: ideo per istum tanquam magis clarũ cætera loca obscuriora sunt interpretanda. Vnde manifestè colligitur, quod Dei templum, in quo Antichristus sedebit, non sit Dei ecclesia, sed sicut Antichristus non erit verus, sed simulatus Deus ita templum, in quo sedebit, non veri Dei, sed Sathanæ ecclesia erit: & qualis Deus ille erit, huiusmodi templum habebit. Quare non Papam, nec cæteros ordinarios ecclesiæ præsides, qui ecclesias in vinculo pacis continent, sed hæreticos & sectarios Antichristi esse duces, Catholica Ecclesia confitetur. Nam per istorum falsam prædicationem multi à catholica fide defecerũt. Sed cùm huiusmodi scripturarum expositiones non solùm difficiles sunt, sed inuidiæ seminarium sint, ab illarum disputatione cauendum esse, beatus Augustinus monet, dùm inquit: Sed quoniam multa in alios, vel ob alia dicta in quos volunt, & ad quos volũt, maledicti plerunq; conuertunt, multa etiam propter exercendas rationales mentes figuratè atq; obscurè posita, per ænigmatis imagines, vel ambiguitatis ancipitem sensum, fallaci aliquando interpretationi consonare, & conuenire creduntur. Hoc etiã prædico atq; propono, vt quæque aperta manifestè diligamus, quæ si in sanctis scripturis non inuenirẽtur, nullo modo esset, vnde aperirentur clausa, & illustrarẽtur obscura. Verbi enim gratiâ videte, quàm facilè sit vel nobis in eos dicere, vel illis in nobis, quod ait dominus Pharisæis

Aug. de vnit. Eccl. cap. 5.

risæis: Similes estis monumentis dealbatis. Et infrà: Hæc siue in illos à nobis, siue ab eis in nos dicãtur, nisi prius probetur manifestissimis documentis, qui sint, qui cùm sint iniusti, iustos se ipsos confingant, conuiciante magis leuitate, quàm conuincente veritate, di ci quis mediocriter sanus ignoret? Aliter quippe illa dominus in Pharisæos dicebat, tanquam dominus, id est, cognitor cordis, & humanorum omnium secretorũ et testis & iudex. Nos autem priùs debemus inuenire, & ostendere quid arguamus, ne ipsi potiùs grauissimo crimine insanæ temeritatis arguamur. Hic quidẽ beati Augustini cãdor animi in proximi mori bus corrigẽdis, in hoc infælicissimo sæculo desideratur.

Sectarij vniuersalem ecclesiæ defectio nem asserentes, sibi non constant. Cap. 41.

TEstimoniũ perhibentes sectarij de ecclesia, hæreses, quas aduersus illã excogitarunt, expugnãt, sibiq́; metipsis non constãt. Caluinus enim de ecclesia differens, inquit. Est enim nostra omniũ mater, penes quam gratiæ suæ thesauros depositos esse voluit dominus: quò et eius fide conseruentur, et per eius ministeriũ dispensentur. Et infrà ait: Nõ parũ est aũt nos in eius Ecclesiæ vnitatẽ accitos, scire, quæ à Domino deo electa, segregataq́; corpus est, et plenitudo Christi, colũna & firmamentũ veritatis, ꝑpetuũ habitaculũ Dei viui. Item. Accedit, quòd veritatẽ dum in ecclesiæ sinu continemur, sẽp nobis constaturã securi sumus, etc. Philippus etiã eandẽ sententiã confirmãs, ait: Nihil dubiũ est ecclesiã alligatã esse ad euãgeliũ. Et in alio loco ait: In ecclesia donũ est interpretatiõis, etc. Si

Calu. ca. 8. part. 1. Parti. 3. Philip. in Apolog.

igitur Ecclesia alligata est Euangelio, & donum interpretationis habet, vt iste asserit, profectò nō potest errare. Similiter, si ecclesia, vt ille asseruit, gratiæ thesauros habet, et eius fide illi conseruantur, & dispensantur, & quod veritatem, dum in ecclesiæ sinu continemur, semper nobis cōstaturam securi sumus, procul dubio verbi prædicatio nunquam euanuit, nec vniuersalis defectio occupauit ecclesiam, nec ecclesia errare potuit. Nam ista cum illis ex diametro pugnare, ipsemet Caluinus testatur, dum ait: Deinde si vera ecclesia est columna, ac firmamentum veritatis, certum est, non esse ecclesiam, vbi regnum occupauit mendacium, & falsitas, &c. Omnes igitur sectarij aut ecclesiam nunquam errauisse, aut si errauit, illā desiuisse, necessariò concedant oportet. Nam Dei ecclesiam non posse à fide deficere, Paulus exponit. Vt scias, inquit, quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. His quidem verbis columna & firmamentum non defectio, sed firmitas significatur, et quia hæc firmitas nō in errore, sed in veritate est: ideò Paulus addidit hanc voculam, veritatis, qua, ecclesiam non posse à fidei veritate deficere, definit. Istam sententiam Caluinus apertius multò exponit, ad hūc modum, Ecclesiam esse columnam ac firmamentum veritatis: quid autem aliud volunt hæc verba, quàm in ecclesia conseruari Dei veritatem prædicationis? Item ait: Quòd ergò non extinguitur in mundo veritas, sed salua perstat, id fit, quòd fidā habet custodem Ecclesiā, &c. Omnia hæc verißimè vniuersali eccle-

Caluin. c. 8 par. 9.

Ad Timothæum 3.

Ca'ui. c. 8. par. 76.

sia

siæ conueniunt: vnde suis verbis Caluinus reuincitur. Nam si ecclesia Catholica Dei prædicationis veritatē fideliter custodit, propter quam causam nō extinguitur in mundo veritas, sed salua perstat? profectò nunquam vniuersalis defectio poterit ecclesiam occupare. Quare impossibile est, ecclesiam esse hæreticā, aut schismaticam: qualiscunq; enim Dei ecclesia fuit, aut est, aut erit, Dei domus, & columna, & firmamētum veritatis est: quòd si Dei domus est, profectò sancta est: atque si sancta, sine dubio non errat, sed credit: & non idola, sed deum colit: non diuisa, sed vnita vinculum pacis seruat. Vnde sectarij asserentes vniuersalem defectionem occupasse ecclesiam, illam non Dei, sed Sathanæ domum: non veritatis, sed falsitatis columnam, & firmamentum esse, atq; omninò desiisse concedant oportet.

In Dei Ecclesia nunquam fuit falsa religio. Cap. 42.

AT sectarij asserunt, quod ecclesiæ prærogatiuæ ac dei dona non in deformata, sed in reformata sunt ecclesia. Verùm ecclesiam ante Luthe ri prædicationem non in vniuersum desiuisse, sed in sidei doctrina fuisse deformatā, atq; quodāmodo defecisse falsò affirmāt. Philippus. Sicut igitur, inquit, in Iuda hæsit apud impios pontifices falsa persuasio de sacrificijs, sicut in Israel Baalitici cultus durauerūt, & tamen erat ibi ecclesia Dei, quæ impios cultus improbat: ita hæret in regno pontificio cultus Baaliticus, hoc est abusus Missæ. Cum hoc consentit etiā Caluinus, dùm inquit: Ecclesiæ status comparatur popu- Philipp. in Apo. Calu. ca. 8. para. 13.

lo Hæbreorum sub regibus Iudæ et Israel, quando populus ad idololatriam defecit, &c. Synagogam figuram fuisse ecclesiæ, nemo negat. sed ecclesiæ statū cōparari populo Hæbreorum, sectariorum commētum est. Nam Hæbreorum synagoga vnum verum Deum coluit, ac ad illum colendum proprios ritus, & speciale altare, & templum iuxta Dei reuelationem habuit. Verùm non omnes Hæbræi semper vnum Deum coluerunt, maximè sub regibus Israel & Iuda, quando illorum multi apostatauerunt à religione. Vnde aliud est Hæbreorum synagoga, & aliud populus seu regnum. In filio quidem Salomonis non Dei ecclesia, sed Hæbreorum respublica diuisa est, quia ex vno regno duo facta sunt, atq; in istis duobus regnis sicut in Gallia, Hispania, & Italia, vna dei ecclesia fuit, quia tēplum & sacramenta synagogæ symbola non fuêre variata, sed rex Israel hæreticorum figura apostatauit à vera religione, quod diuina scriptura exponit, dùm ait: Dixitq; Ieroboam in corde suo, Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, si ascenderit populus iste, vt faciat sacrificia in domo domini in Hierusalem, et conuertetur cor populi huius ad dominum suum Roboam regem Iuda, interficientq; me, & reuertentur ad eum. Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis, nolite vltra ascendere in Ierusalem: ecce Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti: posuitq; vnum in Bethel, & alterum in Dan. Simile quid factum fuit in regno Iuda. Et fecit, inquit, Iudas malū coram domino, et irritauerūt eum, super omnibus quæ fecerant patres eorum in peccatis

3. Reg. ca. 2. & 14.

suis

suis, quæ peccauerunt: ædificauerunt enim et ipsi sibi aras, & statuas, & lucos super omnem collem excelsum, & subter omnem arborem frõdosam. In Hæbreorum igitur populo sub regibus Israel & Iuda nõ vna, sed duæ religiones fuerunt. Nam quidam verum deum, alij verò idola coluerunt. Quare ecclesia Dei, in qua vnius Dei veri cultus viget, non aptè comparatur populo Hæbreorũ, in quo fuerunt duæ religiones, seu potiùs vna religio, & alia superstitio. Sed si quis Germanicã nationem populo Hæbreorum compararet, præsentem rerũ statum optimè explicaret. Nam sicut tunc in eadem Republica erant distinctæ religiones (erant enim qui idola, & qui Deũ colebant, tam in Israel quàm in Iudæa, & non idem templum, sed templa distincta habuerunt) ita in Germanica natione catholici in religione distincti sunt à sectarijs, habentq́ distinctos cœtus, & tamen respublica non plures, sed vna est, vt in Augustana ciuitate, in qua, quã quam vnus senatus, & vna respublica sit, tamẽ ecclesia catholica distincta est à sectariorũ ecclesijs. In eadẽ igitur republica, hæretici, idololatræ, & dei cultores reperiũtur. At in dei ecclesia cũ vera religione nũ quã falsorũ deorũ supstitionẽ fuisse, diuina scriptura in Samaritano populo exponit, dũ ait: Fuerũt igitur gẽtes istæ timentes quidẽ dominũ, sed nihilominus et idolis suis seruiẽtes. Nã filij eorũ et nepotes, sicut fecerũt patres sui, ita faciũt vsq; in præsentẽ diẽ. Samaritanos quidẽ nõ habuisse fidẽ expresse Christus docet, dũ ait: Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus q̄ scimus. Christus mulieri Samaritanæ tanq̄ vnus de po- 4. Regum 17. ca. Io in. 4.

pulo Iudæorum loquitur. Nos, inquit, videlicet Iudæi, scimus, id est, credimus, quod adoramus: nam Iudæi veram fidem habuerunt. Vos verò Samaritani, quod nescitis, id est, quod non creditis, adoratis: isti enim non habebant veram fidem: quid quod colebāt Idola, & Idolorum cultus ex falsa existimatione, seu errore oritur. Nam illi Deum Israel vti vnum ex cæteris aliarum gentium Dijs esse, opinati fuerūt. Quæ quidem opinio seu potiùs error cum fidei primo articulo pugnat: hic namq; articulus, Credo in vnum Deum, omnes falsos Deos excludit, & vnum verum asserit: quia fides istius articuli, Credo in vnum Deum, falsorum Deorum cultum excludit. Vnde nunquam à constitutione mundi Dei Ecclesia non excludit falsam religionem: nam vera religio falsam non admittit. Quare asserere quod Ecclesiæ status comparatur populo Hæbreorum sub duobus regibus, non solùm ineptissima, & contraria similitudo, sed blasphemia est. Nam in vniuerso populo Hæbreorum nec vna fides, nec eadem religio sub duobus regibus perseuerauit, imò sub eodem rege non tantùm vna dei ecclesia, sed varij cultus dæmonum fuerunt: nam idololatræ templa propria habuerunt. At in dei ecclesia, cui præest Papa, vna fides, & vna religio est, & hæc eadem in varijs non solùm fidelium, sed infidelium principū regnis reperitur. Hæccine est comparatio? Tantùm enim abest, vt ecclesiæ status populo Hæbreorum sub duobus regibus sit similis, vt potiùs omninò contrarius existat. Deniq; omnia quidem scripturæ & exempla, & loca, quæ sectarij ad catholica Ecclesiæ à fidei synceri-

synceritate defectionem astruendam, allegant, perperam ab illis interpretari Augustinus apertè satis exponit, dicens: Isti ergo imperitè vel fallaciter agentes, colligunt de scripturis talia, quæ vel in malos bonis vsque in finem permixtos, vel de vastatione prioris populi Iudæorum dicta reperiuntur: & volunt ea detorquere in ecclesiam dei, vt tanquam defecisse, ac periisse de toto orbe videatur. Tantùm ille. Prophetæ quidem falsam religionem regnaturã non in Dei Ecclesia (vt Augustana confessio comminiscitur) sed in populo Israel prædixerunt. Quare non dei ecclesia, sed populus Israel aut reuocatur ab errore, aut à deo deseritur: nam dei regnum ablatum est ab illo, & datum est gentibus. Deus enim suam ecclesiam de populo Israel transtulit in gentium populos, & Iudæorum domus est deserta, quia per Christi aduentum lex fuit adimpleta, & legis præcepta legalia & ceremonialia antiquata fuêre. August. de vnit. Eccl. cap. 72.

In Dei Ecclesia fides nunquam non pugnat cum hæresi. Cap. 43.

Sectarij quidem ex suis desidentibus conuentibus Ecclesiam æstimantes, illam cum fide falsa dogmata permixta habere falsò dogmatizant. Quia hæc dogmatum dißidia fidei naturæ, quæ est vna, & non errori, nec hæresi, quæ varia sunt, repugnant. Augustinus enim inquit: Videns autem diabolus templa dæmonum deseri, & in mentem liberantis mediatoris currere genus humanum, hæreticos mouit, qui sub vocabulo Christiano, doctrinæ resisterent christianæ, Aug. de ciuit. dei li. 18. ca. 51.

quasi possent indifferenter sine vlla correptione habe ri in ciuitate Dei, sicut ciuitas confusionis indifferenter habuit philosophos inter se diuersa & aduersa sen tientes. Qui ergo in ecclesia Christi morbidum quid prauumq́ʒ sapiunt, si correpti vt sanum rectumq́ʒ sapiant, resistunt contumaciter, suaq́ʒ pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, hæretici fiunt, & foras exeuntes habentur in exercentibus inimicis. Et in alio loco ait: Hæreses nãq́ʒ tam innumerabiles à regula christianitatis auersæ testes sunt, non admitti ad communicanda sacramenta eos, qui de patre Deo, & sapientia eius, & munere diuino aliter sentiunt, & hominibus persuadere conantur, quàm veritas postulat. Sic enim creditur & docetur, quod est humanæ salutis caput, non aliam esse philosophiam, id est, sapientiæ studium, & aliam religionem, cùm ij quorum doctrinã nõ approbamus, nec sacramenta nobiscum communicant, quod illis minus mirandum est, qui eorum quoqʒ sacramentorum ritus dispares esse voluerunt, sicut nescio qui Ser pentini, qui appellantur Manichæi, sicut alij nonnulli: sed in illis magis animaduertendum hoc, magisq́ʒ prædicandum, quia paria sacramenta celebrantes, tamẽ quia sententia dispares sunt, & errores suos animosiùs defendere, quàm cautiùs corrigere maluerũt, exclusi à catholica cõmunione & à participatione, quãuis parium sacramentorũ propria vocabula, propriosq́ʒ conuentus nõ in sermone tantùm, sed etiã in superstitione meruerunt, vt Photiniani, Arriani, multiq́ʒ præterea. Hæc Augustinus. Fides igitur nunquam

Aug. de vera re. ca. 15.

quàm simul fuit cum erroribus seu hæresibus. Nã vna Sancta Catholica & Apostolica Ecclesia hæreticis semper in faciem restitit, & eorum errores dãnauit: & fides inter hæreses ita emicuit, vt nunquam cum illis confunderetur. Hanc doctrinam Ecclesia ab apostolis accepit, & eã quia maximè necessaria, semper seruat. Paulus: hæreticum, inquit, hominem post vnã & secundam correptionem deuita: sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est, et delinquit, cùm sit proprio iudicio condemnatus. Theophilactus cũ Chrysostomo: Qui igitur, inquit, alio in loco ait, forsan dederit eis Deus pœnitentiã? Illic loquitur de ijs, qui spem emendationis suæ ostendunt: hic verò inemendabilẽ hæreticum dicit, qui & omninò peruersus est, & per sese condẽnatus est, qui defendere sese nõ valet. Haud enim dicere potest, nemo me corripuit, nemo docuit. Quãdo igitur post admonitionẽ in suo instituto, pertinaciaq́; pmanserit, suo ipse iudicio se cõdẽnauit. Hæretici enim quot & quales, & quomodo ab Ecclesia sint expulsi, Ecclesiastica historia & concilia clarissimè narrant. Verùm qui aliquod fidei dogma, nec explicitè, nec frequẽter in ecclesia traditũ citra pertinaciam, aut ignorat, aut dubitat, aut circa illud aliter quàm est, opinatur, nõ incredulus, sed credẽs est. De hac assertione Caluinus cũ catholicis conuenit. Quin etiã, inquit, poterit vel in doctrina vel in sacramentorũ administratiõe vitij quippiã obrepere, q alienare nos ab eius cõmunione nõ debeat: nõ enim vnius sunt formæ omnia veræ doctrinæ capita, sunt quædam ita necessaria cognitu, vt ita fixa esse & indubitata omni-

Paul. ad Titum 3.

Calui. ca. 8. par. 6.

omnibus oporteat, ceu propria religionis placita. Sunt alia, quæ inter ecclesias controuersa, fidei tamē vnitatem non dirimunt: si alteram citra contentionis libidinem, citra peruicatiam aßerendi, &c. Vnde si vniuersalis Ecclesia ab alicuius necessarij dogmatis fide defecisset, certè euanuisset: quia sicut in vnoquoque ecclesiæ membro huiusmodi defectio fidei vnitatē dirimit, ita imò multò magis in vniuersali ecclesia fidei vnitatem diremißet. Caluinus igitur cæteriq; sectarij si ecclesiam defecisse in dogmatibus ad fidem necessarijs asserunt, manifestarij hæretici sunt. Nam huiusmodi assertio cum fidei articulo, videlicet, vnā Sanctam catholicam ecclesiam expreßè pugnat. Ecclesiam quidem sanctam esse, & in necessarijs fidei dogmatibus deficere, manifesta contractio est: quia sicut hominem sine albedine esse album, ita ecclesiā sine fide esse sanctam, est impoßibile. Si verò Ecclesia à dogmatibus, quorum ignoratio & controuersia fidei vnitatem non dirimunt, defecit, cùm huiusmodi defectio ab alicuius priuati communione non debeat nos alienare, vt Caluinus quoq; cum catholicis asserit: multò minus ab ecclesiæ communione nos debet separare. Quapropter si sectarij propter huiusmodi defectionem separarunt se ab ecclesia profectò schismatici sunt, quia ecclesia per talem defectionem fidei vnitatem, & synceritatem non amisit: qui enim in fidei dogmatibus non necessarijs, aut non communiter explicatis non pertinaciter defecit, nec est hæreticus, nec ab ecclesiæ vnitate separatur: quemadmodum beatus Cyprianus, qui quamuis aßeruisset hæreti-

hæreticorum baptiſmum non eſſe verum, ac proptærea baptizatos ab hæreticis rebaptizandos cenſuiſſet, tamen non fuit hæreticus, quia non pertinaciter hoc aſſeruit: non enim damnauit hæreſis cæteros oppoſitum aſſerentes: quia illa baptiſmi controuerſia non planè examinata fuerat in eccleſia. Nunc verò poſtquam illa communiter in eccleſia definita eſt, dubitare circa illud dogma, aut errare, hæreticũ eſt.

Vnaquæque eccleſia cum cæteris pacis vinculum tenens catholica eſt. Cap. 44.

C*Aluinus verò nec eccleſiam catholicam liberè aut affirmare, aut negare audens, modò ſub Romano pontifice eccleſiam eſſe negat, modò ait. Cùm ergo, inquit, eccleſiæ titulum non ſimpliciter volumus concedere Papiſtis, non ideo eccleſias apud eos eſſe inficiamur, ſed tãtùm litigamus de vera & legitima eccleſiæ conſtitutione. Et infrà ait: Poſtremò etiã ſi hæc darentur omnia, exoriretur tamẽ illis nouum de integro certamen, cùm negamus eſſe Romæ eccleſiam, &c. Sed ſi quis aut Romæ, aut Mediolani eſſe eccleſiam negaret, profectò fidei articulum, vnam Sanctam catholicam eccleſiam, negaret: quia quamlibet eccleſiam vnitatem ſpiritus in vinculo pacis cum cæteris eccleſijs ſeruantem negare, perinde eſt, ac vniuerſalem eccleſiam negare: nam eccleſia vna & eadem eſt in omnibus particularibus eccleſijs. Quare negans aliquam particularem eccleſiam, catholicam eccleſiam, cuius illa communionem colit, negat: & credens etiam aliquam particularem*

Calu. ca. 8. para. 15.

Para. 17.

larem

larem Ecclesiam vinculum pacis cum cæteris seruantem, Catholicam ecclesiam credit: ideo cùm ecclesia Romana vnitatem spiritus cũ cæteris Ecclesijs in vinculo pacis seruet, qui negat illam, negat catholicam Ecclesiam, imò si ecclesia Romana seruans pacem cũ cæteris nõ est dei ecclesia, nulla dei ecclesia est in terrarum orbe: quia cæteræ cum illa communicant. Etsi illæ catholicæ ecclesiæ sunt, similiter Romana ecclesia est catholica: quia eadem ratio est de similibus.

Quare Caluinus concedendo ecclesias sub Romano Episcopo esse dei, & negando Romæ esse Ecclesiam, manifestißimè hallucinatur, quia Romana ecclesia tam est sub Papa, & vnitatem spiritus in vinculo pacis seruat, quàm alia quauis. Igitur aut in orbe terrarum nulla est ecclesia Dei, aut Romæ est. Sed Caluinus causam, propter quam non Romæ, sed alibi esse Dei Ecclesiam concedat, exponit, dùm inquit: Nam si Ecclesia secundum eum modum consideratur, cuius reuereri iudicium, cuius auctoritati deferre, Ecclesiã illus concedere non possumus, quin subiectionis & obedientiæ nececeßitas nos maneat, &c. Hoc illud est, Caluine, quod te & cæteros sectarios hæreticos facit. Nam superbia Diabolum à Deo, & sectarios ab Ecclesia separauit: sed nemo miretur, quod Caluinus Papæ contemnat obedire, cùm ipse fateatur, se non timere Deum. Longe, inquit, alia nostra fiducia est, quæ nec mortis terrores, nec adeo ipsum Dei tribunal formidat. Hæc profectò superbia plus quàm diabolica est: quia dæmones credunt & contremiscunt, & omnis sanctus Dei tribunal formidans, cum

Caluin. c. 8. par. 14.

Caluin. in præfat.

cum rege Dauid orat: Non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Sed Caluinus ista à Deo petere non indiget, quia securus, & impauidus est. Verùm si Romæ non est legitima ecclesia, cui obedire, & cuius communionem colere iubemur, nullibi profectò erit Ecclesia, cui obediendum sit: quia cæteræ Ecclesiæ illius communionem colant. Ex quo Romanæ Ecclesiæ non obedire, rebellare est catholicæ Ecclesiæ: & quia præter Catholicam Ecclesiam nulla alia est Dei Ecclesia, ideo sectarij Romanæ Ecclesiæ non obedientes, aut vniuersalem Ecclesiam euanuisse, aut non obediendo ex illa se exiuisse concedant oportet. Sed cum illud sit impossibile, istud ab illis factum fuisse, res ipsa loquitur: nam extra Catholicam Ecclesiam, ex qua Lutherus, cæteriq; sectarij exierunt, nulla potest esse Ecclesia, cui obediendum sit: atque ita omnes Romanæ Ecclesiæ non obedientes, schismatici aut hæretici sunt.

Legitima Ecclesiæ constitutio impiorum abusibus non fit illegitima.

Cap. 45.

SEctarij denique veritatis euidentia conuicti, cùm Ecclesiã Catholicam, in qua regenerati fuerunt, & à qua exierunt, & cui Romanus pontifex præest, Dei ecclesiã esse negare nõ potuissẽt, illã deprauatã asserũt, atq; de illius legitima cõstitutione litigãt: quæ controuersia temeraria est. Nã cùm catholicã ecclesiam esse Dei fateantur, illam esse legitimè constitutã dubitare

dubitare, hæreticum est. Sicut enim respublica ciuilis iustis legibus homines socians, non quod magistratus leges deprauet, atque inde plebs transgrediendi leges occasionem accipiat, prauaq; consuetudo sensim adolescat, ideò legitimam constitutionem amittit (quia legitima constitutio non à magistratibus, neq; à ciuibus abutentibus ac transgredientibus iustas leges, sed à iusto legislatore pendet) ita ecclesiæ constitutio quamuis plures illa malè, quam bene vtantur, non ideò sanctam & legitimam esse desiuit. In Christi quidem ecclesia tria præcipuè consideranda sunt, videlicet fidei doctrina, publicorum munerum administratio, & singulorum fidelium mores. Illud tertium ad omnes siue prælatos, siue subditos pertinet, atque Donatistæ propter illegitimos mores apud impios ecclesiam periisse, & apud se permansisse affirmarunt, propter quod ab vna catholica ecclesia defecerũt: & sectarij nostri sæculi, vt superiùs exposui, ab illorum errore non longè absunt, nam illi ecclesiæ catholicæ prælatorum mores improperãtes, indoctam plebem ab ecclesia diuidunt, quia indocta plebs ecclesiam propter fidelium præcipuè prælatorum scelera, quæ frequenter à sectarijs inculcantur, deprauatam fuisse, atque non Dei, sed Sathanæ ecclesiã esse existimant. Quare sectarij licèt se esse Donatistas verbo negent, tamen factis affirmant. Ad hunc enim corrigendum errorem, populum potiùs excitare deberent, quin vt ab illa deficere exhortari. Quid quod quanquam in ecclesia sunt praui mores, non ideò illa sanctitatem & legitimam institutionẽ amisit,

ſit,quia morum inclinatio nec humanas,nec diuinas leges reddit iniuſtas,nec ciuilis reipublicæ, nec eccleſiæ conſtitutionem legitimam deprauat. Haud diſsimile eſt exiſtimandum de munerum publicorum adminiſtratione: nam eccleſiæ ſacramenta quanquam indebitè miniſtrentur,tamen vera ſunt ſacramenta, quia propter miniſtri malitiam illorum legitima cõſtitutio non variatur: nec propter hominum malitiam,qui ad auaritiam, aut ambitionem legibus abutuntur,ſtatuta ſunt iniqua,nec abrogandæ ſunt leges:quia à primordijs eccleſiæ,qui munus prædicandi euangelium à Christo inſtitutum impiè abuterentur,non defuerunt:nec propterea traditio illa abolita eſt,imò quantò homines praui legitimis traditionibus abutuntur,tantò à probis viris legitimè, & ad eccleſiæ ædificationem illis vtentibus confirmandæ ſunt. Nec malitioſè exiſtimandum eſt,legem propter ambitionem,aut auaritiam,& non propter commune bonum ſtatutam eſſe,quia magiſtratus ſi aliquando ea abutitur, propter priuatum, & non commune bonum id facit. Igitur nec morum fidelium deformatio, nec iniqua prælatorum adminiſtratio impedit, quin in Dei eccleſia ſit legitima conſtitutio. Si enim propter abuſus ecclesia amiſit legitimam conſtitutionem, cùm Pſeudoapoſtoli, infidelesq; diſpenſatores nunquam defuiſſent,illa nunquam legitimam habuiſſet cõſtitutionem.quod certò aſſerere hæreticum eſt. Nam viuente Christo inter apoſtolos, ambitio & auaritia nõ defuit:vnus enim illorũ fuit proditor,et etiam aliqui eorum fuerunt increduli. Creſcente quo-

q; numero discipulorum Ecclesiæ viduæ despiciebantur in ministerio quotidiano, at q; prædicantibus apostolis falsi prophetæ, schismata, & hæreses non defuerunt in Ecclesia. Tempore quidem Ambrosij, Hieronymi, Chrysostomi & Augustini, multos abusus in ecclesia fuisse, nemo ignorat, nisi qui illorum monumẽta non legit, sed cum illis abusibus fuisse legitimã constitutionem beatus Augustinus exponit, dùm inquit: Ab istarũ ergo immundissimarũ potestatũ Tartareo iugo & societate pœnali erui per Christi nomen homines, & in lucem saluberrimæ pietatis ab illa perniciosissimæ impietatis nocte transferri quæruntur, & murmurant iniqui & ingrati & illo nefario spiritu altiùs, obstrictiusq; oppressi, quia populi confluũt ad ad ecclesias casta celebritate, honesta vtriusq; sexus discretione: vbi audiant quàm benè hic ad tempus viuere debeant, vt post hanc vitam beatè, semperq; viuere mereantur: vbi sancta scriptura, iusticiaq; doctrina de superiore loco in conspectu omnium personante, & qui faciunt, audiant ad præmium, & qui non faciunt, audiãt ad iudiciũ: quo etsi veniunt quidem talium præceptorum irrisores, omnis eorum petulantia aut repentina immutatione deponitur, aut timore vel pudore comprimitur. Nihil enim eis turpe ac flagitiosum spectandũ imitandumq; proponitur, vbi veri Dei aut præcepta insinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia postulantur. Hæc ille. Hæc inquam legitima ecclesiæ constitutio vsq; in præsentem diẽ permanet: nam catholica ecclesia eadẽ fidei dogmata quæ tunc, etiã nunc profe-*

Aug. de ciuit dei lib 2. cap. 28.

profitetur, & easdem hæreses quas tunc, nunc quoq; damnat, et quanquam in Ecclesia aliqui dispensatores sint infideles, tamen idonei ministri vnitatem spiritus in vinculo pacis seruantes, & verbo, et exemplo syncerè Dei verbum prædicantes non deficiunt.

Catholici doctores ecclesiæ asserentes constitutionem, nec impiorum, nec abusuum sunt participes.

ETsi Catholici pij viri in Dei ecclesia cum morum deformitate & iniqua administratione, legitimā ecclesiæ coustitutionem manere dogmatizant, tamē nec malos christianorū mores, nec iniquam administrationem (vt sectarij comminiscūtur) defendunt. Caluinus: iterum, inquit, istos appello, qui hodie Romanæ sedis patroni haberi volunt. Ecquid pudeat ipsos præsentem Papatus statum defendere? etc. Præsentem quidem ecclesiæ statū, nemo est qui non lugeat, nec qui quando & quomodo oportet, si quid deprauatum est in ecclesiastica administratione, non reprehendat. Sed animaduertendū est, quod aliud est ecclesiæ status, & aliud illius constitutio. Nam hæc est à Deo instituente ecclesiam, ac ideo Ecclesiæ constitutio legitima & sancta semper manet: Ecclesiæ verò pessimus status hominis malitiæ imputādus est, propter quā causam multi in Ecclesia legitimè constituta non secundum, sed contra legitimam constitutionem viuunt. Sicut enim mundus legitimè à Deo est institutus, & rerum naturalium Cap. 46. Calui. c. 8. par. 55.

constitutio semper maneat, tamen homo quia libertatē arbitrij habet, frequenter præter, aut contra istā constitutionem operatur, nec propter hoc mundi constitutio deprauatur, sed homo impiè contra Dei constitutionem operatur: ita Dei constitutio semper manet in ecclesia, quamuis fideles frequenter contra illā viuunt. Quare ecclesia existente legitimè constituta, tùm ecclesiæ administrationem, tùm mores propter hominis liberum arbitrium deformari contingit. Verùm sectarij hanc distinctionem non animaduertētes, ex eo quòd christiana religio in præsenti sæculo sit in pessimo statu, colligunt ecclesiam carere legitima constitutione. Quod hoc falsum est, quia non ecclesia, sed membra eius sunt deprauata: & hoc non fit, quod ecclesia careat legitima constitutione, sed quod ecclesiæ præpositi, & subditi non operantur iuxta legitimam ecclesiæ constitutionem. Quare in hoc infælicissimo sæculo illud, quod Christus dixit Iudæis, malis christianis dictum existimādum est, videlicet: Nonné, inquit, Moyses dedit vobis legem, & nemo ex
Ioan. 7. *vobis facit legem? Christus quidem hîc non legem, sed transgressores legis: non ecclesiæ constitutionem, sed membra ecclesiæ deformata reprehendit. Augusti-*
Aug. cont. Cresc. Grā. li. 2. ca. 30. *nus enim inquit: Attende certè ex his quæ dicta sunt, non cuicunq; licere nos dicere, sed ei pœnam esse, qui sanctum tractat illicitè: & eum esse corrigendum, non sanctum, quod illicitè tractat, illicitè rescindendum: sicut homines non legitimè lege vtentes corrigi volumus, non ipsam legem irritam ducimus: sicut dei testamentum illicitè per os suum assumentem reprehen-*

prehendimus, non ipsum testamentum negamus, aut scindimus. Iuxta hanc doctrinam catholici pij viri Ecclesiæ statum deformatum damnant, atq; ecclesiæ legitimam constitutionem ab apostolis traditam vsque in præsentem diem permanere constanter defendunt. Vti beatus Bernardus (quem sectarij pro se allegant) ministrorum illegitimam dispensationem seuerè reprehendit: sed ecclesiæ constitutionem esse legitimam vitæ exemplo, & doctrina docuit. Nam vnitatem spiritus in pacis vinculo seruans non separauit se ab ecclesia, nec aliam quemadmodum Lutherus, cæteriq; sectarij constituit, sed tantùm amicè ecclesiæ præpositos, tanquam fratres iuxta Christi mandatum arguit. Christus enim inquit: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Christus hac vocula, fratrem, extraneum, hostē, & inimicum corrigere non prohibet, sed fratris appellatione, quod non hostili, sed amico animo, non in vindictam, sed in remedium: non ad destructionem, sed ad ædificationem proximum corrigamus, docet, atq; quod arguendo fratrem ecclesiam non scindamus, sed illam tanquam matrem obseruemus, & illius communionem in vinculo pacis colamus, monet. Vnde pij viri Ecclesiæ administrationem corrigentes, & illius pacem seruantes, palam profitentur. Quod licet ecclesia in præsenti tot & tam fideles dispensatores, quot & quales in præterito sæculo non habeat, tamen tam legitimè nunc quàm olim constituta est, quia nō alia sed eadem est Ecclesia Pios qui-

Mtt. 18. a

dem viros Catholicæ ecclesiæ constitutionem propugantes. infideles ministros reprehendentes, & in pacis vinculo perseuerantes in ecclesiæ vnitate, impiorũ non esse participes, beatus Augustinus docet, dũm inquit: Quisquis ergo vel quod potest arguendo corrigit, vel quod corrigere non potest, saluo pacis vinculo excludit, vel quod saluo pacis vinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat: hic est pacificus, & ab isto maledicto immunis, quod scriptura dicit. Væ his, qui dicunt, quod nequam est bonum, & quod bonum est nequam, qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem, qui ponunt, quod amarum est dulce, & quod dulce est amarum, omninò liber, prorsus securus, penitus alienus. At sectarij Ecclesiæ ministros non tanquam fratres in ædificationem corrigunt, sed hostiliter in destructionem insectãt ur: quia à Dei ecclesia deficientes plures speciales cœtus inuicem contrarios aduersus catholicam ecclesiã instituerunt, atque Dei ecclesiæ non pacifici filij, sed hostes sediciosi sunt. Nam sanctorum testimonia aduersus ecclesiæ ministros allegantes, & ecclesiæ pacem, quam sancti seruarunt, rumpentes, semetipsos schismatis, & hæresis damnant.

Aug. cõt. Parm. li. 2. capi. 5.

Catholicæ ecclesiæ constitutio nec errorem credere, nec iniustam legem obseruare præcipit.

Ecclesiæ

Ecclesiæ legitima cõstitutio, id est, Apostolica doctrina, duo cõprehendit, videlicet, credibiliũ veritatem, & legum æquitatem. Quare Ecclesia nullũ falsum dogma proponit ad credendum, nullã- q; iniustam tulit legẽ, quia vtrunq; istorũ fidei ecclesiæ fundamẽto repugnat. Quid quod etsi furta, aut similia crimina nec fundẽtur super fidem, nec illam euertant, tamen lex (si esset) de furando, quemadmodum error circa aliquem fidei articulum, fidem Ecclesiæ fundamentum destrueret. Nam error circa morum institutionem hæresis fidei contraria est. Quare quamuis in Dei Ecclesia occulti hæretici, & hypocritæ sint bonis admixti, non ideò hæreses & iniquæ leges sunt admixtæ catholicæ fidei: sicut enim diuina scriptura nullum errorem continet, ita fides, in qua ecclesia fundatur, nullam hæresin patitur: quia diuina scriptura, fidei confeßionis, & oris confeßio, fidei quæ est in mente, signum est: illa enim tria, videlicet, fides mentalis, vocalis, & scripta, vt sic loquar, synonima sunt. Augustinus: vnde, inquit, christiani catholici & vos inter zizania numerãt, quia dominus exposuit, q̃d sit zizania nõ aliqua falsa veris scripturis immixta, sicut tu interpretaris, sed homines maligni, id est, imitatores diabolicæ falsitatis. In alio etiã loco zizaniæ parabolã exponẽs eandẽ sentẽtiã aptiùs multò astruit, dùm inquit. Cùm negligẽtiùs agerent præpositi ecclesiæ, aut cùm dormitionẽ mortis aciperẽt apostoli, venit diabolus, et superseminauit eos, quos malos filios dominus interpretatur. Sed quæritur vtrùm hæretici sint,

Cap. 47.

Aug. cont. Faust. li. 2. cap. 7.

Matth. 13. Aug li. q. ex Matth. ca. 11.

an mali viuentes catholici? poßunt enim dici filij mali etiam hæretici, quia ex eodem euangelij semine, & Christi nomine procreati prauis opinionibus ad falsa dogmata conuertuntur. Sed quod dicit eos in medio tritici seminatos, quasi videntur illi significari, qui vnius communionis sunt. Veruntamen quoniam dominus agrum ipsum non ecclesiam, sed hunc mundum interpretatus est, bene intelliguntur hæretici, quia non societate vnius ecclesiæ, vel vnius fidei, sed societate solius nominis christiani in hoc mundo permiscentur bonis: at illi qui in eadem fide mali sunt, palea potiùs, quàm zizania deputantur, quia palea etiã fundamentũ ipsum habet cum frumento, radicéq; communẽ. Hæc ille. Sicut nec in diuina scriptura, ita nec in fidei doctrina, nec in cordis christiana persuasione error est admixtus. Quare hæretici quanquam non circa omnes fidei articulos dummodo circa vnum, aut alterum errent, fidem non habent, catholici verò circa nullum hallucinantur. Isti igitur non illi in ecclesiæ fidei fundamento manent. Vnde si vnusquisque cœtus, totumq; ecclesiæ corpus legitima forma, id est, pura verbi prædicatione careret, vt Caluinus dogmatizat, nec idem fundamentum cum antiqua ecclesia haberet, nec communicaret cum illa, nec eadem ecclesia, sed alia fuisset. Sicut enim in scientijs ex eisdem principijs non deducuntur contrariæ conclusiones, ita in eodem fidei fundamento non fundantur contraria dogmata. Atque inde fit, vt in ecclesia, quæ à mundi principio vsque ad sæculi consummationem perseuerabit, vna

Calu. ca. 8. para. 15.

fides, & vna doctrina sit. Non enim Prophetarum ecclesia aliquod dogma contrarium ecclesiæ Patriarcharum credidit, nec apostolorum ecclesia aliquod contra patres & prophetas, nec præsens ecclesia aliquod dogma contra omnes illos credit. Nam etsi dogmatum quædam fuissent implicita patribus, quæ explicita fuerunt prophetis: similiter quædam implicita prophetis, quæ explicita apostolis: tamen hæc cognoscendi varietas, non dogmatum contrarietatem, nec circa fidem errorem inducit, sed aliquam inculpatam ignorantiam fuisse in ecclesia manifestat. Ante Christi enim aduentum, quanquam fuisset necessaria fides mediatoris, tamen non erat necessarium definitè credere, hunc hominem conceptum de Spiritusancto, & natum ex maria virgine, &c. esse Christum. Istud ergo dogma explicitum in Euangelio, non est contra implicitam fidem antiquorũ, quia tunc illud aliquomodo, id est, definitè, erat ignotum, modò verò est notum. Similiter post Christi aduentum quædam dogmatum sunt necessaria ad salutẽ, vti articuli fidei, & alia dogmata frequenter tradita in ecclesia, quorum ignoratio, aut dubitatio, aut error fidem destruit. Quædam verò non sunt adeò necessaria, nec ita frequenter docentur in ecclesia, & istorum ignoratio si non adest, contemptus non destruit fidem. Hinc fit, quod si ecclesia præsens non habeat spiritum prophetiæ, neque tot, ac tam doctos viros, quot & quales antiqua ecclesia habuit, atque ij diuina mysteria non ita exactè cognoscunt, sicuti Apostoli cognouerunt, nõ propterea habet errores, quia

est fundamentum & columna veritatis. Atque ideo qui ab ecclesia, quæ nunc est, & fuit ante Lutherum, dißident, vt sectarij præsentes, hæretici sunt: quod si ex nobis exierunt, id fit, quia non erant ex nobis.

Cap. 48. In Romana ecclesia syncera fides nũquam deficit.

ECclesiam quidem perseuerare vsque ad sæculi consummationem, non hominum naturæ, sed Dei dono tribuendum est. Atq; cùm ecclesia sine fide & legitima constitutione esse non poßit, hinc est, quod illa perseuerante etiam fides & legitima cõstitutio perseuerat necessariò: sicut enim si homo esset immortalis, illius essentiales partes, videlicet anima & corpus fuissent immortales: ita fidei synceritas, & legum æquitas, quæ ecclesiæ essentiales partes sunt erunt perennes, quia ecclesia est perennis. Et sicut per fidei articulum de perseuerãtiæ dono collato ecclesiæ, ita de legitimæ constitutionis perseuerantia facti sumus certiores. Quod donũ Romanæ ecclesiæ, quæ mater cæterarum ecclesiarum est, maximè cõuenit. Nã illa vnitatẽ spiritus in vinculo pacis semper seruat. Ad Calui. ca. 8. par. 56. *Romanæ quidem Ecclesiæ perseuerantiam astruendam contra sectarios satis est Caluini testimonium, quia quantò illo Ecclesiæ Romanæ inimicum se profitetur, tantò illius testimonium est sufficientius. Inquit enim: Quod cùm Orientales, & Græcæ ecclesiæ, Aphricanæ etiam multis opinionum dissentionibus inter se tumultuarentur, hæc (scilicet ecclesia*

clesia Romana) sedatior alijs, & minus turbulenta fuerit. Et infrà: Ac Romana ecclesia doctrinæ semel tradita fuit alijs omnibus tenacior, &c. Quam mirabilem Romanæ Ecclesiæ perseuerantiam, Caluinus non dei gratiæ, sed hominis naturæ malitiosè tribuit, cùm ait: Nam quo minus acuto, & celeri ingenio sunt occidentales Asiaticis & Aphris, eò etiam sunt rerum nouarum minus cupidi, &c. Quæ omnia Caluinum in Romanæ ecclesiæ odium asseruisse, ipsemet testatur: nam cùm ille in quibusdã Idololatris quædam naturæ dotes Dei esse dona affirmet (ego verò, inquit, fateor, quæ in Camillo fuerunt speciosæ dotes Dei fuisse dona) multò magis in fidei synceritate Romanæ ecclesiæ perseuerantiam, esse dei donum, fatendum fuisset. Nam si quo minus acuto ac celeri ingenio sunt occidentales Asiaticis & Aphricis, eò etiam rerum nouarum sunt minus cupidi. Vnde fit, vt in Germania homines sint nouarum sectarum amatores, ac nouitatis ita cupidi? profectò rerum exitus demonstrat contrarium: quia nunquam in Asia, nec in Aphrica fuerunt tot dissidia circa religionem, quot post Lutheri prædicationem in Germania sunt. Luthero quidem, quæ Ireneus de Valentino dicit, conueniunt. Tales quidem, inquit, secundũ eos sententiæ sunt, à quibus velut Lernæa hydra multiplex capitibus fera de Valentini schola generata est. Quare Romanam ecclesiam cæteris tumultuãtibus vnitatẽ spiritus in vinculo pacis seruasse, non naturale occidentaliũ hominũ ingenio, sed diuinæ gratiæ tribuendum est. Hanc perseuerantiæ dotẽ

Calu. ca. 8. para. 56.

Calu. ca. 2. para. 21.

Irene. li. 1. cap. 34.

dotem, specialiter Romanæ ecclesiæ, quia cæterarum ecclesiarum mater est, à Deo collatum fuisse, scri-
Lucæ 22. ptura testatur, dicẽs: Ait aũt dominus Simoni: Simon ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Theophilactus planus, inquit, huius intellectus is est. Quia te habeo vt principem discipulorum, postquàm negato me fleueris, & ad pœnitentiam veneris, confirma cæteros: hoc enim te decet, qui post me ecclesiæ petra es, & firmamentum: intellexerit autẽ quis non solùm de apostolis dictũ, quod cõfirmati fuerint à Petro, sed de omnibus qui vsque ad consummationem sæculi futuri sunt fideles. Hæc ille. Sicut enim Christus illis verbis, non deficiat fides tua, non solùm de Petri, sed de vniuersalis ecclesiæ fide loquutus est, quæ nunquam deficiet: ita ista verba, tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, non solùm de Petro, sed de illius successoribus intelligenda sunt. Vnde illi cui iniungitur confirmandi munus, etiam datum est dei donũ, quo in fide non deficit: nam illi qui deficere potest, frustrà, imò perniciosè traderetur munus, aut potestas confirmãdi cæteros, cùm nemo illi crederet, qui potest deficere. Posteaquam igitur Christi oratio fuit exaudita, in ecclesia nũquam Petri fides, nec qui confirmat fratres defuit: & hoc munus quanquã primò catholicæ, tamen secundario, & specialiter Romanæ ecclesiæ promissum est. Nam sicut Petrus inter apostolos primus, ita Romana ecclesia primatum inter apostolicas ecclesias tenet, ac in fide stabilis cæteras

teras confirmauit. Atque hoc quidem dei donum in Romana Ecclesia, quam beatus Petrus fũdauit, perseuerat. Nam in illa iuxta illud, quod Christus orãs à patre obtinuit, fides Petri, id est, Ecclesia nunquã deficit: & Petrus, id est, Petri successor semper suos confirmat fratres.

Romana Ecclesia à beato Petro fuit fundata. Cap. 49.

SEd Caluinus Petrum Romanam Ecclesiam non fundasse asserens, ait: Quanquã quod de sessione Petri in Romana ecclesia referunt, non video, quid fidei habere debeat. Et infrà: Opinio enim illa, quæ nescio quomodo inualuerat, fundatam & constitutam eam fuisse Petri ministerio, &c. Sicut enim contra negantes scientiarum principia non est disputandũ, ita negantes sensum communem ab hominum societate expellendi sunt, quia huiusmodi non sociales, sed fieri homines existunt. Quia sicut prima principia sunt euidentia, ita omnibus persuasum est, communes sensus esse credendos: Ecclesiam quidem Romanam fundatam fuisse Petri ministerio, & ibidem Petrum sedisse, catholicæ ecclesiæ communis sensus est. Quare si (vt Quintilianus ait) ea quoq; quæ vulgo recepta sunt, hoc ipso quod incertum auctorem habent velut omnium fiunt: simili modo istius assertionis beatus Petrus fundauit ecclesiam Romanam, & illi præfuit, catholica ecclesia tanquam certum & indubitatum assumpsit. Hieronymus enim cum omnibus catholicis scriptoribus, Simon, inquit, Petrus filius Ionæ, prouinciæ Galliæ, vico Bethsaida, frater Andreæ

Calui. c. 8. par. 55.

Quint. lib. 5. cap. 11.

Hieron. in catal. scrip.

drea apostoli, & princeps apostolorū post Episcopatū Anthiochiensis ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum, qui de circuncisione crediderunt in Ponto, Galatia, Capadocia, Asia, & Bithinia, secundo Claudij anno ad expugnandū Simonem magum Romam pergit, ibiq; viginti quinq; annis Cathedram sacerdotalē tenuit, vsq; ad vltimū annum Neronis, id est, decimum quartum: à quo & affixus cruci martyrio coronatus est, capite ad terrā verso, & in sublime pedibus eleuatis, asserēs se indignum, vt crucifigeretur vt dominus suus. Sed Caluinus vti in alijs ex diuina
AdGala. 2. *scriptura perperā intellecta communem sensum negat. Paulus enim inquit: Sed é contra cùm vidissent, quod creditū est mihi euangelium præputij, sicut Petro circuncisionis (qui enim operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes) et cùm cognouissent gratiā, quæ data est mihi, Iacobus & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dexteras dederūt mihi et Barnabæ societatis, vt nos in gentes, ipsi aūt in circuncisionem. Pro-*
Calu ca. 8. part. 55. *pter hanc societatem Caluinus Petrum non fundasse Romanā ecclesiā asserit. Proinde, inquit, vt societas illa, quā inter se pacti sunt, rata apud nos sit, imò vt spiritussancti ordinatio firma apud nos habeatur, in Pauli apostolatū magis, quàm Petri respicere nos cōuenit. Hæc proculdubio Caluini verba seminandi in Dei ecclesia discordiā, occasionem præbent: nam si inter gentes magis in Pauli, quàm in Petri Apostolatū respicere conueniret, similiter Iudæus magis in Petri, quàm in Pauli apostolatū respicere cōueniret. Qua-*
re

re ex istorum duorũ apostolorum prædicatione, non vna, sed duæ ecclesiæ fuissent fundatæ, nec inter illos fuisset societas: quæ omnia non modo schismata pariunt, sed manifesta hæresis est. Nam omniũ apostolorum idem fuit munus apostolicum: ex quo non magis in Pauli epistolas, quàm in Ioannis euangeliũ respiciendum est, quia idem spiritus qui fuit efficax in Paulo, fuit in omnibus apostolis, & eandem doctrinam omnes profitebantur. Sed Caluinus per hoc, quod Petro creditum fuit euangelium circuncisionis, falsè existimat, illum nunquam prædicasse Romanis: similiter de Paulo oportet quod falsè existimet, illum nunquam prædicasse Iudæis, quia creditum illi fuit euangelium præputij. At Paulum prædicasse Iudæis diuina testatur scriptura. Et continuò, inquit, ingressus in Synagogas, prædicabat Iesum, quoniam hic est filius Dei. Et infrà: Cùm venenißent Salaminam, prædicabant verbum Dei in Synagogis Iudæorum. Quibus etiam in hoc adiungi potest ex alio loco: Illi verò pertranseuntes Pergen, venerunt Anthiochiam Pisidiæ, & ingreßi Synagogam die Sabathorum, sederunt. Post lectionem autem legis & prophetarum miserunt principes Synagogæ ad eos, dicentes, Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite: Surgens autem Paulus & manu silentium indicens, ait: Viri Israelitæ, etc. Petrus similiter gẽtibus prædicauit. Nã Cornelius cẽturio gẽtilis ab illo accepit fidẽ, et factus est christianus: imò tam Paulus, quàm Petrus primò prædicauerunt Iudæis, & secundò gentibus, & simul

Acto. 9. e.

vtrisque

vtrisque, prout Lucas euangelista exponit, dum ait: Cumq́; dimissa esset Synagoga, sequuti sunt multi Iudæorum, & colentium Deum aduenarum, Paulū
Actor. 13. *& Barnabam, qui loquentes suadebant eis, vt permanerent in gratia Dei. Sequenti verò sabbatho penè vniuersa ciuitas conuênit audire verbum Dei: videntes autem turbas Iudæi repleti sunt zelo, & contradicebant his, quæ à Paulo dicebantur blasphemantes. Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes: sic enim præcepit nobis dominus Posui te in lucem gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ: Præterea tempore apostolorum Iudæi non solùm Palestinam, sed ferè omnes Asiæ, Aphricæ, & Europæ prouincias incolebant, Lucas enim ait: Erant in Hierusalem habi-*
Actoi. 2. *tantes Iudæi viri religiosi, ex omni natione quæ sub cœlo est. Et infrà: Parthi & Medi, & Elamitæ, et qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam, & partes Lybiæ, quæ est circa Cyrenem, & aduenæ Romani, Iudæi quoque & Proseliti, & Cretes, & Arabes, audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei. Romæ etiam plures habitasse Iudæos, Lucas refert, dùm ait: Cùm autem venissemus Romam, permissum est Paulo manere sibimet cum custodiente se mi-*
Actor. 28. *lite. Post tertium autem diem conuocauit primos Iudæorum, &c. In die quidem Pēthecostes Iudæi Romani Petro euangelizāte antequam Paulus in Chri-*
sto

sto fuisset natus, audierunt Christi Euangelium.

Beatus Petrus Romæ prædicãs Christum, non egit contra societatem, quam cum Paulo inierat.

Cap. 50.

R*Omanæ quidem Ecclesiæ primitias fuisse ex populo Iudaeorum non est dubitandum: nam Christus ex Iudæis Apostolos, qui Ecclesiam fundarent, elegit, quia Iudæi sub lege, tãquam sub pædagogo existentes, etsi illorum non multi christum receperũt, tamen quia in Christo crediderunt, religiosiores & doctiores quàm gentiles, qui sub idolorum cultu errabant, in primitiua Ecclesia fuerunt.* Romanam *quoq; primitiuam Ecclesiam ex Iudæis & gentibus congregatam fuisse, apostoli Pauli epistola clarißimè docet. Nam in illa Paulus duas illas nationes in vnã religionem cõgregat, quod Augustinus exponit, cùm ait: In epistola quam Paulus apostolus scripsit ad Romanos, quantum ex eius textu intelligi potest, quæstionem habet talem: Vtrùm Iudæis solis Euangeliũ domini nostri Iesu Christi venerit propter merita operum legis, an verò nullis operum meritis præcedentibus omnibus gentibus venerit iustificatio fidei, quæ est in Christo Iesu. Et infrà: Cœperunt enim nonnulli qui ex Iudæis crediderunt, tumultuari aduersus gẽtes, & maximè aduersus apostolum Paulum, quòd incircuncisos & legis veteris vinculis liberos admittebat ad euangelij gratiam, prædicans eis, vt in Christum crederent, nullo imposito carnalis circuncisionis iugo: sed planè tanta moderatione, vti nec Iudæ-*

Aug. in epist. expos. ad Rom.

os inflari, quod ipsi receperint Christum, quem illi crucifixerunt: tanquam enim (sicut alio loco dixit) pro ipso domino legatione consungens, hoc est, pro lapide angulari vtrunq; populum tam ex Iudæis, quàm ex gentibus connectit in Christo per vinculum gratiæ, vtrisque auferens omnem superbiam meritorũ, & iustificandos vtrosq; per disciplinam humilitatis associans. Beatus quidem Petrus Iudæis et gentibus habitantibus Romæ per Christi euangelium prædicans, societatem quam cum Paulo & Barnaba statuit, seu potiùs Spiritußancti ordinationem, tantùm abest, vt violaret, vt potiùs eum synceriùs obseruaret: quia Petrus Romanam fundando ecclesiam socius fuit Pauli, & Barnabæ. Paulus etiam & Barnabas prædicantes Christi euangelium in Synagogis Damasci, Salaminæ, & Antiochiæ, Pisidiæ societatem, quam cum Iacobo, Petro, & Ioanne inierant, non irritauerunt, imò si Paulus non prædicaßet gentibus simul & Iudæis, contra Christi euangelium, nedùm contra societatem ageret. Societas quidem quam Paulus & Barnabas cum Iacobo & Petro, & Ioanne inierunt, non, quod illi Iudæis, nec isti gentibus prædicarēt, excludebat: sed beatum Paulũ in societatem prædicationis admittebat. Nã beatus Paulus extraordinariè ad munus apostolicũ vocatus fuit: & ideò opus fuit, quod alij apostoli illũ in suam communionem reciperent, propter quod ascendit Hierosolymam, vbi ab apostolis examinatus, ordinatus est apostolus gentium, & in prædicationis Euangelij societatem admissus est. Non enim Paulus Petrum, sed Petrus Paulum in societa-

cietatem prædicationis admisit. Et Paulus quidem, quia Iudæis erat inuisus, gentium prædicator est ordinatus: quanquam non fuit illi prohibitum Iudæis prædicare, nam ad apostolicum munus spectat, omnes nationes docere Christi Euangelium.

Romana Ecclesia Hæbreorum, Græcarum, & Latinarum Ecclesiarum est mater. Cap. 51.

Romanos quidem priùs in Christum credidisse, quàm Paulus illis annunciasset euangelium, AdRom.1. *diuina testatur scriptura, dùm inquit: Primùm quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo. Et infra ait: Nolo autem vos ignorare, fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque ad huc, vt aliquẽ fructum habeam in vobis, sicut et in cæteris gentibus, etc. Verùm beatũ Petrũ Romanis annunciasse Christi euangeliũ, Chrysostomus cum Theophilacto præallegatum Pauli locũ exponens, testatur, dùm ait: Atqui Pétrus quoq; prædicauerat Romæ, verùm quæ ille gesserat, Paulus pro suis reputat: vsque adeo, vt dixi, purum est ab omni inuidentia & liuore, quod hic Paulus loquitur. Beatus nanque Petrus veniens Romam ad annunciandum euangelium principis apostolorum officio, quod à Christo suscepit, vsus est: nam cùm apostolorum tempore Romana vrbs dominaretur orbi, & Petrus apostolorum princeps semper in officio fuisset, ad illũ in capite orbis, caput totius ecclesiæ fundare,*

atque ibidem Episcopum agere spectabat, propter quam causam Romana Ecclesia non solùm Latinarum, sed Græcarum, & Hebrearum Ecclesiarum mater habita est. Nam apostoli quicquid mysteriorum fidei, eruditionis, & morum disciplinæ a Spiritusancto didicerunt, Romanæ Ecclesiæ tradiderunt. Et beatum quidem Paulum nullibi, quàm in epistola ad Romanos plura & maiora fidei mysteria fidelibus proposuisse, omnibus in Paulinis epistolis versatis est manifestum. Cùm enim beatus Paulus verbum dei fideliter, & prudenter dispensasset, paruulis & infirmis, lac: verùm maioribus, solidum cibum ministrauit: & sapientiam locutus est inter perfectos. Vnde Romanam Ecclesiam tempore Pauli cæterisq; Ecclesijs doctiorem, religiosiorem, & illustriorem fuisse, Pauli epistola testatur. Et sicut Cicero de latinis

Tull. quæst. Tusc. l. 1.

philosophis ait: Meum iudicium semper fuit, omnia nostros & inuenisse per se sapientiùs, quàm Græcos, aut accepta ab illis fecisse meliora: quæ quidem digna statuissent, in quibus elaborarent. Nam mores & instituta vitæ, resq; domesticas & familiares nos profectò meliùs tuemur & latiùs: rem verò publicã nostri maiores certè melioribus temperauerunt, & institutis & legibus. Hæc Cicero. Simili modo latini Romani christiani religionis mysteria, quæ ab apostolis acceperunt, perfectiùs quàm Græci intellexêre, & in fidei synceritate firmiùs pseuerârunt, et si quæ à Græca Romana ecclesia accepit, meliora fecit.

Calu. ca. 8. para. 56.

Caluinus etiam Romanã Ecclesiã, doctiores viros, quàm cæteras Ecclesias habuisse testatur, dùm ait:

Deinde

Deinde cùm illic, videlicet in Romana Ecclesia, esset caput imperij, & hac ratione credibile est, præstantiores tùm doctrina, tùm prudentia viros illic esse, quàm alibi vsquam, &c. Atque vt quo semel est imbuta recens seruabit odorem, testa diu: ita Ecclesia Romana fidei synceritatem, quam primitus accepit, vsque ad consummationem seculi seruabit.

Dei Ecclesia sine legitima constitutione non potest perstare. Cap. 52.

R*omanam Ecclesiam à fidei synceritate, quam ab apostolis accepit, non degenerasse, manifestum est. Nam si Romana ecclesia degenerasset, nulla fides in terrarum orbe remansisset. Quid quod Romana ecclesia mater est cæterarum ecclesiarum, & illius fidem cæteræ ecclesiæ profitentur. Quapropter Caluinus asserens sub tyrannide Papæ manere ecclesias corruptas malis doctrinis, sibimet in multis contradicit, quia ecclesiæ corruptæ malis doctrinis fidei synceritatem non habentes, fidem non habent: atque ita non Dei, sed sathanæ sunt ecclesiæ. quia fides aut syncera, aut nulla est.* Calu.ca.8. part.7. *Sed Caluinus sub prætextu ecclesiæ Corinthiorum ecclesiam posse corrumpi, & manere Dei ecclesiam falsè asserit. Inter Corinthios, inquit, non pauculi errauerunt: non solùm erat morum corruptio, sed doctrinæ. Quid hîc sanctus apostolus? An diuisionem ab illis quærit? An eos à Christi regno abdicat? Non modo nihil horum agit, sed ecclesiam Christi, sanctorumq; societatem & cognoscit, & prædicat. Si inter Corinthios manet ecclesia,*

vbi feruent contentiones, & secta æmulationes: quis audeat ecclesiæ titulum eripere ijs, quibus decima pars istorum criminum impingi nequit, qui tanta morositate sæuiunt in præsentes ecclesias. &c. Sub velamine Corinthiorum ecclesiæ Caluinus sectariorum dissidia, & schismata excusat: sed profectò fallitur. Nam alia sectariorum, & alia Corinthiorum causa fuit: atque hic non de morum, sed doctrinæ corruptione est disputandum. Quod etsi aliqui Corinthiorum in doctrina fuerunt corrupti, tamen non vniuersa Corinthiorum ecclesia fuit corrupta: nam in illis qui in fidei synceritate perseuerârunt, Paulus Christi ecclesiam, sanctorumq́; societatem, & agnoscit, & prædicat: in lapsis verò carnales, & à Christo separatos reprehendit. Augustinus enim inquit: Sed more suo scriptura loquitur, quæ si arguit malos, tanquàm omnes in eo populo mali sint, & sic consolatur bonos, tanquam omnes ibi tales sint. Et infrà: Ecce & ad Corinthios apostolus sic loquitur. Paulus vocatus apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Sosthenes frater, ecclesiæ, quæ est Corinthi sanctificatis, in Christo Iesu vocatis sanctus, cum omnibus qui inuocant nomẽ Domini Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostro, gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu. quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, et in omni scientia. sicut testimonium Christi confirmatum est vobis, ita vt nihil vobis desit in vlla gratia. Quis hæc audiens credat in ecclesia Corinthiorum

Aug. cont. Don. post. cola. 20. c.

esse aliquos reprobos, quandoquidem verba ista sic sonant, velut ad omnes directa sit ista laudatio? Et tamen paulò post dicit: Obsecro autem, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Rursus tanquàm in hoc horrendo vitio velut omnes arguens, atq; increpans, dicit Diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? puto aũt eos qui in eo populo dicebãt: Ego sum Christi: non duxisse iugum cum eis, qui dicebant: Ego sum Pauli. Inter Corinthios igitur Dei ecclesia mansit, quia doctrinæ corruptio non fuit vniuersalis, sed sectarij vnumquenq; cœtum, totumq́; ecclesiæ corpus malis doctrinis corruptum fuisse, atq; vniuersalẽ defectionem Dei ecclesiam occupasse, asserunt. Quod si ita fuisset, omnino vniuersa dei ecclesia euanuisset. Corinthiorũ nimirũ sectæ, cõtentiones, et æmulationes, nec legitimã constitutionẽ, nec syncerã fidem euanuisse præseferunt. Nam si in Corinthiorũ ecclesia fides et legitima constitutio euanuisset, fides cũ hæresi non pugnasset, nec illic dißidia fuissent. Sed quidam Corinthiorũ dicebant Ego quidẽ sum Pauli: ego aũt Christi. Vnde manifestè colligitur, ꝙ quantũuis hæreses et schismata grassentur, tamẽ Dei ecclesia legitimã cõstitutionẽ retinet, fidei enim articulus pertinens ad ecclesiã, fidem & legitimam constitutionem ecclesiæ inseparabiliter connecti expreßè docet. Quare sectarij vniuersalem defectionem occupasse ecclesiam affirmantes, miserè decipiuntur: quia vti cõcedens Petrũ esse hominem, habere quoq; animam concedat, oportet, quia hæc de illius essentia

est: sic credens sanctam ecclesiam illam synceram fidam, & legitimam constitutionem retinere, credit: quia ista de illius essentia sunt. Vnde nemo qualemcunque ecclesiæ noticiam habens, nisi hæreticus sit, sanctam ecclesiam, synceram fidem, & legitimam constitutionem necessariò habere dubitat, nec negat. Quod verò Paulus in Corinthiorum ecclesia à bonis non separauit malos, ideò fecit, quia nondum mali plenè erant manifesti, nec pertinaces, nec illi separauerant se ab ecclesia. At præsentis seculi sectarij pertinaciter adhærent suis sectis, propter quod ipsi separauerunt se ab ecclesia, atq; vniuersalis ecclesia tanquàm putrida membra illos à se proscindit.

Cap. 53. Apostolica quidem doctrina perennis, sectariorum verò hæreses aut antiquatæ aut recentes sunt.

E*Tsi sectarij ecclesiam à multis seculis pura verbi prædicatione, & legitima constitutione caruisse asserunt, tamen primitiuam Catholicã ecclesiam, & inter cæteras Romanam in principio aliquandiu synceram fidem, & legitimam constitutionem retinuisse affirmant. Vnde sic illi in Dei ecclesia fidei synceritatem, & legitimam constitutionem priora fuisse quàm hæreses, concedant oportet. Quare religionis dogmata, & ecclesiæ constitutio, quò antiquiora, eò synceriora et magis legitima sunt. De hoc articulo inter catholicos & sectarios conuenit: sed de suorum dogmatum antiquitate, sectarij cũ catholicis litigant. Nam illi ad falsa sua dogmata astru-*

astruēda, hæreſes ab eccleſia damnatas antiquiores fuiſſe, quàm Catholicæ eccleſiæ dogmata iactant: quàm verò longè abſint à vero, manifeſtum eſt: quia omnes catholici et ſectarij apoſtolicā doctrinam antiquiorem, quàm hæreſin eſſe fatentur. At ſectarij miſerè circa ſuorum dogmatum antiquitatem falluntur: nam quantò illa ſunt antiquiora, tantò clariùs illorum falſitas deprehenditur. Ordine quidem à Deo inſtituto, iuſtitia prior eſt quàm iniuſtitia, & fides, quàm hæreſis: in illis verò qui legitimum non ſeruant ordinem, prior eſt iniuſtitia, quàm iuſtitia, & hæreſis quàm fides. Deus enim à principio hominem creauit rectum: Sed poſt Adæ peccatum omnis homo prius iniuſtus, quàm iuſtus eſt. Ita in Catholica eccleſia fidei ſynceritas, priùs quàm hæreſis prædicata fuit: ſed in quibuſdam nationibus, aut particularibus eccleſijs dæmonum malitia factum fuit, quod aut hæreſis prior quàm fides, aut contemporanea fuiſſet. Nam Pſeudoapoſtoli in aliquibus ciuitatibus, aut eodem tempore, quo apoſtoli prædicauerunt, aut iſti illos, aut illi iſtos præuenerunt. Prædicantibus quidem apoſtolis futuram reſurrectionem, quidam Pſeudoapoſtoli illam fuiſſe præteritam, alij verò impoſſibilem aſſeruêre. Paulo quoq; ceremonias legis euacuatas per euangelium prædicante Lu- Acto.15.c.
cas, inquit: Et quidam deſcendentes de Iudæa docebant fratres: quia niſi circuncidamini ſecundum morem Moyſi, non poteſtis ſaluari, &c. Atq; illa ſchiſmatica, & hæretica confeſſio, ego quidem ſum Pauli, cōtemporanea fuit iſtius catholicæ, ego quidem ſum

Christi. Sed quātalibet dogmatū sit antiquitas, inter fidei & hæresis antiquitatem interest. Nā hæresis & schismata quanq̃ fuissent antiqua, tamē fuerūt antiquata. Catholica verò fides fuit antiqua, sed nunq̃ antiquata, imò semp̃ mansit. Nā sicut apud Corinthios, quāuis quidā illorū, Ego sum Pauli: et alij iā factā fu isse resurrectionē dogmatizassent, oīa illa antiquata fuerūt, & apostolica doctrina illis hæresibus cōtraria scilicet, ego sum Christi, et exspecto resurrectionē mortuorū, in catholica ecclesia semper permansit. Simili modo ferè omnia dogmata quæ à sectarijs in præsenti seculo aduersus catholicam ecclesiā proponuntur, etsi antiqua euanuerunt, & contrà in Dei ecclesia cōtraria dogmata permanserunt. Quapropter ista apostolica, illa verò hæretica doctrina est: nam si illa doctrina fuisset necessaria, non fuisset abolita: quia ec-eclesia, vt Caluinus asserit, semper habet, quod est satis, & nunquam defecit in necessarijs, nec vnquam in ea extinguitur veritas prædicationis, cùm sit fidelis custos puri verbi Dei, & columna & firmamentū veritatis. Quare quantò magis sectarij in suis centurijs suorum dogmatum antiquitatem iactant, tantò magis illa esse falsa manifestant. Nam cùm illa dogmata ab antiquiore ecclesia abolita, aut damnata fuisse, ipsimet testentur, atq; cùm tunc etiā temporis ecclesia habuisset doctiores viros quàm nūc, iustè antiquata fuisse cōstat. Hinc est, q̃ præsens ecclesia damnando, quæ à doctioribus patribus fuerūt antiquata, apostolicā doctrinā sectetur: sectarij verò audētes prædicare in dei dogmata abolita, pseudoapostolos imitātur

tur. Quare apostolicæ doctrinæ nota nō præcise antiquitas, sed perennitas iuxta Christi promissiones est. Nō deficiet, inquit, fides tua. Et in alio loco ait: Et ego vobiscū sum vsq; ad cōsummationē seculi. Si enim dogmata quæ olim fuerūt antiquata, et denuò asseruntur ab hæreticis, fuissent necessaria ad fidē, cùm fidē nō in chartis, sed in cordibus hominū mansurā ꝓmiserit, certè illa non fuissent obsoleta, aut si fuisset, fides in ecclesia defuisset: fuerūt tamen. Nā ante Lutheri prædicationē, dogmata, de quibus in præsenti seculo est cōtrouersia, animo exciderāt, nullusq; illis assētiebatur: quia catholicā fidem illis dogmatibus cōtrariam omnes cōfitebantur. Nullū igitur necessariū dogma in ecclesia est antiquatū, et dogmata quæ antiquata fuerūt, nō fuisse necessaria, aut hæreses fuisse, concedere oportet: aliàs fides et ecclesia simul defecissent. Nā sanctā Catholicam ecclesiā semꝑ in orbe terrarū manere, et apostolicā doctrinā, sine qua illa nō potest ꝑstare, antiquatā fuisse, tā impossibile est, quā hominē sine anima viuere. Sectarij quidē suarū sectarū antiquitatis, et antiquationis testimonia adducētes, illas esse errores astruūt. Augus. cōfess. harū inquit, ecclesiarum, quæ sunt in regionibus principis electoris Saxoniæ doctrina nec dubia, nec varia aut mutabilis est, sed ab initio syncera, constans, conseruata et vsurpata annis iam triginta, penitus consentanea confessioni Augustanæ, &c. Caluinus quoque de sua secta ait: Quod diu incognita, sepultaq; latuit, humanæ impietatis crimen est. Ex quibus verbis satis apertè colligitur Caluini doctrinā antiqua-

Aug. confes. in admon. ad lector.

Caluin. in præfat.

antiquatam fuiße: & non tantùm hæc, sed omnis sectariorum doctrina aut est noua aut antiquata fuit. Apostolica verò doctrina tam antiqua & perrennis quàm ecclesia est: quia ecclesia sine apostolica doctrina perstare non potest. Quare sectariorũ doctrina, tãtùm abest, vt sit apostolica, vt potiùs sit hæresis.

Cap. 54.

Apostolica quidem doctrina est cõmunis sẽsus, sectariorũ verò particularis.

APostolica etiam doctrina ab hæresi non solùm diuturnitate, sed consensione discernitur: nã illa catholicæ ecclesiæ communis est sensus, ista verò sectariorũ particularis. Veræ enim religionis doctrina in sacra scriptura, & in apostolorum prædicatione contenta, non varia nec secum pugnans, nec falsa est, quia prophetæ, ac apostoli tùm prædicãdo, tùm scribendo veraces & concordes fuerunt. De hac sententia inter catholicos & sectarios apertè satis conuenit. Sed prophetarum & apostolorum consensionis causa diligenter obseruanda est. nam per illam vnusquisque haud difficile apostolicam doctrinam ab hæresi secernere poterit: quam quidẽ causam non naturalem, sed supernaturalem esse. Scotus perdoctè exponit, cùm ait: In nõ euidentibus ex terminis, nec ex principijs euidentiam habentibus non consonant firmiter, & infallibiliter multi diuersimodè dispositi, nisi à causa superiore ipsorum intellectus inclinentur ad assensum. Et infrà: Nihil autem est tale de non euidentibus ex terminis, nisi intellectus superior nostro: nihil aũt intelligẽs superiùs homine potest hominem

Scot. prol. q. 2.

nem effectiuè docere nisi Deus. Tantùm ille. Cùm enim religionis dogmata non solùm ineuidentia, sed supernaturalia sint, illorum nec certa noticia, nec cõsensio, nisi Deo reuelante, haberi potest. Vnde prophetæ, apostoliq́ per dei reuelationem fidei noticiam acceperunt, ac illam cæteris tradiderunt, vt beatus Petrus exponit, dicens: Et habemus firmiorẽ ꝓpheticũ, sermonẽ cui benefacitis, attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, &c. Fidei enim persuasio ad hoc quod sit certior omnibus humanis disciplinis, ꝙ diuina auctoritate innitatur oportet. Ex huiusmodi etiam auctoritate de dogmatibus consensio oritur. Sed diuina scriptura vt à fidei dogmatibus incertitudinem, & dissidia tolleret, istorum causas, videlicet, proprium sensum, & humanam auctoritatem exclusit illicò, dicens: Hoc primùm intelligẽtes, quod omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit: non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritusancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Tantùm ille. Ex humana igitur auctoritate, & proprio sensu dogmatum incertitudo, & dissidia oriuntur: vti de Philosophis Cicero exponit, dùm inquit: Socrates autem primus philosophiam deuocauit è cælo, & in vrbibus collocauit, & in domos etiam introduxit, & coëgit de vita, & moribus rebusq́ bonis & malis quærere. Cuius multiplex ratio disputandi, rerumq́ varietas, & ingenij magnitudo, Platonis memoria & literis consecrata, plura generà effecit dissentientium philosophorum. Huic sententiæ consonat, quod in alio etiam loco ait: Vt

Pet. 2. epi. cap. 1.

Cic. q. Tusc. li. 5.

Cic. de Off. lib. 3.

Vt ex Apẽnino fluminũ, sic ex cõmuni sapientiũ iugo sunt doctrinarũ facta diuortia, vt philosophi tanq̃ in superũ mare Ioniũ defluerent, et Græcũ quidẽ & portuosum. Oratores aũt in inferũ hoc Thuscũ, & barbarũ, scopulosum, atq; infestũ laberẽtur, in quo etiã ipse Vlysses errasset. Hæc ille. Verũ tamen est, q̃ de euidẽtibus dogmatibus inter philosophos cõuenit: rerũ enim euidentia naturaliter consensionem parit, siquidem intellectus animaduersis euidentibus non potest non assentiri illis, & cum euidentia dogmata omnibus sint couspicua, de illis nemo nõ consentit. Quare vt dogmata sunt euidentissima, ita de illis est summa concordia: contrà verò, quo dogmata sunt euidentiora, eò circa illa plures dissentiunt, & plures controuersiæ sunt. Deficiente nanq; euidentia quod hominum ingenia, tot argumenta ad varia & falsa dogmata astruenda excogitantur: quæ licèt non omnes tamen plurimos decipiunt. Atque hinc varias & contrarias sectas fuisse ortas, beatus Augustinus sapientissimè exponit, dicens: Cur dissenserunt & à magistris discipuli, & inter se condiscipuli, nisi quia vt homines humanis sensibus, & humanis rationibus ista quæsierunt? vbi quamuis esse potuerit & studiũ gloriandi, quo quisque alio sapientior & acutior videri, cupit, nec sententiæ quodammodo addictus alienæ, sed sui dogmatis & opinionis inuentor, &c. Quæ Augustini sententia nostri seculi sectarijs maximè conuenit. Cur enim Lutherus ab Ecclesia, & ab illo præsentes sectarij, & isti inter se dissenserunt, nisi quia vt homines humanis sensibus, et humanis rationibus religi-

Aug. de ciuit. dei. li. 18. cap. 41.

religionis dogmata quæsierunt, & nullus alienæ sententiæ addictus esse voluit. Quod si nonnullos, vel etiã plurimos eorum, vt Augustinus inquit, fuisse concedã, quos et suis doctoribus, vel discendi socijs amore veritatis abruperit, vt pro ea certarent, quam veritatẽ putarent, siue illa esset siue non esset, quid agit, aut quo vel qua, vt ad beatitudinẽ perueniatur, humana se porrigit infelicitas, si diuina non ducit auctoritas? Quemadmodũ in sectarijs experiẽtia testatur, quorũ profectò dissidium, illos non diuinã, sed humanã sequi auctoritatem conuincit. Nam si Lutherus habuit diuinam reuelationem, aut secundum scripturam dogmatizauit, quare alij sectarij dissenserunt ab illo? Si verò ille secundũ humanam auctoritatẽ dogmatizauit, idem de alijs sectarijs, cùm inter se non cõstent, sentiendũ est. Igitur sectarij inuicẽ dissentientes, seipsos damnant, quia huiusmodi dissensio ab humano et diabolico spiritu est. At sacri scriptores ꝓphetæ, apostoliq́; quia diuina auctoritate ducti fuere, nũꝗ nõ sibi cõstãt, ꝙ vt August. exponeret, subdidit. Deniq́; auctores nostri, in quibus nõ frustra sacrarũ literarũ figitur et terminatur canõ, absit, vt inter se aliqua ratiõe dissẽtiãt. Vnde nõ immeritò, cũ illa scriberẽt, eis dcũ vel per eos locutũ, non paucis in scholis atq́; gymnasijs litigiosis disputationibus garruli, sed in agris atque in vrbibus cum doctis atque indoctis tot tantiq́; populi crediderunt: ipsi sanè pauci esse debuerunt, ne multitudine vilesceret, ꝙ charũ religione esse oporteret, nec tantùm ita pauci vt eorũ nõ sit miranda consensio. Hæc ille: Quẽadmodũ enim dogma-

Vbi supra.

Vbi supra.

dogmatum euidentia apud philosophos consensionẽ, ita auctoritas diuinā in religione concordiam parit. Vnde quo religionis dogmata maiori auctoritate confirmantur, eò de illis est maior consensio: contrà verò, quo dogmata minori auctoritate astruuntur, eò de illis plures dissentiunt, & maior controuersia est. Prophetæ igitur & apostoli, vt suprema auctoritate de fidei mysterijs facti fuerunt certiores, ita inter illos fuit summa concordia. Vnde apostolorum, & prophetarum consensio de dogmatibus ineuidentibus, & supernaturalibus sufficienter persuadet, illa dogmata esse vera: ex sacris enim scriptoribus consensione Iosephus contra Apionem diuinæ historiæ veritatem sapienter astruit, dicens: Veræ siquidem historiæ indicium est, si de eisdem rebus omnes eadem dicant atque consentiant. Cùm igitur prophetæ, apostoliq́ in varijs & locis & temporibus existentibus religionis supernaturalia dogmata pari consensu, & corde credidissent, & aut ore prædicando, aut scribendo confeßi fuissent, proculdubio huiusmodi consensio non hominum naturæ, sed Dei dono, videlicet prophetiæ (quo non nisi vera, & consonantia dogmata reuelantur) asscribenda est. Nam non voluntate humana, sed diuino spiritu locuti sunt sancti. At cùm inter sectarios contemporaneos, & conterraneos, de religionis dogmatibus non conueniat, illos non diuino, sed humano, aut potiùs diabolico spiritu afflatos locutos fuisse, res ipsa loquitur.

Iosep. cōt. Apion. l. 1.

In fidei

In fidei doctrina catholicæ ecclesiæ consensio, dei est donum.

Caput 55.

CHristus redemptor noster apostolorum & prophetarum de fidei dogmatibus consensionem in ecclesia tam perseueraturam, quàm fidem promisit. Nam fides ex quo Deo innititur, concordiam exigit, atque fidem ecclesiæ nunquam defuturam Christus promisit. Ego autem, inquit, rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Sed si in catholica ecclesia de religionis dogmatibus non fuisset consensio, fides profectò defecisset, quia ecclesiæ fides aut concors, aut nulla est: vnius cũ catholicæ ecclesiæ fundamentũ nõ discors, sed concors fides est. Vnde an vna, aut plures ecclesiæ sint apud sectarios, ipsi viderint: nam cùm illi de religionis necessarijs dogmatibus dissideant, se nec ecclesiam, nec fidem habere, concedãt oportet. Et quanquam in fidei perseuerantiæ promissione, ecclesiæ de religionis dogmatibus consensio comprehendatur, tamen de huiusmodi consensione specialem promissionem à Christo factam fuisse, scriptura exponit, dum inquit: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnũ, sicut et nos. Et infrà: Non pro eis autem rogo tantùm, sed pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. Vnitatem enim quam Christus pro apostolis, & ecclesia petijt, proculdubio à patre impetrauit: nam semper fuit exauditus. Sed talis vnitas ecclesiæ consensio de religionis dogmatibus est:

Luc. 22.

Ioan. 17.

quia sine ista concordia non potest esse vnitas. Quare ecclesia catholica, quæ fuit ante infælicissimã Lutheri prædicationem, & nunc est, tam concors est in religionis dogmatibus, quàm apostoli, & prisca ecclesia fuerunt: imò apostolorũ concors fides, semper conseruatur in catholica ecclesia. Nã Christus non vnã pro apostolis vnitatem, & aliam pro ecclesia impetrauit, sed vnam & eandem vnitatem, id est, de religionis dogmatibus consensionem pro apostolis & ecclesia exorauit, quia in illa oratione nihil speciale pro apostolis, quod ecclesiæ non sit donatũ, orauit Quod beatus Augustinus exponit, dicens: Ergo illa oratione pro omnibus quos redemit, siue tunc in carne viuentes, siue postea futuros, redẽptor noster orauit, cùm rogãs pro apostolis, qui cũ illo tunc erant, adiũxit etiã illos qui per eorũ verbũ in eum fuerant credituri. Vnitatẽ quidem, quã Christus pro apostolis et ecclesia à patre impetrauit, catholicæ ecclesiæ, consensionẽ in fide esse infrà exponit, dicens: Vnũ enim erimus, non vt credamus, sed quia credimus. Sed etsi in hac vita propter ipsam communem fidẽ, omnes, qui vnũ credimus, vnũ sumus, iuxta apostoli illud: Omnes enim vos vnũ estis in Christo Iesu, etiã sic, nõ vt credamus, sed quia credimus, vnũ sumus. Theophilactus quoq; cum Chrysost. eandẽ exponit sententiã, dicẽs: Vt igitur ne putet quis ꝙ pro solis apostolis mortuus sit, subdit: Non pro his rogo solùm, sed & pro omnibus, qui credent per sermonẽ illorũ. Hoc aũt loco iterum erigit apostolorũ animos, quod habituri multos discipulos: quia enim dixit, Nõ pro his solis rogo, vt ne offendantur apostoli, quasi nihil

Augu. sup. Ioã tractac. 109.

Tract. 110.

Theoph. et Chrysost.

bil singulare præ alijs habeant, consolatur eos, significando, fore eos plurimorum fidei, & salutis auctores. Et infrà inquit: Dicit postea iterũ de concordia & à quo cæpit principio (charitatis dico) in eo nũc fermè concludit, ac inquit: Vt omnes vnũ sint, hoc pacto, vt pacem & concordiam habeant, & in nobis, hoc est, vt indiuisiuã erga nos seruent fidem. Hæc ille. Deniq; cũ per dei donum inter apostolos, & Dei ecclesiam de religionis dogmatibus cõueniat, quod omne dogma, de quo in catholica ecclesia est consensio, sit apostolicum oportet. Nam si de aliquo fidei dogmate præsens catholica ecclesia consentiret, quod non fuisset apostolicum: illud quidem aut prætermissum, aut ignoratum fuisset ab apostolis. Sed istorum vtrumuis asserere, temerarium, et blasphemum est, quia Dei ecclesia nullos doctiores, nec diligentiores pastores, & doctores habuit, quàm apostolos, quos Christus elegit, & Spiritussanctus docuit. Quare illi nullum religionis dogma ignorauerunt, nec aliquid necessarium ad fidem prætericrunt, neq; ecclesia dogmata apostolica necessaria ad fidem deseruit vnquam, imò iuxta Christi promißiones, fidem quam ab apostolis accepit, concorditer cum illis corde credit ad iustitiam, & ore confitetur ad salutem. Atq; istã consensio nẽ ab ipsis apostolis ad nos et posteros deriuatã fuisse, ac permanere in ecclesia, Ireneus exponit, dicens: Irenæ. l. 1. cap. 3. *Hanc prædicationem cùm acceperit, & hanc fidem, quemadmodum prædiximus, ecclesia et quidem in vniuersum mundum disseminata diligenter custodit, quasi vnam domum inhabitans,*

& similiter credit ijs, videlicet, quasi vnam animam habens, & vnum cor, & consonanter hæc prædicat, & docet, & tradit, quasi vnum possidens os. Nam etsi in mundo loquelæ dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis vna, & eadem est: & neq; hæ, quæ in Germania sunt, fundatæ ecclesiæ aliter credunt, aut aliter tradunt: neque hæ, quæ in Hyberis sunt: neq; hæ, quæ in Celtis: neq; hæ, quæ in Oriente: neq; hæ, quæ in AEgypto: neque hæ, quæ in Lybia: neq; hæ, quæ in medio mundi sunt constitutæ: sed sicut Sol creatura Dei in vniuerso mundo vnus & idem sit, sic & lumen prædicatiō veritatis vbique lucet, & illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitionem veritatis venire. Tātūm ille. Quia enim deus est vnus, et inuariabilis, eius discipuli, scilicet prophetæ ac apostoli, in fidei doctrinam consenserunt: atque cum illis pari consensu fidem ecclesiam docuissent, ita quoq; concorditer fidem custodit. Vnde ex consensione ecclesiæ manifestatur, dogmata esse apostolica, & per consequens à Deo reuelata fuisse.

Cap. 56. Fidei dogmatum auctor, de quibus in ecclesia habetur communis sensus, non homo sed Deus est vtique.

Christianæ quidem religionis dogmatum, de quibus in catholica ecclesia est consensio, nullus præter Deum est auctor, nec illa alicui tanquam speciali auctori possunt assignari. Sectarum verò principalis auctor, mendacij pater, scilicet, diabolus est: atq; illa filijs eius, videlicet, hæresiarchis tanquam specialibus auctori-

auctoribus assignantur. Quamobrem non istæ sectæ, sed illa dogmata sunt, quæ apostolicam doctrinam cō stituunt, quia apostoli non diaboli, nec hominis, sed dei doctrinam prædicauerunt: nam euangelium non est, nec vocatur apostolicū, sed Dei, aut Christi, quia solius dei est ordinatio. Et licèt propter verbi administrationē apostolis commissam doctrina vocetur apostolica, nō ideò Petri aut Pauli ad denotandum illorū consensionem in religionis dogmatibus appellatur. At hæresis ad explicanda dissidia vnaquæq; proprium auctorem habet: veluti Arriana, Sabelliana, et sic in singulis videre licet. Omnem quippe hæresin specialem auctorem, & particulares sectatores habuisse, res ipsa loquitur, & omnis ecclesiastica historia testatur. Nulla deniq; hæresis vnquam Catholicæ ecclesiæ fuit assignata, nec illa communis ecclesiæ sensus fuit, qu[od] sapientissimè Lirinensis exposuit, dicens: Et reuera, quæ vnquam hæresis, nisi sub certo nomine, certo loco, certo tempore ebulliuit: quis vnquam hæreses instituit, nisi qui se prius ab ecclesiæ catholicæ vniuersitatis, & antiquitatis consensione discreuerit? &c. Verum nostri seculi sectarij antiquorum hæreticorum vestigijs adhærentes, catholicæ ecclesiæ nouam appellationem, vt noui nominis prætextu apostolicam doctrinam tanquam hæresin damnent, imponunt, quemadmodū Arriani fecerunt, vt beatus Augustinus refert, dicens: Ita enim se habet catholicæ veritatis antiquitas, vt ei omnes hæretici diuersa nomina imponant, cùm ipsi sua singula, sicut ab omnibus appellantur, obtineāt. Arriani quippe, et Eunomiani,

Vincenti. Lirinen.

Aug. cont. serm. Arri. cap. 36.

non alij hæretici nos vocitant homousianos, quia contra eorum errorem, græco vocabulo ὁμοούσιον defendimus patrem & filium, et spiritumsanctum, &c. Simili modo nostri seculi sectarij catholicam ecclesiam Papismum, nosq́ Papistas vocitant, quia ecclesiæ consensionem sub obedientia Papæ aduersus illorum schisma, & dogmatum dißidia defendimus. Caluinus: In eum, inquit, modum cùm res se habeat sub Papismo, intelligere licet, quid ecclesia illic super sit. Et infrà ait: Cum ergo ecclesiæ titulum non simpliciter volumus concedere Papistis, &c. Sed illi quo magis nouo nomine obscurare catholicam ecclesiam satagunt, eò illam, eiusq́ doctrinam illustriorem reddunt. Nam cùm illa vocula, Papa, non hominis priuati, sed publici apostolici muneris sit appellatio, si quis illas voces, Papismus, Papista, perinde ac istas, Apostolatus, Apostolicus, significare existimauerit, non multum aberrauerit. Episcopos profectò Papæ nomine olim appellatos fuisse, nulli dubium est. Beatus Hieronymus epistolas, quas ad beatum Augustinum dedit, his verbis inscribit: Domino verè sancto & beatißimo Papæ Augustino, Hieronymus in domino salutem, &c. Vnde cùm appellatio Magistratum non variet, idem erit Papa, Episcopus, & Apostolus: & Petrus etiam Papa fuit. Vnde Papistica doctrina idem est, quod Apostolica: quod si hoc sectarij negauerint, illos quendam Papam, aut quosdam nominatim afferre oportet, qui fidei dogmatum, de quibus cum catholicis litigant, auctores fuerint: & profectò neminem in medium adduce-

Augu epi. 11.

adducere poterunt, quia talia dogmata nullum alium præter Deum habent auctorem, nec vnquam illa alicui homini aßignata fuere. Quare sectarij cùm nominatim nullum Papam hæresiarcham in medium afferre potuissent, nec isti, nec illi Pontifici in speciali, sed in communi, aut magistratui, videlicet Papatui dogmata, quæ à religione submouere volunt, aßignare. Sed illi, quantò pluribus concordibus dogmata attribuunt, tantò magis illorum fidem astruunt, & maximè illa esse vera sub appellatione Papismi & Papistarum manifestant. Nam Papismus, id est, summus Pontificatus tam antiquus, quàm apostolica ecclesia est: beatus enim Petrus summus Pontifex, id est, Papa fuit, & nullus succeßor illius fuit hæresiarcha: similiter prisci patres, vt Ambrosius, Hieronymus, & cæteri, Papistæ fuerunt: imò nullus non fuit Papista, nisi hæreticus et schismaticus. Quapropter cùm Papismus catholicæ ecclesiæ consensionem comprehendat, ideo Papisticæ de fidei dogmatibus doctrina non noua, sed antiqua, non antiquata, sed perennis, non particularis, sed catholicæ ecclesiæ communis est sensus. Neq; etiam illa priuato homini sicut hæresis attribuitur, sed Deo auctori, & apostolis tanquam fidelißimis dispensatoribus, & catholicæ ecclesiæ veluti in consensione fideliter custodienti aßignatur. Papisticam igitur doctrinam esse apostolicam indubitanter tenendum est.

Catholicæ Ecclesiæ communis cuiusuis dogmatis sensus nō potest esse hæresis.

Cap. 57.

Paulus enim catholicæ ecclesiæ communem sensum esse fidem, sectariorum verò particulares sensus hæreses aut schismata esse exponit, cùm
1. ad Cor. cap. 11. *ait: Hoc autem dico, quod vnusquisq; vestrûm dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Christi. Diuisus est Christus? Vnde ad tollendam diuisionem, ad ecclesiæ vnitatem tenendam, omnes credentes ecclesiæ communem sensum sectari monet: quod profectò non hortaretur, si communis sensus de fidei dogmatibus non catholica fides, sed hæresis fuisset. Obsecro autem, inquit, vos fratres per nomen domini Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia, &c. Chrysostomus cum Theophilacto ait: Cùm verò acriùs eos schismatis appellatione tetigisset, rursus eos his verbis lenit, & mulcet: Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Nam cùm dixisset, vt idipsum dicatis, Nolite arbitrari, inquit, ad verba vsq; debere esse concordiam, animi nanq; concordiam inquiro. Verùm cùm idem quoq; ex animi sententia dici posit, quoniam id non in omnibus vsuuenit, idcirco addidit: sitis autem perfecti. Qui enim partim conuenit, partim dissentit, adhuc non est perfectus, neq; in consensum adducitur. Fieri autem potest, vt qui intellectu consentit, voluntate discrepet: quemadmodum*

dum cùm idem de fide sentimus, discrepamus tamen in dilectione. Sic enim notione vnũ sumus, cùm idem cognoscimus, sed non voluntate & studio, quod tunc quoq; euenit, cùm alius alium eligeret. Propterea inquit, quod noticia, & voluntate concordare oportet. Hæc ille. Sed communem sensum circa religionis dogmata, quem catholica ecclesia tùm oris confeßione, tùm cordis persuasione, tùm eadem sententia tenet, catholicam esse fidem, neceße est: quia communis religionis dogmatum consensio in dei ecclesia non in errore, sed in veritate teneri potest. Nam & in disciplinis, & in religione communis sensus (vt dictum est) aut euidentia, aut auctoritate innititur: in humanis quidem disciplinis de quibusdã dogmatibus propter rerum euidentiam, veluti de primis principijs inter omnes conuenit: de quibusdam verò non euidentibus naturalem non excedentibus rationem propter humanam auctoritatem communis etiam habetur sensus, vt de hominum gestis, quæ à probatis historicis exponuntur. At de religionis dogmatibus nec per euidentiam, nec per humanam auctoritatem inter homines potest esse consensio, quia illa creatum superãt intellectum. Quapropter nec naturalis ratio, nec humana auctoritas in huiusmodi ad idem dicendum, idem sentiendum, & in eadem sententia conueniendum hominibus vnquam persuaserunt. Inter omnes quidem nationes de colendo deo, quia naturali ratione notum est conuenit, sed de eodem siue vero, siue falso deo, ac de pio cultu, quia naturalem superant rationem, non fuit consensio. Vnde apud idololatras

nec de vero Deo, nec de vno cultu communis opinio fuit. Vnaquæque enim prouincia aut ciuitas, specialem Deum & cultum habuit. Sed in Dei catholica ecclesia de fidei dogmatibus apud omnes variarum nationum credentes vna catholica fides, id est, communis sensus est. Verùm cùm hæc de religionis dogmatibus naturalem rationem excedentibus ecclesiæ consensio non ab euidentia, nec ab humana auctoritate haberi possit, consequens est, quod diuinæ innitatur auctoritati: atq; cùm diuina auctoritas, non falsa, sed vera dogmata astruat, ideo de falsis dogmatibus in catholica ecclesia nõ poteſt esse consensio. Igitur de christianæ religionis dogmatibus cõmunis sensus catholica fides eſt: nã huiusmodi cõmunis sensus, non humanæ, sed diuinæ auctoritate innititur. Si enim de religionis dogmatibus cõmunis sensus, quẽ ecclesia habet, fuisset error, tunc hæresis fuisset catholica fides: hoc autem asserere, manifestißimus error eſt: nã hæresis quidem particularis, fides verò catholica cõmunis est sensus. Impossibile quidem est in catholica ecclesia catholicã hæresim fuisse: nam cùm catholica fides sit ecclesiæ fundamentũ, catholica hæresis (si fuisset) vniuersalẽ ecclesiam destruxißet, quia vniuersalis hæresis catholicam fidem, quæ est ecclesiæ fundamentum, destruxißet. Fides enim eiusdem dogmatis catholica, & hæresis catholica, sunt contraria, & assensus istius eſt illius dissensus: & sicut nemo duobus contrarijs poteſt assentiri, ita nec vna ecclesia fidei catholicæ, & hæresi catholicæ poteſt assentiri: quia

Dei ecclesia vna est, & omnes credentes idem dicunt, & in eodem sensu, & in eadem sententia sunt. Omnes siquidem fideles in religionis dogmatibus concordant, perinde ac si vno corde crederent ad iustitiam, & vno ore confiterentur ad salutem. Hanc ecclesiæ consensionem diuina exponit scriptura, cùm ait: Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. Vnde dogmata à sectarijs controuersa, & à catholicis communi sensu recepta ad catholicam pertinent fidem: verbi gratia, ecclesiæ communis sensus circa corporis Christi existentiam, permanentiam, adorationem, & sacrificium in Eucharistiæ Sacramento, fides catholica est. Quod si talis communis sensus fuisset error, catholica ecclesia fuisset hæretica: verùm vniuersalem ecclesiam esse hæreticam, tam impossibile est, quàm illam euanuisse. Igitur omnia dogmata, quorum in ecclesia communis est sensus, esse catholicam fidem necesse est. Actor. 4.

Catholicæ Ecclesiæ communis de religionis dogmatibus sensus, apostolica est doctrina.

Caput 58.

Dogmata quidem, de quibus catholica ecclesia consentit, esse apostolica, apertè satis manifestum est. Nam sicut apostolorum concordia in fidei dogmatibus à Deo reuelãte emanauit, ita catholica ecclesia ex varijs nationibus cõgregata

& in vniuerso orbe dilatatæ consensus ab apostolis emanauit. Nam omnes sancti apostoli, perinde ac si vno ore loquerentur, catholicam ecclesiam fidem concorditer docuerunt: illorum enim concordia ecclesiæ consensionis fuit causa. Vnde ex catholica ecclesiæ consensu dogmata esse apostolica à posteriori clarè demonstratur, quod etiam beatus Augustinus profitetur, dicens: Quam consuetudinem credo ex apostolica traditione venientem, sicut multa non inueniuntur in literis eorum, neque in concilijs posteriorum, et tamen quia per vniuersum custodiunt ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita et commendata creduntur. Sed Caluinus contra Augustinum, seu potiùs contra ecclesiam ait: Nec moror, quod alibi Augustinus alia quoq; Apostolis asscribit. Nam cùm nihil præter coniecturas habeat, non debet ab ipsis de re tanta iudicium fieri. Sed profectò beatus Augustinus non ex humana coniectura, sed ex fide cum euidenti ratione ecclesiæ consensum adscribit apostolis: quia vniuersalis ecclesia nunquam consensisset de diuinis et ineuidentibus mysterijs, nisi diuino sibi assistente auxilio per apostolos Dei spiritu loquentes fuisset edocta. Istam sententiã beatus Chrysostomus mirificè exponit, dùm ait: Accedit ad hoc, quod vniuersus orbis concordi sententia hoc accepit. Nam nullo pacto, nisi spiritus sancti gratia adfuisset, tanta concordia vniuersos terræ fines comprehendisset: sed quàmprimum deprehensis mendacijs, tanta et tam magna opera nunquam cõmentis & fraudibus adeò essent confirmata. Vnde ecclesiæ consensus non vulgaris, sed rarus: non naturalis,

Augu. de bapt. cont Don. li. 2. cap. 7.

Calu. cap. 31. para. 12.

Chrys. 1. ad Corin. 2 hom. 6.

sed

sed supernaturalis est: atq; quia huiusmodi consensus Dei dono habetur, ideo auctoritatem obtinuit. Hæc doctrina non latuit sectarios, quod Augustana confeßio testatur, dicens: Non enim aspernamur consensum ecclesiæ catholicæ, nec est animus nobis vllum nouum dogma & ignotum sanctæ ecclesiæ, inuehere in ecclesiam, nec patrocinari impijs aut sediciosis opinionibus, volumus, quas catholica ecclesia dānauit. Aug conf. in Epilog.
Caluinus quoq; eiusdem sententiæ est, dùm ait: Quid enim tandem obtinebunt, nisi non spernendum ecclesiæ consensum, quæ nunquam nisi in veritatem verbi Dei consentit. Iste profectò causam, propter quam ecclesiæ consensui auctoritas defertur, exactè exposuit, dicens: quod ecclesia nunquam nisi in veritatem verbi Dei consentit. Calui.ca.8. par.78.
Huic etiam sententiæ illud Philippi consonat, videlicet: Ecclesia ad ipsum euangelium Dei est alligata. Ex istis igitur sectariorum sententijs clarè satis colligitur, quod ecclesiæ consensus non potest esse error: quia si illa ad Dei euangelium est alligata, & nunquam nisi in veritatem verbi dei consentit, nunquam non teneat synceram fidem oportet. Ex quo ecclesiæ auctoritas quorumcunq; hominum auctoritati præferenda est, quia non illa, sed isti possunt consentire in errorem. Vnde sectarij ab ecclesiæ consensu dissentientes, & particulares sensus sectātes, se in fide errare, ac sibimetipsis non constare, apertè satis testantur: vti in dogmatibus circa Christi in Eucharistia existentiam, permanentiam, immolationem & adorationem videre licet. De illis enim dogmatibus, ante & post Lutheri prædicationem in Philipp. in loc.de eccl.

catholi-

& præsentis ecclesiæ eadē est: fidei nanq; articulus tā præsentem ecclesiā quàm veterem non posse in fide errare, exponit: quia illa verba (Sancta Ecclesia) cùm nec istud, nec illud tempus definiant, ecclesiam nunq̃ non esse sanctam significant. Vnde si illa aliquādo in fide errasset, tunc nec sancta fuisset, ac fidei articulus esset falsus, quod est impossibile. Sicut igitur, quandiu quis in sanctitate perseuerat, tam diu in fide non errat: ita imò multo magis ecclesia in sanctitate perseuerans, nunquam in errorem consentit.

Catholica ecclesia in definiendis et proponendis fidei dogmatibus, non potest errare. Cap. 59.

Diuina quidem sapientia omnia suauiter disponens, quēadmodum à se creatum mundū conseruat, & per secundas causas, rerū genera propagat, atq; administrat: ita catholicam ecclesiam, quā fundauit perpetuo conseruat. Nam fidei dogmata, quæ prophetis et apostolis reuelauit, per quos primitiuā ecclesiā instituit, eadem per catholicæ ecclesiæ ministeriū omnibus fidelibus innotescunt, quod Paulus mirificè Pau'us ad Rom. c.10 *exponit, dùm inquit: Quomodo ergo inuocabunt in quē non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierūt? Quomodo aūt audient sine prædicāte? Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? Ex ista sentētia Paulus colligit: Ergo fides ex auditu, auditus aūt per verbum Christi. Quibus verbis, ne auditores verbi Dei reuelationem aut miracula ad credendum exigant, apertè satis significatur, vt Theophilactus*

Theoph. et Chrysost. *philactus cum Chrysostomo exponit, dicens: Quia enim Iudæi, nullo non tempore signum quærebant, ac resurrectionis aspectum ipsum, inquit, fides est ex auditu, atq; vltra hunc auditum non oportet inquirere quicquam aliud: nec enim auditus siue sermo est verborum quæ simpliciter dicuntur, sed verborum Dei. Quocirca si admiranda quæris, adeoq; miracula ceu ex Deo sint, crede verbis quæ ex Deo proferuntur. Tantùm ille. Per ecclesiæ nimirum ministeriũ sine nouis & miraculis, & reuelationibus, synceram fidem à Deo & conseruatam & propagatam fuisse, tam euidens est, quòd probatione non indiget. Quod si huiusmodi ministerium, ad fidem propagandam non fuisset satis, profectò & ecclesia (cùm propheeia & miracula iam cessauerint) à multis seculis euanuisset, & Deus circa ecclesiæ administrationem in necessarijs defecisset, quæ duo tam impia, quàm hæretica sunt. Quid quod quamuis ecclesia nec prophetiæ, nec miraculorum dona habeat, tamẽ infallibilis auctoritas ad syncerum Dei verbum propagandum penes illam residet. Quam auctoritatem Deum contulisse catholicæ ecclesiæ, ordinariæ, rerum spiritualium administratio prærequirit. Nam vt ad humanum genus conseruandum, Deus homini indicit potentiã, qua determinatè generat hominẽ: quia si ille in generando degenerasset, atq; leonem aut bouem genuisset, humanum profectò genus euanuisset. Ita Deus, cessantibus & miraculorum & prophetiæ donis, catholicæ ecclesiæ dedit infallibilem auctoritatem, qua determinatè synceram fidem docet: quia*

si illa

si illa hæresin docuisset, catholica fides, & per consequens ipsa ecclesia euanuisset. Istam sententiam beatus Augustinus apertè satis docet, dicens: Quamdiu intelligere syncera non possumus, auctoritate quidem decipi miserum est, sed certè miserius non moueri. Si enim Dei prouidentia non præsidet rebus humanis, nihil est de religione satagendum. Sin verò & species rerum omnium quam profectò ex aliqua verissimæ pulchritudinis fonte manare credendum est: & inferiori nescio qua conscientia Deum quærendũ, Deoq́ue seruiendum, meliores quosq́ue animos quasi publicè priuatimq́ue hortatur: non est desperãdum ab eodem ipso Deo auctoritatem aliquã constitutam, qua velut gradu certò innitentes attollamur in Deum. Hæc ille. Verùm inter mundi & ecclesiæ administrationem hoc interest: quia in mundi quidem administratione secundæ causæ naturaliter sunt alligatæ ad determinatos affectus producendos, vti homo ad hominem, & leo ad leonem generandum tantùm habet potentiam naturalem: in verbi verò Dei administratione non per naturam, sed per Dei gratiam catholica ecclesia ad synceram fidem docẽdum est alligata, propter quam gratiam illa in fide non potest errare. Quod nempe veracitatis donum Christus ecclesiæ se daturum promisit, dicens: Ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere. Quare si prophetarum & apostolorum doctrina ob veritatis spiritum, quo illi in prophetando afflati fuêre, supremã obtinuit auctoritatem:

Aug. de vti lit. creden. cap. 16.

Ioan. c. 14.

Cc cùm

cum catholica ecclesia eodem spiritu quo illi ad fidẽ profitendam agatur, non minoris debet esse auctoritatis quàm illi. Verum quidem est, quod ob istud veritatis donum ecclesia non est propheta, sed est alligata prophetarũ & apostolorum fidei. Isti enim mysteria fidei clariùs cognouerũt, quàm præsens ecclesia, quia reuelatio non vniuersali ecclesiæ, sed quibusdã priuatis facta fuit. Nam prophetia etsi ad publicam vtilitatem datur, tamen non publicum, sed priuatũ fuit donum. Propheta etiã ideo nõ potest errare: quia ille non quæ excogitauit, sed quæ Deus sibi reuelauit, loquitur: atq; Deus nunquã non reuelat vera. Vnde prophetarũ & apostolorũ veracitas in prophetiæ dono continetur: catholicæ verò ecclesiæ veracitas nõ à dono prophetiæ, sed à speciali diuino auxilio quo Deus specialiter ecclesiam gubernat, emanat, & per istud quidem veracitatis donum, catholica ecclesia est colũna, & firmamentum veritatis: quod si istud veracitatis donum principaliter & specialiter vniuersali ecclesiæ fuit promissũ, ac veluti publicũ donum est datum, quamuis singuli fideles à fide possint deficere, tamẽ catholica ecclesia non potest errare. Nõ igitur cuiuscunq; hominis auctoritas est cõferenda cũ ecclesiæ auctoritate: quia non de istius auctoritate, sed de illius dubitamus. Ecclesiæ enim auctoritas in fidei articulo, & in Dei verbo expressè fundatur, quod exponit Paulus, dùm ait: Vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis. Quæ Pauli verba tam vera sunt de ecclesia, quam Lutherus adin-

Paul. ca. ad Timot. 3.

adinuenit, & ex qua exiuit, quàm de veteri: quia Dei promißio in finem vsque seculi efficax est in Ecclesia.

Catholicæ ecclesiæ post Christi aduentum maiora gratiæ dona, quàm anteà fuerunt collata.

Sancta quidem ecclesia quasdam Dei promißiones in futura, quasdam verò in præsenti vita accipit: Quarum illæ ad beãdos iustos, istæ verò ad iustificandos impios requiruntur. Atq; harũ etiam promißionum aliæ semel & definito tempore, vt verbi incarnatio, & apostolorum mißio, aliæ verò frequenter seu potiùs omni tempore dantur ecclesiæ, vt fides & cætera dona, ad ecclesiæ sanctitatem requisita. Quæ certè promißiones si non semper darentur, catholica ecclesia aliquando non fuisset sancta, & per consequens illa euanuisset. Imò & hæ frequentes promißiones copiosiùs vno tempore quàm alio conceduntur, Deus enim post Christi paßionem maiora multò dona quàm anteà præstat ecclesiæ, vt Paulus mirificè exponit, dùm ait. Prius autem quàm veniret fides sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur: at vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo. Quibus nimirum verbis ecclesiæ post Christi aduentum maiora dona quàm antea dari apertè satis significatur: nam ecclesia tunc sub legis onere & fide implicita fuit, at nunc per dei gratiam

à legis onere liberata fidei mysteria explicitè credit. Istius nempe varietatis, verbi incarnatio est causa, quæ licèt ecclesiæ à mundi principio fuisset promissa, tamen non immediatè sed post aliquot annorum millia exhibita fuit: nec Deus ob tantam prorogationis magnitudinem fidem non seruauit, quia verbi incarnationis promissio non in quocunq;, sed in præfinito tempore erat præstanda. Atq; cùm Dei ecclesia per multos annos illam promissionem non accepisset, sed credidisset ac sperasset, tam diu sub lege & fide implicita fuit, quàmdiu verbum caro non fuit factum. Per verbi igitur incarnationem exhibitã ecclesia à legis onere fuit liberata, & fidei mysteria fuerũt explicata, & meritò quidẽ: nam per Christi mortẽ vt Paulus ait, recõcilati sumus Deo: sed ad sanctificandã ecclesiam mors Christi exhibita efficacior est, quàm promissa, sicut enim oblatio in effectu magis accepta est deo, quàm in voto, ita Christi passio exhibita efficacior est, quàm promissa. Quæ quidem passio postquàm semel fuit exhibita, suam retinet efficaciam. Nam etsi Christi passio quantum ad actum, præterijt, quia Christus semel mortuus est, tamen quantum ad effectum in æternum manet, quia Christus sempiternum habet sacerdotium, & vna oblatione consummauit in æternum sanctificatos. Quare cùm Christi passio præterita non minus efficax sit in diuina acceptatione, quàm si esset præsens, Deum profectò catholicæ ecclesiæ plura & perfectiora dona, quàm Synagogæ præstare, & vsq; ad seculi consummationem præstaturum esse, manifestum est. Istam sententiam beatus

Augu-

Augustinus exponit, dicens: Proinde prima sacramẽta quæ obseruabantur & celebrabantur ex lege, prænunciatiua erant Christi venturi, quæ cum suo aduentu Christus impleuisset, ablata sunt, & ideò ablata quia impleta sunt: non enim venit soluere legem, sed adimplere: & alia sunt instituta virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora, tanquam iustitia fidei reuelata, & in libertatem vocatis filijs, Dei iugo seruitutis ablato, quod duro & carni dedito populo congruebat. Ex omnibus istis clarissimè colligitur, quod catholica ecclesia tempore legis euangelicæ est pfectior, doctior, & sanctior, quàm fuit Synagoga sub lege Moysi: quia non lex per Moysen data, sed gratia & veritas per Iesum Christum facta Ecclesiam ad perfectum duxit. Deniq; quasdã quidem promissiones non Synagoga, sed euangelica ecclesia accepit: quotquot verò spirituales promissiones Synagoga accepit, eædem euãgelicæ ecclesiæ multò abundantiùs datæ sunt: sicut enim lex figura fuit euangelij, ita synagoga euangelicæ ecclesiæ gessit figuram. Veruntamen non assero Synagogam fuisse figuram, quòd illam fuisse veram Dei ecclesiam, negem, sed quòd catholicã ecclesiam sub gratia esse perfectiorem, quàm sub lege exponam. Quicquid enim perfectionis fuit in Synagoga, multò perfectiùs in Euangelica ecclesia reperitur, & si quid perfectionis fuit in Synagoga, non est transferendum ad euangelicam ecclesiam: nam res figurata perfectior est sua figura, quia inter rem & illius figuram, nec est æqualitas, nec omnimoda similitudo. Vnde ex quantulis- Aug. cont. Faust. l. 19. cap. 13.

cunq; spiritualibus donis præstitis synagogæ ad astruendum maiora dona dari Ecclesiæ, euidēs argumentum sumitur, at ex quali quali synagogæ ignorantia aut quauis imperfectione nullum argumentum potest sumi ad astruendam aliquam ignorantiam esse in euangelica ecclesia. Vnde ex synagogæ ignorantia arguere, catholicam ecclesiam posse errare, est perinde, ac si quis beatum Paulum esse imperitum & imperfectum assereret, eò quod ille quando erat paruulus loquebatur, & sapiebat vt paruulus. Nec ob istam donorum aut varietatē aut inæqualitatem ecclesia variatur. Nam quemadmodum Petrus iuuenis se ipso puero, & doctior & fortior est, sic catholica ecclesia sub euāgelio doctior est seipsa sub lege. Olim quidē ecclesia velut paruulus fuit sub pædagogo, id est, sub lege, nunc verò per Christi aduentum adoleuit: nam veritatis spiritus abundantiùs in isto tempore quàm illo ecclesiæ fuit datus.

Dei promissiones de fidei perseuerātia, definitè quidē catholicæ ecclesiæ, indefinitè verò singulis fidelibus sunt factæ.

Caput 61. *DEi quidem promissiones principaliùs catholicæ ecclesiæ, quàm singulis fidelibus dari, beatus Paulus per capitis & corporis verba mirificè exponit, dùm ait: Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput supra omnē ecclesiam, quæ est corpus ipsius, et plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. Capitis nēpe verbo non solùm Christi principatus, sed specialis dei protectio et cura circa catholicā ecclesiā, vt beatus Chrysostomus exponit, apertè*

Paul ad Ephes. ca. 1

satis significatur. Et enim, inquit, ne audita capitis dictione solùm principatũ intelligas, sed et confirmatioñẽ et stabilitatem non tanquã principantẽ solùm, sed & corporis caput, &c. Christus nanq; catholicæ ecclesiæ speci alia dona largiens, illã miro modo nunq̃ non sanctificat. Catholica quoq; ecclesia à fidei syncelitate nunquã deficiẽs Christo semp obsequitur. Ista etiam dona per capitis & corporis verba significari diuina scriptura proprijs verbis exponit, dùm ait: Mulieres viris suis subditæ sint, sicut domino: quoniã vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ. Ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite vxores vestras, sicut et Christus dilexit ecclesiã, et seipsum tradidit pro ea, vt illã sanctificaret. Quibus quidem verbis Paulus coniugibus ad imitandum & singularis Christi dilectionis, catholicæ ecclesiæ raræ obedientiæ exempla in medium proponit. Quod si Christus ecclesiã vulgariter diligeret, administraretq;, atq; si etiã ecclesia à christo deficere posset, Paulus inepta exẽpla cõiugibus ad imitandũ proposuisset vtique. Verùm catholica ecclesia à Christo specialiter & diligitur et administratur. Ob quam causam illa indissolubiliter Christo copulata, ac in fidei synceritate confirmata in sanctitate perseuerat. Singulorum verò fidelium vnusquisque secundum quod catholicæ ecclesiæ est membrum Dei promissiones patefaciat. Nam sicut membra non habent distinctum caput, nec distinctã vitam à corpore, et corpus per se, membra verò per corpus capiti coniungitur,

Ad Ephes. cap. 7.

sic ecclesia à Christo promißiones accepit, singuli verò fideles per catholicæ ecclesiæ communionem illasmet participant. Ob quam causam spiritus veritatis primò & principaliter catholicæ ecclesiæ, secundò verò fidelibus, in quantum illi intra catholicam ecclesiam seruant vnitatem spiritus in vinculo pacis cōceditur. Neminem quidem dei promißiones extra catholicæ ecclesiæ communionem accipere omnibus fidelibus persuasum est: quia dei promißiones non singulis fidelibus, sed catholicæ ecclesiæ definitè & specialiter factæ sunt, quod diuina scriptura frequenter
Matth. 18. cap. *testatur, dùm ait: Iterū dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcūq; petierint, fiet illis à patre meo, qui in cælis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Ista profectò promißio non singulis fidelibus, nec quibuscunq; duobus, sed duobus ex vobis, id est, duobus catholicæ ecclesiæ communionem colentibus facta est. Vnde sectarij cùm ex catholica ecclesia exiuerint, ac non sint ex vobis, Dei promißiones non accipiunt, nec illi in Christi nomine possint congregari, quia sicut pes & manus, à corpore præcisa, nec vitam nec sensum participant, ita Lutherus, Caluinus, Philippus, et cæteri sectarij tam diu, nec in Christi nomine cōgregari, nec veritatis spiritū accipere poßūt, quàmdiu catholicæ ecclesiæ cōmunionē non colunt: per istam nimirum fideles Christo copulantur, & Dei promißiones accipiunt, quod etiam diuina scriptura singulos fideles ecclesiæ membra ap-*
Ad Roma. cap. 12. *pellando, apertè satis exponit, dicens: Sicut enim in*
vno

vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, &c. Nam sicut oculi etsi priuatum videndi habeant actum, tamen separati à corpore non possunt videre: Vnde quanquam animal sine oculis non videat, tamẽ videndi potentia à toto animali pendet, & principalius in toto quàm in oculis residet: ita priuata dona principaliùs ecclesiæ, quàm singulis dantur. Istam sententiam beatus Augustinus sapientissimè exponit, dicens: *Sicut enim quædam dicuntur, quæ ad apostolum Petrum propriè pertinere videantur, nec tamẽ habent illustrem intellectum, nisi cùm referuntur ad ecclesiam, cuius ille agnoscitur in figura gestasse personam, propter primatum quem in discipulis habuit, (sicuti est) tibi dabo claues regni cælorum, & si qua huiusmodi, &c.* Verùm Caluinus ad suam sectam astruendam, & ecclesiæ auctoritatem labefactandam promissiones specialiter factas ecclesiæ ad singulos fideles transfert, dùm ait: *At verò ex promissionibus quas allegare solent, multa nõ minus fidelibus singulis quam toti ecclesiæ data sunt, &c.* Verùm longè aliter res se habet. Nam diuinæ promissiones singulis fidelibus indefinitè, ecclesiæ verò definitè factæ sunt: nam Christus nec Caluino, nec Luthero, ego tecum sum, sed ecclesiæ, ego vobiscum sum, dixit. Igitur definitè quod aut in illo, aut in isto dei promissiones adimpleantur per fidem, nullus factus est certior: at quod in Dei ecclesia definitè promissiones adimpleantur, manifestum est. Nam cùm Deus sit

Aug. super Psalm. 108.

Calui. ca. 8. par. 75.

fidelis quod in ecclesia dei promißiones, sine quibus il la nō potest perstare, adimpletæ sint, ac semper penes illam permaneant. fidei articulus apertè satis expo- nit, dùm inquit: Sanctam Ecclesiam. Illa quidē ver- ba, Sancta Ecclesia, omnes diuinas promißiones ad sanctitatē necessarias adimpleri in dei ecclesia signi- ficant: atq; cùm ecclesiæ sanctitatis fundamentū sit fides, vt ecclesia in sanctitate perstet, quod in fide quo q; perseueret est necesse. Huiusmodi verò perseueran tia nihil aliud est, quàm in fide non posse errare. Fide libus verò promißiones dari, non negamus, vt Calui- nus nobis imponit, dùm inquit: Cùm autem huiusmo di promißiones interpretantur, quasi nemini christi- anorū datæ sint, sed vniuersali ecclesiæ, &c. Verùm inter ecclesiam ac illius membra circa Dei promißio- nes maximè interest: nam de adimpletione promißi- onum in ecclesia nemo credens fidei articulū, videli- cet Sanctam Ecclesiā, dubitat. Quare quod dei eccle- sia gubernetur à spiritusancto, quod sciat omnem ve ritatem necessariam, quod habeat dei sensum: deniq; quod in fide non poßit errare, per fidem facti sumus certiores. At de adimpletione promißionum in singu lis fidelibus (cum diuina scriptura definitè illud non explicet) dubitamus. Deniq; propter ecclesiæ cū Chri sto coniunctionem, & fidelium cum ecclesia commu nionem omnes promißiones ad catholicam ecclesiam referuntur, atque ille copiosiùs & pfectiùs catholicæ ecclesiæ, quàm singulis fidelibus dantur. Catholica igitur Ecclesia, cū singulis fidelibus sit doctior & san ctior, omniū credentiū sit mater & doctrix oportet.

Calu ca 8. para. 75.

Deus non per quoſuis homines, ſed per prophetas & apoſtolos docet catholicam eccleſiam ſynceram fidem. Cap.62.

CAtholicam quidem Eccleſiam tantam donorum ſpiritualium magnitudinem habere & cunctorum credentium eſſe doctricem, non ſolùm catholici, ſed ſectarij profitentur. Caluinus, Eſt enim, inquit, noſtra omnium mater, penes quam gratiæ ſuæ theſauros depoſitos eſſe voluit dominus, quo & eius fide conſeruentur, & per eius miniſterium diſpenſentur. Infra etiam eandem ſententiam exponit, dicens: Quod ergo non extinguitur in mundo veritas, ſed ſalua perſtat, id fit, quod fidam habet cuſtodem eccleſiam. Philippus eiuſdem eſt ſententiæ, dùm ait: Vult enim Deus in eccleſia eſſe miniſteriũ vocis: quare audienda eſt eccleſia vt doctrix, &c. Verùm ſectarij ſui immemores, ſibi non conſtãt, nam ad ſuos aſtruendos errores officium docendi catholicam eccleſiam indecenter & inordinatè ſibi aſſumunt. Auguſtana confeſſio Nunc dei, inquit, beneficio reuocatur eccleſia ad veros & vtiles cultus, quos Deus probat, & requirit, &c. Eandẽ ſententiã Caluinus aſſerit, dicens: Interim ſi nitimur emẽdare, ꝙ diſplicet, facimus id ex officio noſtro: & huc pertinet illud Pauli 1. ad Cor. ca. 14. Si melius quid ſedenti reuelatũ, &c. At cùm docere dei eccleſiam non ad homines, ſed ad Deũ ſpectet, non humana ſed diabolica ſuperbia eſt, emendandi eccleſiam officium ſibi vendicare. Huiuſmodi eſt ſectariorũ inſolentia. Catholica enim

Calu. ca.8. pa.1. et 76.

Philip. in locis de eccl.

Aug. conf. artic.20.

Calui. ca.8. para.6.

enim ecclesia non sicut ciuilis Respublica ab hominibus, sed à Deo constituta est, quod Paulus apertè satis exposuit, dùm Christum ecclesiæ esse caput, non rarò docuit. Istam sententiam ecclesiæ primordia, & progressus clarißimè manifestant. Nam religionis doctrina, quam antiqui patres seruarunt, à Deo fuit instituta, Deus enim Adæ, Noæ, Abrahæ, & cæteris patribus & prophetis locutus fuit. Lex etiam vetus à Deo fuit reuelata Moysi: Christus etiam discipulos suos Euangelium docuit, & in die Pentecostes Spiritus sanctus illis fidei mysteria patefecit, denique nullus præter Deum, apostolos & prophetas in fide instituit, nullus quoque homo nisi à Deo per reuelationem edoctus, catholicam ecclesiam fidem docuit. Quæ sententia non latuit sectarios: nam illi vt docendi catholicam ecclesiam officium sibi assumerent, recẽtes aut apostolos, aut euangelistas seipsos commenti sunt. Atque quemadmodum apostoli prophetarum fidem explicauerunt, & antiqua legis sacramenta esse à Christo euacuata, & noua sacramenta instituta, docuêre: ita sectarij euangelij nouam interpretationẽ ediderunt, & fidem, sacramenta, & cætera omnia ab apostolis tradita, ac ab vniuersali ecclesia recepta, mutare satagunt. Verùm cùm illi, vt suprà expositum fuit, nec prophetæ, nec apostoli, nec euangelistæ sint, huiusmodi munus apud illos non eße, manifestũ est. Calu ca 8. para. 6. *Quare Caluinus decipitur, dùm ait: Interim si nitimur emendare quod displicet, facimus id ex officio nostro. Nam Pauli locus quem ad suum errorem astruendam allegat, perperam ab illo interpretatur.*

Et

Et Huc, inquit, pertinet illud Pauli .1. Corinth. cap. 14. Si melius quid sedenti reuelatum fuerit, &c. Illic enim Paulus non doctorem corrigere Ecclesiam, sed Ecclesiam emendare doctorem praecipit. Atq; istũ esse illius loci germanum sensum scripturae circunstã tia clarè manifestat, dùm ait: Prophetae autem duo aut tres dicant, & caeteri dijudicent. Quod si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Illud quidem verbum, caeteri, non singulos fideles, sed ecclesiã, quae singulorum fidelium est doctrix, significat: illi etiam cui praecipit Paulus tacere, non est ecclesia, sed imperitus concionator, aut potiùs sectarius. Et ille, cui melius aliquid fuit reuelatum, non ecclesiam, sed pseudophetam emendauit. Quare emendandi ecclesiam officium non singulis fidelibus, vt Caluinus falsò asserit, demandatum est. Constat, inquit, singulis ecclesiae membris demandatum publicae aedificationis studium, &c. Nam ètsi Deus, vt scriptura ait: Mandauit vnicuiq; de proximo suo, tamen emendandi ecclesiam officium non cuiuis commisit. Paulus enim ad reprimendos sectariorum furores ait: Omnia autem honestè, & secundum ordinem fiant in vobis, &c. Singulos nimirum fideles non decet, nec illus ordinatè conuenit, catholicam ecclesiam emendare nam sicut in mundi administratione secundae causae ordinẽ à deo praefixum non perturbant, sed omninò seruant, vt ignis quidem comburit, aqua verò humectat, & sic de caeteris. Vnaquaeq; enim res iuxta suam operatur naturam: ita in ecclesia ordo tradendi fidem à Deo cõnstitutus, non est deprauandus, sed potiùs à singulis

1. ad Cor. cap. 14.

Calu. ca. 8. para. 6.

Ecclesiast. cap. 17.

1. ad Cor. cap 14.

gulis fidelibus syncerè est seruãdus: nã Deus omnẽ hominẽ venientem in hũc mundum nõ inordinatè, sed ordinatissimè illuminat. Sed ordo quidem à deo præfixus iste nimirum est, quod Deus prophetas & apostolos per se, catholicam vero ecclesiam per omnes illos: per ecclesiam autem doctores, per istos verò singulos fideles veram docet religionẽ. At præsentis seculi sectarij, hæreticorum vestigijs inhærentes, præposterũ tenent ordinem, quia contra dei ordinationem docẽdi catholicam ecclesiam officiũ sibi assumunt, aduersus quorum insolentiã beati Augustini sententia, non minus quàm contra Donatistas, militat: Nisi fortè, inquit, hoc restat hominum insaniæ, vt dicant nõ ex illis ecclesijs, quæ fundatæ sunt per apostolorum labores, adimpleri prædicationem euangelij in gentibus, sed illis pereuntibus, & earũ reparationem ex Aphrica per partem Donati & residuarum gentium acquisitionem. Puto, quod ipsi etiam rideant, cùm hoc audiunt, & tamen nisi hoc dicant, quod erubescunt si dicant, non habent omninò quod dicant. Sed quid ad nos? Nemini inuidemus, legant nobis hoc de scriptũris sanctis & credimus, &c. Sicut enim Donatistæ ex Aphrica, ita sectarij ex Germania, aut ex parte Confessionistarum, aut Anabaptistarum, aut Sacramentariorũ ecclesiæ reparationẽ esse faciendã, affirmãt. Verùm vnaquæq; illarũ triũ sectarũ purã verbi Dei prædicationem sibi vendicans, cæterasq; sectas erroris damnans, se ab alia emendari non sustinet, & emendandi & docendi catholicam ecclesiam officium sibi assumit.

Aug. de eccles. vnita. cap. 15.

Vnus

Vnus quidem magiſter vnam fidem catholicam eccleſiam docet, multi verò ſectarij varios errores. Cap. 63.

ETſi Deus ad docendam fidem vti ad prolem procreandam varijs vtitur miniſtris, tamen omnium credentium nõ plures, ſed vnus eſt magiſter, & cunctorum filiorũ vnus eſt pater. Chriſtus enim ait: Vos autem nolite vocare Rabbi, vnus eſt enim magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis: & patrem nolite vocare vobis ſuper terram, vnus eſt enim pater veſter qui in cælis eſt: nec vocemini magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Dominus quidem noſter Ieſus Chriſtus non ſibi vendicat magiſtri patrisq́, et nomen & officium, quod à doctoribus docendi munus, & à parentibus honorem auferat, ſed quo ſectas ab hominibus excogitatas dedoceat, & catholicam fidem à ſe reuelatam doceat, atque quo deus rerum conditor colatur. Nam Deus tum omniũ rerum, tùm fidei eſt auctor, cæteri verò eius ſunt miniſtri. Quare ille nimirum propriè, cæteri verò abuſiuè aut magiſtri, aut parentes appellantur. Iſtam ſententiam beatus Hieronymus exponit, dicens: Aliud eſſe natura patrem vel magiſtrum, aliud indulgentia. Nos ſi hominem patrem vocamus, honorem ætati deferimus, non auctorem noſtræ oſtendimus vitæ. Magiſter quoq; dicitur ex conſortio veri magiſtri. Et ne infinita replicẽ, quomodo vnus per naturã deus, et vnus filius non præiudicat ceteris, ne per adoptionem Dei vocentur & filij: ita & vnus pater &

Matt. c. 23.

Hierony.

& magister non præiudicat alijs, vt abusiùs appellētur patres & magistri. Summa quidem Dei omnipotentia clariùs per fidei symbolum, quàm per Philosophiam explicatur, illud enim ait: Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ, &c. *Illa nempe verba, creatorem cæli & terræ,* Deum ex *nihilo omnia condidisse, apertè satis significant: per cælum & terram omnes res, quæ non sunt Deus, intelliguntur. Vnde si Deus ex aliqua re, quam ipse non fecisset, & qua indiguisset ad mundi creationem, cætera condidisset, non magis fuisset omnipotens ad mūdum creandum, quàm artifex ad domum faciendū. Verùm etsi deus in mundi primordijs omnia per se, et ex nihilo creauit, tamen in progressu ex aliquo, & per secundas causas mundum administrat, vt Augustinus sapienter exponit, dicens: Sic itaque administrat omnia quæ creauit, vt etiam ipsa proprios exercere & agere motus sinat, &c. In huiusmodi etiam rerū administratione summa Dei omnipotentia manifestatur: nā in omni actione Deus perfectiùs, quàm causa secundæ operatur, & sine illis, vti in principio factū fuit, potest omnia operari. Deus igitur siue per se, siue per causas secūdas operetur, rerū conditor est. Similiter deum religionis esse conditorem, cæteros verò illius esse ministros, scriptura exponit, dicēs: Quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. In alio etiam loco ait: Aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum. In humanis quidem disciplinis vnus est inuentor, & alius aliquid aliud addidit, ex quo in disciplinis fit aliqua*

Aug. de ciuit. dei ca. 30. li. 7.

Ioān. ca. 1.

Ad Hæb. cap. 12.

accessio, quia hominum quidem nullus aliquam disciplinam consummauit: nam nemo disciplinarum au ctor, sed inuentor est. At Deus fidei auctor & consum mator est: quia ille à principio religionem instituit, quam in progressu, dum legem per Moysen dedit, auxit, & per euangelium illam consummauit, vt scritura clarissimè exponit, dùm ait: Nolite putare, quoniam veni soluere legem aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere, sicut enim in rerum naturalium creatione pater, filius & spiritussanctus non tres, sed vnus est creator, quia pater non aliam rem quàm filius, sed eandem tota trinitas condidit, ita vnam & eandem fidem tota trinitas docet. Hanc sententiam Christus mirificè exponit, dicens: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. In alio etiam loco de spiritusancto ait: Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur à semetipso, sed quaecunque audiet, loquetur. Cùm igitur tres diuinae personae in rerum & fidei con ditione prorsus conueniant, secundae causae in illarum administratione non varient oportet. Causas quidem naturales à prima rerum conditione non variare per se notum est. Secundae enim causae in mundi administratione suos effectus, iuxta rerũ genera à deo creata, producunt, & nihil praeterea. Huiusmodi etiam esse fidei ministerium multò magis conuenit. Vnde sicut filius à patre, & spiritussanctus ab vtroque in fidei doctrina non discordat, ita prophetae à Deo, apostoli à prophetis, & catholica ecclesia ab vtrisque non dissentit. De ista consensione expressè diuina scriptu-

Matth. 5. c.
Ioan. ca. 7.
ca. 16.

ra testimonium perhibet: de apostolis quidem & pro-
2. Pet. c. 1. *phetis ait: Hoc primùm intelligentes, quod omnis pro phetia scripturæ propria interpretatione non fit. non enim voluntate humana allata est aliquando prophe tia, sed spiritusancto inspirati locuti sunt sancti Dei*
ad Tim. 3. *homines. De ecclesia verò: Vt scias, inquit, quomodo oporteat te in domo dei cōuersari, quæ est ecclesia dei viui, colūna et firmamentū veritatis. Apostolos deniq; et prophetas nihil amplius docuisse, quàm syncerā fidem, ex eo manifestum est, quòd non illi, sed Deus p illos locutus fuit. Catholicam quoq; ecclesiam eandē doctrinā profiteri, cùm sit sancta, oportet. Aliter enim si verum est quod apostolus ait: Si quis vobis euangelizauerit, præter id quod accepistis, anathema sit, verè catholica ecclesia si nouā fidei doctrinam aliquando docuisset, anathema fuisset. Verùm cùm illa perpetuò gubernetur à spiritusancto, tā alligata est ad prophetarū & apostolorū doctrinā, quàm apostoli et prophe*
Calu. ca. 8. para. 77. *tæ alligati fuerunt ad diuinā reuelationē. Sed Caluinus ad ecclesiæ auctoritatē labefactandā, ait Quod illi negant errare posse ecclesiā, huc spectat, atq; ita interpretātur, quoniā spiritu dei gubernatur, tutò incedere sine verbo posse. Et infrà. Hoc igitur est discrimē: illi ecclesiæ auctoritatē extra dei verbū collocant, nos aūt volumus verbo annexam, nec ab eo separari patimur. Quibus quidē locis Caluinus nullius, huiusmodi asserētis nominatim meminit, ex quo illius cōmentū detegitur. Nā etsi catholici ecclesiā semp à spiritusancto gubernari asserāt, tamē illā tutò sine dei verbo incedere negāt. Quo enim ecclesia spiritusancto gubernatur*

natur, eò ad verbū dei est alligata, Quia vt priuati hominis sanctitas sine Dei verbo non potest perstare, ita ecclesiæ sanctitas sine dei verbo nō poterit conseruari, imò sine dei verbo ecclesia non cōgregatur, vt experiētia in sectarijs docet, ex quibus nō vna, sed plures ecclesiæ cōgregatæ sunt. Quid quod illi incedūt sine dei verbo: et suarū ecclesiarū auctoritatem extra dei verbum collocant: ac catholici, ecclesiā nunquā non incedere cum verbo Dei, constanter affirmant, & propterea necesse est, illam nunquam errare, atq; infallibilem esse, quia Dei verbum neminem fallit.

Verbi dei cōcionatores catholicæ ecclesiæ doctrinæ sint alligati oportet. Caput 64.

DIuina quidē sapientia suauiter omnia disponēs, vt omnes credentes in vnā fidei societatē, id est, vnam catholicam ecclesiā coirent, verbi dei doctores catholicæ ecclesiæ doctrinæ alligauit, quod scriptura exponit, dùm ait: Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? Verbū profectò mittēdi, doctores ad ecclesiam esse alligatos, manifestè docet. Nā cùm mittēdi cōcionatores auctoritas sit penes catholicā ecclesiam nemo inordinatè potest cōcionari, nisi ab ecclesia legitimè fuerit vocatus & missus. Atq; ille (vt qui mittuntur omnes ab alio) nō suam sed illius, à quo missus fuit, personam agat oportet. Quare sicut Dei prophetæ & apostoli, non suam, sed diuinam doctrinā prædicarunt, & sicut catholica ecclesia non sectas, seu hæreses, sed synceram fidem, quam ab apostolis accepit, tenet ac docet: ita verbi Dei doctores & concionatores non priuatum, sed communem ecclesiæ

Ad Rom. cap. 10.

ſenſum doceant, oportet. Nam ſi prophetæ & apoſtoli aliud quàm ſibi fuit reuelatum prædicaſſent, nec interpretis, nec nuncij officium fideliter præſtitiſſent. Catholica enim eccleſia ſi à prophetarum & apoſtolorum doctrina deficiens aliter quàm ab illis fuit edocta, docuiſſet, non Chriſti corpus, id eſt, Dei eccleſia, ſed ſathanæ fuiſſet: ſimiliter ſi doctores à catholica eccleſia vocati, aliter quàm illa tenet concionarentur, non Chriſti corporis, id eſt, eccleſiæ, ſed ſathanæ eſſent membra. Nam qui non docet ſecundum communem eccleſiæ doctrinam, non habet eundem fidei ſpiritum cum eccleſia, & per conſequens eccleſiæ non eſt membrum: nam doctrinæ vnitas ſeu conſenſus à fidei vnitate pendet, vt Paulus docet, dùm ait: Habentes autē eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt: credidi propter quod locutus ſum, & nos credimus propter quod & loquimur. Vnuſquiſq; igitur doctor iuxta id quod credit, concionatur. Vnde ſectarij in fidei dogmatibus variantes, & aliter quàm catholica eccleſia prædicantes, fidei nimirum eundem ſpiritum non habent. Quod ſi illi vnam non habent fidem, nullam fidem habent: quia fides aut vna, aut nulla eſt. Tum etiam quod aiunt, non doctores eccleſiam, ſed eccleſiam ad doctores eſſe alligatā, falsò aſſerunt. Vt Caluinus: Quem igitur, inquit, firmiſſimum retinendæ vnitatis nodum fore prouidit Dominus, eò eccleſiam ſuam adſtrinxit, dùm ſalutis ac vitæ æternæ doctrinam apud homines depoſuit, vt per eorum manus reliquis excommunicaret. Quæ omnia non ſolùm falſa, ſed ſecum pugnantia ſunt: nam allegans eccleſiam ad

2. ad Cor. cap 4.

Calu. ca. 8. para. 17.

ad doctorũ doctrinã, tantùm abest, vt ecclesia vnitatem retineat, vt potiùs illam dissoluat, ac in plures scindat partes, vt videre licet in Corinthiorum ecclesia, de qua Paulus: Significatum est, inquit, mihi de vobis fratres mei, ab ijs qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, quod vnusquisque vestrûm dicit: ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Christi. Diuisus est Christus? Huiusmodi factum esse in Germania res ipsa loquitur: nam Lutherus, Philippus, Caluinus, & cæteri præsentis seculi sectarij ad suas sectas ecclesiam allegare satagentes, schismata non pauca fecerunt, & plures hæreses excitarunt: quia non pauci spreto ecclesiæ sensu, salutis ac vitæ æternæ doctrinam esse apud homines (vt Caluinus ait) existimarunt: & istorum vnusquisq; dixit, ego quidem sum Lutheri, ego autem Philipi, ego verò Caluini, & sic de cæteris sectarijs. Vnde Germanica natio, quæ diù seruauerat vnitatem spiritus in vinculo pacis, per Lutheri & illius successorum infælicissimam prædicationem in sectas & schismata scissa est. Ad catholicæ igitur ecclesiæ vinculum pacis seruandum, doctores ecclesiæ alligatos esse oportet. Veluti Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus, & cæteri pij & sapientissimi viri fuêre, qui in mundi varijs & nationibus & partibus plebem docentes fidem, licèt inter se in aliquibus non conuenissent, tamen quia ad catholicam ecclesiam fuerunt alligati, nullum schisma fecerunt, nullasq; hæreses docuerunt. Sed quid multis, Caluinus in alio loco non apud homines, sed apud ecclesiam

1. ad Cor. cap. 1.

Deũ salutis ac vitæ æternæ doctrinam deposuisse, asse-
Calui. ca. 8. *ruit. Est enim, inquit, nostra omniũ mater, penes quã*
para. 1. *gratiæ suæ thesauros depositos esse voluit Dominus, quo & eius fide conseruentur, & per eius ministeriũ dispensentur. Et infrà: Quòd ergo non extinguitur in mundo veritas, sed salua perstat: id fit, quòd fidam habet custodem ecclesiã. Ex qua catholica sententia, error prioris ad cæterorum sectariorũ circa istum articulũ in hunc modum est emendandus: videlicet: Quẽ igitur firmißimum retinendæ vnitatis nodum fore prouidit dominus, eo euangelij concionatores adstrinxit, dùm salutis ac vitæ æternæ doctrinam apud Catholicam ecclesiam deposuit, vt per eius manus illis cõmunicaret, &c. Nam Deus per catholicam ecclesiam concionatores synceram fidẽ docet. Quare nòn ecclesia ad concionatores, sed concionatores ad ecclesiam sunt alligati: in dei enim ecclesia prophetæ & apostoli non sunt cõfundendi cũ doctoribus, quia illi à Deo per reuelationem, isti verò ab ecclesia per auditũ fidẽ receperũt. Vnde ecclesia non ad istos, sed ad illos est alligata: nam à prophetis quidem & apostolis ecclesia accepit verbum Dei: Doctores verò ab ecclesia recipiunt*
Ad Rom. *fidem, vt Paulus docet, dùm ait: Fides ergo ex audi-*
cap. 10. *tu, auditus autem per verbum Christi. Vnusquisque enim ad illum, à quo accepit dei verbum, est alligatus: istam sententiam mirificè Paulus exponit, dùm ait:*
1. ad Cor. *An à vobis verbum dei processit? aut in vos solos per-*
cap. 14. *uenit? Quem locum Theophilactus cum Chrysostomo exponens, ait: Nunquid vos estis doctores? aut à vobis exijt prædicatio ad reliquos? vel apud solos stabilita*

lita est fides, nec oportet vos ab alijs recepta recipere? Neq; igitur vos primi estis fideles, neq; soli. Est igitur operæprecium, quæ vniuerso placēt orbi vos etiā amare. Quare cùm Lutherus et eius successores nō fuerint primi, qui dei verbum audierint, nec soli, alligati sint ad catholicam ecclesiam, à qua Dei verbum accepêre, oportet.

Qui ecclesiæ non credit, nec in Deum per ecclesiam loquentem credit.

ETsi sectarij se in Deum credere profitentur, tamē nō minus increduli sunt, quàm qui maximè, imò vt alia omittam symboli primùm articulum, scilicet, Credo in vnum Deum, non credunt, nam iste articulus non solùm quod definitè, vnum esse verum Deum, sed illum per suos nūcios loquentem esse veracē credamus, exigit. In creaturis enim credere, Petrum esse verum hominem, & de illius veracitate dubitare non repugnat quia aliud est, Petrum esse verum hominē, & aliud esse veracem, vt scriptura testatur, dùm ait: Omnis homo mēdax. At in diuinis rebus, & supnaturalibus donis contrariū euenit: nā esse verū Deū, aut esse prophetā, aut apostolū, aut sanctā ecclesiā, et nō esse veracē (in deo quidē ꝑpter naturā, in cæteris verò ꝑpter dei gratiam) manifestè repugnat. Nam quo est verus deus, eo est summè verax: cùm enim deum nihil lateat, illum falli est impoßibile: cùm etiam deus summa sit bonitas, non potest fallere. Vnde credens in Deum, credat illum veracem esse, oportet. Similiter quo propheta, apostolus, & ecclesia est Dei, eò est verax, quia Deus, quos ad nunciandi Cap. 65.

 officium

officium specialiter vocat, veracitatis donum perpetuò præstat. Verùm idololatræ Iudæi, & sectarij de istorum aut omnium, aut alicuius veracitate dubitantes, non credunt Deum esse veracem, vnde nec in deum credunt. Omnes autem idololatras, Iudæos, & sectarios non credere Deum esse veracem, apertè satis
Ioan.ca.5. *diuina scriptura exponit, dùm ait: Si non venissem et locutus fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Deus quidem quanquam per pauculos, per reuelationem, & per Christũ Iudæos tantùm, fidem docuisset: non ideò destitit, quin vniuersum orbem per idoneos nuncios docuerit, quibus tamen idololatræ Iudæi & sectarij non crediderunt. Sed de idololatris & Iudæis inter sectarios & catholicos conuenit. Nam idololatræ quidem nullis Dei nuncijs, Iudæi verò nec Christo, nec apostolis crediderunt. Verùm sectarij dùm infidelitatis illos omnes condemnant, se ipsos hæresis damnant. Nam sicut idololatræ, & Iudæi, eò quod Deo per Christum & per apostolos loquenti non crediderunt, increduli fuerunt: ita sectarij dùm Deo per vnã sanctam catholicam ecclesiam loquenti non credũt, hæretici fiunt. Istam catholicam sententiam mirificè beatus Augustinus exponit, dicens:* Aug.super Ioan.tract. 89. *Potest mouere quærentes, vtrùm hi, ad quos non venit Christus, nec locutus est eis, habeant excusationem de peccato suo. Et infrà: Ad hæc inquisita pro meo captu domino donante respondeo, habere illos excusationem non de omni peccato suo, sed de hoc peccato, quo in Christum non crediderunt: ad quos non venit, & quibus*
nõ

non est locutus. Sed non in eo sunt numero hi, ad quos in discipulis venit, & quibus per discipulos est locutus, quod & nunc facit. Nam per ecclesiam suam venit ad gentes, & per ecclesiam suam loquitur gentibus. Ad hoc enim pertinet, quod ait, Qui vos recipit, me recipit: & qui vos spernit, me spernit. An vultis, inquit apostolus Paulus, experimentum accipere eius, qui in me loquitur Christus? Sicut igitur Christo & apostolis prædicantibus, Iudæi, & gentes, Deum per illos loqui, credere tenebantur, & sicut nemini licitum fuit, de illorum veracitate dubitare, ita post Christi ad cælos ascensionem, & discipulorum illius prædicationem, Deum per vnam sanctam catholicam ecclesiam loqui firmiter credendũ est, & qui ecclesiæ prædicanti non credunt, tam increduli sunt, quàm Iudæi & gentes per Christi & apostolorum prædicationem, non credentes in Deum. Quare quemadmodum Iudæi & idololatræ constanter affirmantes se de veracitate Dei non dubitare, impudentissimè mentiuntur: nam qui dubitat, seu potiùs non credit dei idoneis nuncijs, nec Deo credit, & per consequens non in Deum credit. Similiter sectarij constanter affirmantes se credere in Deum, & catholicæ ecclesiæ non credentes, manifestissimè mentiuntur: nam qui non credit ecclesiæ, per quam deus loquitur, non credit in Deum. Istam catholicam sententiam diuina scriptura mirificè exponit, dùm ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Quæ Christi verba non de singulis doctoribus, sed de catholica ecclesia tam sunt Luc. 10 c.

vera, quàm de apostolis & prophetis: nã dei verbũ expreßè & definitè, non Lutherum, nec Caluinum, nec quęcunq; alium, sed prophetas, apostolos, & catholicam ecclesiã idoneos nuncios, per quos deus fidei mysteria vniuerso orbi locutus est exposuit, de quorũ veracitate si fas esset dubitare, nihil certi in religione maneret. Vnde prophetas, apostolos, & catholicã ecclesiã, per quos deus fidei dogmata loquitur, esse infallibiter veraces firmiter credẽdũ est. Prophetas quidẽ fuiße idoneos dei nũcios, Iudæi et christiani affirmãt, increduli verò negãt: de apostolorũ verò auctoritate catholici et sectarij cõsentiũt, sed pfidi Iudæi inficiantur. Isti enim veteris sacræ scripturæ testimonia, quæ Christi & apostolorũ auctoritatẽ testãtur, deprauãtes, Christi fidẽ, sine qua nõ est salus, non recipiũt. Ecclesiæ aũt auctoritatẽ catholici sequuntur, at sectarij illã contemnentes, in deũ per illã loquentẽ non credũt. Diuina enim reuelatio specialiter de ecclesiæ auctoritate mira ptulit testimonia, inter quæ non minimũ est ille Symboli articulus, sanctã ecclesiam, quem quidẽ fidei articulũ si sectarij credidißent, schismata et hæreses è medio sublata fuißẽt: nã credẽs catholicã ecclesiã esse sanctã, credat illã in fide non poße errare oportet, quò enim ecclesia est sancta, eò est verax, ac eò eius auctoritas ad fidẽ astruendã est sufficiens. Prophetarũ nẽpe et apostolorũ auctoritas quæ fidẽ astruebãt, in miraculorũ & pphetiæ donis stabilita fuit, catholicæ verò ecclesiæ auctoritas in sanctitatis dono fũdatur: et meritò quidẽ: nã cessantibus pphetiæ et miraculorũ donis, sanctitatis gratia inseparabiliter collata

lata

lata est ecclesiæ ad fidē astruēdā. Atq; istud quidē do nū pseuerare in catholica ecclesia, p fidei articulū facti sumus certiores. Et licèt plura alia diuina dona in præsenti seculo sint data catholicæ ecclesiæ, tamē spiritus sāctus fidei articulorū reuelator, sanctitatis donū, tum quia in illo cætera includūtur, tùm quia ad fidē faciendā sanctitas primas tenet, in symbolo explicauit, dicēs: credo in Spiritū sanctū, sanctā ecclesiā. Sanctitatē, inquā, auctoritatis obtinere primatū, nō solū catholici christiani, sed mūdi sapiētes cōstanter affirmāt. Aristote. Nā probitas, inquit, dicētis non (vt quidā eorū reliquerūt, q artes scripserunt, nihil affert ad probandū, sed fere (vt breui absoluam) præcipuā, mores faciūt fidē. Et infrà eandē sententiā sapientissimè exponens, ait: Tria sunt enim, quæ præter demōstrationē fidē faciunt, prudentia, virtus, beneuolētia. Nā qui dicunt, aut consulunt, vel propter hæc omnia, vel propter aliquid horū fallūt: aut enim propter stultitiam non rectè opinantur, aut rectè sentiētes, pter improbitatē nō dicūt vt sentiūt: aut quāuis rectè sentiāt, virtuosiq; sint, tamē cū beneuoli nō sint, facile creduntur spontè non optime consulere. Hæc igitur sunt quare fallunt, et præterea nihil. Quare necesse est, si quis omnia hæc videtur habere, fide dignū esse apud audiētes. Eiusdē sententiæ est Tullius, dicēs: Fides aūt vt habeatur, duabus rebus effici potest, si existimabimur adepti coniunctā cū iustitia prudentiā, nā et ijs fidē habemus quos plus intelligere, quàm nos arbitramur, quosq; & futura prospicere credimus, et cùm res agatur, in discrimenq; ventum sit, expedire rem,

Arist. Rhe. li. 1. ca. 1. Et li. 2. ca. 1.

Tull. offic. lib. 2.

& consilium ex tempore capere posse: hanc enim omnes existimant vtilem, veramq; prudentiam. Iustis autem & fidis hominibus, id est bonis, ita fides habetur, vt nulla sit in his fraudis iniuriaq; suspicio. Itaque his salutem nostram, his fortunas, his liberos rectissimè committi arbitramur. Harum igitur duarum ad fidem faciendam iustitia plus pollet: quippe cùm ea sine prudentia satis habeat auctoritatis, prudentia sine iustitia nihil valet ad faciendam fidem: quo enim quis versutior & callidior est, hoc inuisior est, & suspectior detracta opinione probitatis. Quamobrem intelligentia iustitiæ coniuncta quantum valet, habebit ad faciendam fidem virium. Iustitia sine prudentia poterit multum, sine iustitia nihil valebit prudentia. Tantùm ille. Illa nimirum omnia, quæ apud homines fidem faciunt, in sancta ecclesia per Dei gratiam perfectiùs quàm in singulis hominibus reperiri, quicunq; credens fidei articulum Sanctam ecclesiam, minimè dubitat: nam illa nimirum prudentior & iustici-or est singulis fidelibus, quia sicut totũ maius est suis partibus, ita catholica ecclesia Christi corpus singulis fidelibus doctior & sanctior est, ꝑpter quã causam maioris auctoritatis est, quàm singuli fideles. At sectarij, vt seipsos non esse dei ecclesiæ, id est, Christi mẽbra comprobarẽt, maiorem auctoritatem sibi, quàm catholica ecclesia, vendicant.

Nemo sine Ecclesiæ auctoritate Bibliam esse dei oraculum ordinariè credit.

Quan-

Qvanquam diuina auctoritas, ad fidei myste- Cap. 65.
ria hominibus persuadenda primùm locum tenet, tamen sine ecclesiæ auctoritate ordinariè nulli quicquam persuadet: quia licèt Deo habendam esse fidem, omnibus sit per se notum, cùm ille non per se, sed per nuncios hominibus loquatur, de illius tùm nuncijs, tùm verbis ac literis euidentia non habetur. Sed ne incredulis excusandi locus relinquatur, nec credentes temeritatis arguantur, Deus per catholicam ecclesiam (quæ hominum & sanctißima & doctißima est) suum verbum proponit. Istam senten- Ad Rom.
tiã beatus Paulus apertè satis exponit, dùm ait: Quo- cap. 10.
modo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante? quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? Nullus igitur credit in Deum, nisi prius ecclesiæ religionis dogmata proponendi habuerit fidem. Vnde ad fidem propagandam vltra diuinam scripturam ecclesiæ auctoritas est neces- Calu. ca. 1.
saria. Aduersus quam apostolicam doctrinam Cal- para. 13.
uinus ait: Vbi sermonem Dei esse, qui proponitur in confeßo est, nemo est tam deploratæ audaciæ, nisi forte à sensu communi, & humanitate quoq; ipsa destitutus, qui fidem loquenti negare ausit: sed quoniam non quotidiana è cælis redduntur oracula, scripturæ solæ extant, &c. Illa nimirum Caluini verba (scripturæ solæ extant) nullum esse Dei verbum præter scripturam, nullamq; penes Dei ecclesiam esse auctoritatem præter scripturæ auctoritatem significant: sed ista omnia cum Dei verbo, & secum pugnant. Nam cùm Deus ipse per se non loquatur hominibus, illius

nec

nec verbum nec scriptura est in cõfesso. Igitur ad credendum istud esse dei verbũ, et illam esse diuinã scripturam, necessaria est idonea auctoritas: quã esse penes catholicam ecclesiã, Paulus clarissime exposuit, dùm homini ad credendũ nullã viam præter ecclesiæ Ad Rom. cap. 10. *auctoritatem patefecit. Quomodo, inquit, credent ei, quem non audierunt? quomodo autẽ audiẽt sine prædicante? quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? Quod si penes ecclesiã non esset idonea auctoritas (vt Caluinus ait) ad persuadendum dei verbũ et diuinã scripturam, Paulus temerarium credendi ordinẽ tradidisset, quod affirmare hæreticum est. Cùm igitur nemo credat in deum sine prædicante, à catholica ecclesia legitimè vocato, multò minus illam scripturã esse diuinã, & illud esse dei verbũ sine prædicante credet. Quare dei ecclesiam habere sufficientẽ auctoritatẽ, ad adstruendam istam scripturam, & istud verbũ esse diui*Calu. ca. 1. para. 13. *num oportet. Verùm ad ista Caluinus respõdet, dicẽs: Quod aũt rogant, vnde psuadebimur, à deo (scripturam scilicet) fluxisse, nisi ad ecclesiæ decretum cõfugiamus? perinde est, ac si quis roget: vnde discemus lucẽ discernere à tenebris? Et infrà: Nẽpe ab interiori spiritussancti testificatione, &c. Prophetæ quidẽ ac apostoli, dei et hominis verba euidentiùs, quàm lucẽ et tenebras discreuêre, quia illi non per auditũ, sed p reuelationem crediderunt, ob quã causam illis dei verbũ fuit inconfesso. At cæteris, tantum abest, vt aliquod verbũ & scripturam esse Dei, sit incõfesso, vt potiùs sit ineuidens. Quod si quibusdã fidelibus datũ fuerit donũ, ad vera et falsa dogmata discernenda, quod Paulus testatur*

testatur, dicēs: Alijs datur discretio spirituum, tamen quia illud donū fuit priuatū, data est ecclesiæ publica auctoritas discernēdi spiritus dona, nédū scripturā. Spiritum, inquit, nolite extinguere, prophetias nolite spernere, omnia aūt probate, q bonum est tenete. Vbi verbum illud, probate, specialiter dictum est ecclesiæ: nam spiritus, & prophetiam probandi auctoritas, est penes ecclesiam. Quod si huiusmodi auctoritas penes illam non fuisset, non dixisset Paulus, probate: atque cùm vnicuique (Paulus ait) datur manifestatio spiritus ad vtilitatem: si priuata dona non fuissent examinanda à catholica ecclesia, illorum manifestatio non ad vtilitatem, sed in perniciem ecclesiæ fuisset, quod beatus Chrysostomus exponit, dicens: Multi apud Thessalonicenses, alij quidē verè, alij verò falsò prophetabant, hoc et in ea, quæ ad Corinthios est, dicit: discretio spirituum propterea data est, scelestus enim diabolus volebat per hoc ipsum donum, totum ecclesiæ negotium euertere. Et infrà: Quoniam dixerat, prophetias, ne contēnatis, ne putarent quibusuis hinc apertū esse suggestū, omnia, inquit, probate, id est, quæ veræ sint prophetiæ. Huiusmodi sunt sectarij præsentis seculi, nā illorum vnusquisq; catholicæ ecclesiæ auctoritate præterita, se habere sancti spiritus testificationē falsò affirmāt (quo diuinā scripturā nō ad ecclesiæ vtilitatē, sed in pniciē interptātur.) Aduersus istos erroris spiritus ad alio loco scriptura ait: Charissimi nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sint, quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum.

1. Ad Thess. ca. 5.

1. ad Cor. ca.p 12.

Chryso. ad Thess. homil. 11.

Ioan. ca. 4.

spiritus

Spiritus etiam qui sine ecclesiæ decreto testificatur, scripturam fluxisse à Deo, cum Dei verbo pugnat: nam quamuis credendi varij modi beatum Paulum non latuissent (ille enim non ecclesia prædicante, sed Deo reuelante in Christum credidit) tamen diuino spiritu, Caluinum & cæteros sectarios illuminationes prætexentes diuinas, præuidens, non dixit, quomodo credent sine spiritussancti testificatione; sed, quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicãte? quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? Verum tamen est, quod sicut in hominis generatione non quia Deus magis & principaliùs, quàm parentes agat, ideò solum Deum agere dicimus: quia filius sine parentibus nunquam generatur: ita etsi Deus magis & perfectiùs quàm ecclesia, istam scripturam esse diuinam, fidelibus persuadeat, tamen non solus Deus sine ecclesiæ auctoritate persuadet. Quare fideles sine ecclesiæ auctoritate, scripturam esse diuinam, credere nil aliud est, quàm illos sine parentibus fuisse genitos existimare, quia Dei verba & scripturæ credere, tam alligatum est ad ecclesiæ auctoritatem, quàm fœtus ad maternum vterum. Caluinus igitur non à spiritussancti, sed à maligni spiritus testificatiõe est persuasus, quia spiritussanctus prærerita ecclesiæ auctoritate, nulli præter prophetas & apostolos persuadet. Sed sicut filius ingratus, vt à parentibus debita pietatis officia subtrahat, se non à parentibus, sed à Deo fuisse genitum prætexit. ita Caluinus, vt obseruandi & colendi ecclesiam iugum excutiat, se non ab ecclesiæ auctoritate

Ad Rom. cap. 10.

tate, sed ab interiori sancti spiritus testificatione persuasum comminiscitur. Verùm sicut filio impietatem excusandi, ita nec Caluino errorem est locus: quia sicut filius sine parentibus non generatur à Deo, ita spiritus sanctus neminem sine ecclesiæ auctoritate ordinariè fidem docet.

Catholicæ Ecclesiæ auctoritate, diuina scriptura approbatur apud fideles.

Caput 67.

SEctarij profectò ignorantes diuinæ sapientiæ ordinem, quo Deus homines secretiora religionis mysteria suauiter docet, catholicam ecclesiam dei scripturam approbare, præter dignitatem seu potiùs blasphemiam esse dogmatizant. Inualuit autem inquit Caluinus, apud plerosq; perniciosissimus error, scripturæ tantum esse momenti, quantū illi ecclesiæ suffragijs conceditur. Et infrà: Pendet igitur, inquiunt, ab ecclesiæ determinatione. In alio etiam loco eandem sententiam confirmat. Quod de potestate, inquit, approbandæ scripturæ docent, prudens omitto, subijcere enim in eum modum Dei oracula hominum censuræ, vt ideò rata sint, quia placuerint hominibus, blasphemia indigna est. Verùm Caluinus cùm nullius huiusmodi asserentis nominatim meminerit, se mendacij condemnet, oportet: nam quāquam Catholici penes Ecclesiam cōfirmandi diuinam scripturam esse authoritatem, constanter affirment, tamen scripturæ tantum esse momenti, quantum illi Ecclesiæ suffragijs conceditur, & Dei oracula hominum censuræ subijcienda, & illa ideò esse rata, quia hominibus

Cal.c 1. par.13.

Cap.8.par. 89.

nibus placent, tantùm abest, vt illi afferant, vt potiùs pari consensu inficientur. Nam confirmare scripturã nõ est, illam facere veram, sed est auctoritatiuè, vt sic loquar, definire, illam esse dei oraculũ, & ideo credendam. Diuinæ etenim scripturæ, quantum ad illã attinet, nihil ueritatis, nihilq́ auctoritatis Eccesiastica approbatio addidit. Verùm quantũ ad homines scripturæ auctoritas, dùm ab catholica ecclesia approbatur, quodamodo augetur, quia fideles de scripturæ infallibili veritate, et q̃ illa nõ humano, sed diuino spiritu fuerit scripta, per ecclesiæ auctoritatẽ facti sunt certiores. Nã quãuis diuina scriptura de diuinis mysterijs à spiritusancto condita, in se clarior et certior sit humanis scripturis, tamen nobis, illius auctoritas obscurior est ecclesiastica auctoritate, quia res quãtò perfectiores, tantò nobis sunt minus notæ, vt Aristot. sapientissimè exponit, dicẽs: Cùm verò difficultas duobus sit modis, fortassis causa eius nõ rebus, sed nobis ipsis inest: queadmodum enim vespertilionũ oculi ad lumen diei se habent, ita et intellectus animæ nostræ ad ea, quæ manifestissima omniũ sunt. Huiusmodi sunt fidei dogmata diuinaq́ scriptura, q̃ nimirũ sole ipso sunt illustriora, verũ ob intellectus nostri tarditatẽ nobis sunt obscura: et sicut solis lux vespertilionũ oculis est veluti tenebræ, ita diuina mysteria humano intellectui sunt obscura. Ex quo fit vt conuenietissimus modus tradendi doctrinã sit à magis notis, ad minus nota, vt Aristoteles docet: Hæc aũt insita, inquit, natura nobis est via, vt é notioribus nobis, magisq́ manifestis, ad notiora natura, magisq́ manifesta proficiscamur

Arist. Meta. li 2. c. 1.

Arist. Phy. li. 1. ca. 1.

mur,nō enim ſunt eadem nobis atq; ſimpliciter nota. Quapropter hoc modo ex hiſce quæ natura quidē minus ſunt manifeſta,nobis autē notiora,ad ea quæ dilucidiora ſunt,magisq́; nota natura proficiſcamur neceſſe eſt. Deus igitur per catholicæ eccleſiæ auctoritatem,quæ manifeſtior quàm diuina auctoritas eſt,hominibus diuinam ſcripturam fideiq́ dogmata fideles docet, & per eccleſiæ auctoritatem ſuam approbat ſcripturam: & ſicut lumen licèt colorum naturā nec augeat,nec minuat,nec variet,tamen illos facit videri.Nā ſine lumine nemo videre,nec diſcernere poteſt colores:ita catholicæ ecclesiæ autoritas diuinæ ſcripturæ autoritatē nec auget,nec minuit, nec variat, ſed facit illā credi ab hominibus: nemo enim ſine eccleſiæ autoritate diuinam ſcripturā, & religionis dogmata ordinatè credit,nemoq́; ſine eccleſiæ autoritate Canonicā & Apocrypham ſcripturā legitimè diſcernere valet:nam etſi diuina ſcriptura,religionisq́; dogmata ſimpliciter ſint credibilia,tamen nobis ſine eccleſiæ autoritate talia nō vidētur: per eccleſiæ nanque autoritatem illa ſunt nobis credibilia. Vnde qui aut præter aut contra ecclesiæ autoritatem credit, vti ſectarij, eorumq́; ſectatores faciunt, temerarius aut hæreticus eſt: quia fides (vt Paulus ait) ex auditu, & Dei verbum non à quouis, ſed à teſte fide digno eſt audiendum, nemo tamen eſt fide dignior catholica ecclesia. Quare ſcriptura, dogmataq́;, de quibus illa teſtimonium perhibet, infallibiliter ſunt credibilia.Nec propter diuinæ ſcripturæ dignitatem eſt,quod ecclesia illam approbat: nam Christus cùm

Filius Dei sit, non solùm ab operibus mirabilibus, sed ab hominibus voluit approbari, vt scriptura clarissimè exponit, dicens: Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes, hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum, Istum locū beatus Chrysostomus exponens, Catholicam sententiam de scriptura ab Ecclesia approbatione, mirificè exponit, dum ait: Ipse aūt Christus cùm dixisset, ego non ab homine testimonium accipio, ne apud indoctiores sibijpsi repugnare videretur, cùm nunc dicat: alius de me perhibet testimonium, & scio, quia verum est testimonium eius, Ioannē significans nunc: non ab homine testimonium accipio: mox adiectione eam soluit dubitationem, inquiens: Sed hæc dico propter vos, vt salui sitis, Quasi dicat: Deus ego sum, & Dei vnigenitus filius, & supernæ, & immortalis substantiæ, nulliusq́; indigeo testimonio: & quamuis nemo hoc profiteretur, nihil proptereà natura mea fit minor, nihil deterior: sed cùm mortalium salus mihi curæ esset, in hanc descendi humilitatem, vt hominis testimonio me subijcerē. Nam propter Iudæorum imbecillitatem hoc pacto melius, faciliusq́; fides in eum extendi propagariq́; poterat. Tantum ille. Similiter Deus vt in se crederent homines, diuinam scripturam Ecclesiæ testimonio subiecit.

Ioan.c.1.

Chrys. super cap. Ioan. pri.

Etsi Prophetæ ad credēdum diuinis oraculis non indigent Ecclesiæ autoritate, tamen cæteri fideles indigent.

AT Caluinus (ni fallor) quia fides est Ecclesiæ fundamentum, ideò penes catholicam ecclesiam autoritatem approbandi sacram scripturam non esse existimat, dum ait: Nam si Christiana ecclesia Prophetarum scriptis & Apostolorum prædicatione initio fundata fuit, vbicunque reperiatur ea doctrina, ecclesiã certè præcessit eius approbatio. Verum quidem est, quod antequam ecclesia sacram approbaret scripturam, Deus fidei doctrinam approbauit. Sed quia Dei approbatio, non quòd nõ sit fide digna, sed quòd sine prædicante fidem non facit, ideò ad Dei verbo credendũ Ecclesiæ ap̃pbatio est necessaria. Quæ profectò sententia de duab. approbationib. Philosophos & Theologos non latet: duos enim discendi modos, vnũ quidẽ propter quid seu p̃ causam, alterũ verò si est seu p̃ effectũ Philosophus manifestè docuit. Quibusmodis Deũ cognosci Apostolus tradit dicẽs: Videmus nũc per speculũ in ænigmate: tũc aũt facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Beati quidem vnum esse Deum propter quid sciunt, seu potius illis est per se notum, & quasi primum principium, per quod diuinas proprietates euidenter cognoscunt. Huiusmodi esse notitiam, quam beati habent de Deo, illa verba facie ad faciem apertè satis significant. Beati nanque de Deo ac diuinis mysterijs, lõgè euidentiorem notitiam habent, quàm Philosophi de scientiarum primis principijs & conclusionibus. Philosophi verò vnum esse Deum non propter quid, sed si est per effectum cognouerunt. Quemadmodum cognoscendi Paulus per illa

Cap. 68.

Cal. cap. 1. par. 13.

Aristo. 1. post. Ca. 10

Ad Cor. cap. 13.

verba speculum & ænigma significauit. Deum enim
Ad Rom. cap 1. *à philosophis isto modo fuisse cognitum, idem Paulus in alio loco exposuit dicens: Deus illis manifestauit: Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur &c. Philosophi namque Dei vnitatem non per claram visionem vt beati, sed per creaturas perinde ac si quis per fumum cognosceret ignem, euidenter intellexêre. Atque sicut conclusio à præmissis deducitur, ita illa veritas Deus est vnus, in beatitudine ab obiecti euidentia, in Philosophia verò à creaturis cognitis approbatur. Nã præmissarum assensus, conclusionis persuasionem necessariò causat: at ignoratis illis, conclusio quoque ignoratur, quia sine approbatione præmissarum conclusio non potest sciri. Veruntamen si vna & eadem conclusio aut per causam aut per effectum approbetur, illis quibus causa est manifesta, approbatione per effectum ad assentiendum conclusioni non indigent, vt beati ad Deum cognoscendum non indigent creaturarum cognitione. Illi verò quibus conclusionis causa est ignota, approbatione per effectum ad assentiendum indigent. Huiusmodi fuerunt Philosophi circa Dei cognitionem. Hinc est quòd quamuis scientia de Deo, quam Philosophi habuerunt, antequàm ab illis inueniretur, ab æterno fuisset approbata, tamen quia illa ab eis non est inuẽta per causam, sed per effectum, ideò per creaturarum cognitionem non in se, sed apud philosophos fuit approbata. Simili modo ad fidei dogmatibus assentiẽdum, quia diuina approbatio, id est, reuelatio est nobis ineuidens, ecclesiastica*

stastica indigemus approbatione, multis quippe testimonijs fidem fuisse approbatam, sacra scriptura exponit, dùm ait: Ego autem habeo testimonium maius Ioanne, opera enim quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea: ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater misit me: & qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me. Quibus nimirum verbis tria testimonia, videlicet Patris, operum, & Ioannis significantur, & paulò pòst addit quartum, dicens: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illa sunt quæ testimonium perhibēt de me. Prætereà Christus quòd de se testimonium Apostoli perhiberēt præcepit, cùm ait: Eritis mihi testes in Ierusalē, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsq; ad vltimū terræ. Omnia nēpe illa quæ de Christo testimonium perhibent, fidei quoq; doctrinam & scripturā approbāt, sed istorum testimoniorū quoddam est veluti à priori seu per causam, vt patris, & filij, & spiritussancti testimonium quod per diuinā reuelationē exhibetur. Quoddā verò est veluti à posteriori siue per effectū vt prophetarū, apostolorū, et ecclesiæ testimoniū, quod de fidei doctrina illi perhibēt. Istā testimoniorum differētiam scriptura exponit, dicens: Ego autem habeo testimoniū maius Ioāne, videlicet, patris, quia istud est à priori, seu per causam, illud verò per effectū. Sed vtrunq; est fide dignum testimoniū, de Ioānis enim testimonio ait Christus: Alius est qui testimoniū perhibet de me: et scio qa verū est testimoniū eius qd phibet de me. Vos misistis ad Ioannē, & testimoniū perhibuit veritati. Ioan. c. 5.

Ex ista approbationum seu testimoniorum differentia manifestè colligitur, quòd fidelium quidam per causam crediderunt, vt Prophetæ & Apostoli, quibus fidei mysteria fuerunt reuelata. Illi quippe non homine prædicante, sed Deo reuelante, Euangelium didicerunt: & quia illi per Deum, qui fidei causa obiectum, finis & regula est, docti fuerunt, ideò ad credẽdum fidei mysterijs Ecclesiæ approbatiòne non indiguerũt. Nam diuina reuelatio, per quam fides à Deo approbata est, illis fuit euidens. Quidam verò fidelium per effectum crediderunt, vti illi qui per auditum fidem receperunt, qui quidem per Ecclesiæ approbationem de fidei & doctrina & scriptura facti sunt certiores. Et iste credendi modus & quasi per effectum, quia non fides in Ecclesia, sed Catholica Ecclesia in fide est fundata. Verùm cùm Dei reuelatio, per quam veluti per causam fides approbatur, non sit omnibus euidens, Ecclesiæ approbatio, quæ est veluti fidei effectus ad credendum est necessaria. Nam, si vt Paulus ait, fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei, profectò fideles præcognoscant oportet, quod sit Dei verbum, & quæ sit sacra scriptura, ad syncerè credendum. Quæ præcognitio sine ecclesiæ autentica approbatione non potest haberi, vt beatus Augustinus mirificè exponit, dicens: Euangelium fortè mihi lecturus es, & inde Manichæi personam tentabis asserere. Si ergò inueneris aliquem, qui Euangelio nondum credit, quid faceres dicenti tibi, non credo? Ego verò Euangelio non crederem, nisi me catholicæ ecclesiæ cõmoueret autoritas. Quare licèt Christi Euangelium

Aug cont. epist. fund. cap. 5.

Ecclesiæ fundamentum antequam ab Ecclesia appro baretur per diuinam reuelationem & miracula satis fuisset, à Deo approbatum, tamen quia illa testimonia sunt nobis ineuidentia, ideo Euangelicam doctrinam per Ecclesiæ autenticum testimonium non in se, sed apud fideles approbari est necesse.

Diuina scriptura non solùm conciliorum decretis, sed etiam Ecclesiastica traditione fuit approbata. Caput 69.

VErùm Caluinus aduersus Catholicæ Ecclesiæ approbationem, ait: Vnum tamen eos rogabo: Si in Ecclesiæ approbatione fundata est scripturæ autoritas, cuius concilij citabunt de ea re decretum? Etsi per quorundam sacrorum conciliorum decreta sacram scripturam fuisse approbatam constat, tamen ante conciliorum celebrationem sacra scriptura ab Ecclesia fuit approbata, vt beatus Augustinus exponit, cùm ait: In canonicis autem scripturis Ecclesiarum Catholicarum quam plurium autoritatem sequatur, inter quas sane illæ sunt, quæ Apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Ex ista sententia manifestissimè colligitur, sacram scripturam esse ab Ecclesia approbatam ante conciliorum celebrationem. Quæ quidem approbatio est Ecclesiæ traditio, vt idem alibi exponit, dum ait: Cum cœpero Matthæi Euangelium recitare Apostoli, eius, vbi narratio natiuitatis eius tota contexitur, continuò dices illam narrationem non esse Matthæi, quam Matthæi esse dicit vniuersa Ecclesia, ab apostolicis sedibus

Calui. ca. 8. para. 95.

August. de doct. pa. l. 2. cap. 8.

Côt. Faust. li. 28. c. 2.

Apostolorum & Ecclesiæ testimonium assentientes, fidei dogmatibus, non in prophetas, nec in Apostolos, nec in Ecclesiam, sed in Deum tanquam in fidei autorem credunt, vt beatus Chrysostomus super illud
Io'n.c.12. Chrys. hom. 68. *Ioannis: Qui credit in me, non credit in me, sed in eũ qui misit me, apertè satis exponit dicens, Et non dixit, qui credit mihi, ne quis verba eius credi interpretaretur, quod & in hominibus dici poterat. Qui enim Apostolis credit, non Apostolis credit, sed Deo. Tantum ille. Per Apostolorum igitur prophetarum, & Ecclesiæ testimonium quod sit Dei verbum, & quæ sit sacra scriptura, certò cognoscimus, sed propter Deum assentimus tali scripturæ. Illæ nimirum duæ voculæ, pèr, & propter, non sunt confundendæ sed distinguendæ: veluti enim in demonstratiuis disciplinis, discipulus per Magistrum discit conclusiones, & tamen non propter Magistrum, sed propter præmissas assentitur conclusionibus, quia si propter illum assentiret conclusionibus, non scientiam, sed opionionem de illis haberet, ita quotquot fideles per Prophetarum, Apostolorum & Catholicæ Ecclesiæ testimonium fidei dogmatibus assentiuntur, nõ propter illos, sed propter Deum credunt. Nam si propter illos assentiremus Euangelicæ doctrinæ, huiusmodi persuasio non esset omnino certa, & per consequens illa nõ diuina, sed humana fuisset fides. Hinc est quod ꝓphetarũ, Apostolorũ & Ecclesiæ testimoniũ quanq̃ sit per homines, tamen non est secundũ hominem, sed secundum Dei donum. Ioannis quippe testimonium, licèt vt Christus ait, minus fuisset quàm patris testimonium.*

monium, tamen fide dignum fuit, quia ille nõ humano sed diuino spiritu afflatus de Christo testificatus est: simili modo ecclesia quanquam hominum sit cõuentus, tamen quia per Dei gratiam columna & firmamentum est veritatis, ideo verum est illius testimonium & approbatio. Et quia istorum veracitas non ab illorum natura, sed à Dei gratia procedit, ideo per illos, sed non propter illos, sed propter Deum fidei dogmatibus assentimus.

Catholica Ecclesia quosdam libros quos fidelium Synagoga non recepit approbauit.

APprobandi quidem sacram scripturam autoritatem, penes fidelium synagogam olim fuisse in confesso est. Cum enim apud fideles Iudæos, Dei pphetæ à pseudoprophetis; & hagiographi libri ab apocryphis discreti fuerint, ad veros & falsos Prophetas discernendos, atque ad illorum libros aut approbandos aut non recipiendos, synagoga habuisset infallibilem autoritatẽ oportuit. Quid quod per Synagogæ approbationem, id est, authenticum testimonium populus Israel de scripturæ veritate factus est certior. Præter Canonicos enim libros alias scripturas apud Iudæos fuisse, sacri scriptores illos allegantes aperte satis exponunt. Vti liber bellorum domini, quem Moyses allegàuit: Iustorum domini, quẽ Iosue citauit: Samuelis, Nathan, Gad, Abiæ, & aliorum libri in Paralipomenôn libris allegati. Verùm omnes isti libri (quanquam illorum scriptores fuisse Cap.70. Num. 21. Iosue.10. Par.1. c.29. & 2. c. 9.

Pro-

Prophetas sacra scriptura expresse testatur) non sunt libri canonici. Sed cùm nec de Canonicorum librorum approbatione nec de cæterorum librorum exclusione vlla diuina extet scriptura per synagogæ autoritatem illos fuisse approbatos, istos verò exclusos euidens est. Quam librorum discretionem & approbationem beatus Augustinus sapientissimè illustrat, dum ait: In ipsa historia Regum Iudæ, & Regum Israel, quæ res gestas continet, de quibus eidem scripturæ Canonicæ credimus, commemorantur plurima, quæ ibi non explicentur & in libris alijs inueniri dicuntur, quos Prophetæ scripserunt, & alicubi eorum quoque Prophetarum nomina non tacentur: nec tamen inueniuntur in Canone, quem populus Dei recepit. Cuius rei fateor causam me latet, nisi quod ego existimo etiam ipsas quibus ea quæ in autoritate religionis esse deberent, sanctus vtique spiritus reuelabat, alia sicut homines historica diligentia, alia sicut Prophetas inspiratione diuina scribere potuisse. Atque hæc ita fuisse distincta, vt illa tanquam ipsis, ista verò tanq̃ Deo per ipsos loquenti iudicarẽtur esse tribuẽda. Hæc ille. Iudicare enim aliquos libros diuino spiritu fuisse scriptos, alios verò humano nõ ad singulos fideles sed ad Ecclesiã ptinet. Nã quanquam aliquibus fidelibus discernendi spiritus donum fuerit datum, tamen huiusmodi donum non ordinariè datur singulis, nec per fidem sumus certi cui datur. Sumus tamen de synagoga fidelium, quod ordinariè fuerit illi concessum. Quare per autoritatem synagogæ libri Canonici à non Canonicis discre-

Augúst. de ciuit. Dei l. 18. cap. 38.

ſcreti & approbati fuere. Præterea quoſdam libros Canonicos eſſe, de quorum ſcriptoribus dubitatur manifeſtum eſt. De libro quippe Iob B. Gregorius ait: Alij Moyſen, alij quemlibet ex Prophetis ſcriptorem huius libri fuiſſe ſuſpicantur. Sed quis hæc ſcripſerit valde ſuperuacue quæritur, cum tamen au tor libri Spiritusſanctus fideliter credatur. De pſalmorum etiam ſcriptoribus varia eſt ſententia. Sed quanquam ſeu de iſtorum ſeu aliorum Canonicorum librorum ſcriptoribus dubitatum fuerit, tamen illos libros per quemcunque ſcriptos à Spirituſancto fuiſſe dictatos certiſſima fide ſynagoga credit. Atque cum apud Iudæos ſacræ ſcripturæ teſtimonium, ad aſtruendum iſtos libros eſſe ſacros non extet, conſequens eſt quod Iudæi per ſynagogæ autoritatem de libris Canonicis facti ſunt certiores. Quod ſi fidelium ſynagogæ quæ Euangelicæ Eccleſiæ perſonam geſtauit, diſcernendi veros & falſos Prophetas & approbandi ſacros libros habuit autoritatem. Catholica profecto Eccleſia ad vera & falſa dogmata diſcernenda & ad ſacram approbandam ſcripturam multo maiorē habuit autoritatē. Ex quo ſicut quædam fidei myſteria ſynagogæ ignota, Chriſtiana Eccleſia explicitè credit, ita quorundam librorum autoritas ignota ſynagogæ, Euangelicæ Eccleſiæ eſt nota. Ob quam cauſam quidā veteris teſtamenti libri, videlicet, Baruch, Tobiæ, Iudith, Sapiētiæ, Eccleſiaſtici, Machabæorū, vnus & alter à ſynagoga in ſacro canone nō recepti, ab Euāgelica eccleſia fuerunt ap̄pbati & ſacris libris annumerati. Fideliū q̄dem ſynagoga

Gregor. in præf. ſuper Iob.

illos libros non quod ij errores contineant, sed quod illos prophetico spiritu scriptor ignorasset, non approbauit. Euangelica vero Ecclesia multo doctior synagoga, illos libros diuino spiritu scriptos fuisse animaduertentes, tanquam sacros approbauit: discernendi quippe spiritus donum post Christi aduentum copiosius quàm antè, datum est Ecclesiæ. In populo etiam Iudæorum & Israel religio propter Reipublicæ varias mutationes & clades simul cum regni inclinatione non parum inclinata fuit. Hinc factum est, quod aliqui libri tum temporis æditi ob scriptorum incelebritatem non fuerint recepti à synagoga, vt Iosephus sacrorum librorum Canonem exponens insinuauit dicens: Infiniti libri non sunt apud nos, discordantes & sibimet repugnantes: sed solummodo duo & viginti libri habentes temporis totius conscriptionem: quorum iustè fides admittitur. Horum ergo quinq; quidem sunt Moyseos, qui natiuitates continent, & humanæ generationis traditionem habent vsque ad eius mortem: hoc tempus de tribus millibus annis paulùlum minus est. A morte verò Moyseos vsque ad Artaxerxem Persarum Regem, qui fuit post Xerxem, Prophetæ suorum temporum res gestas conscripserunt in tredecim libris. Reliqui verò quatuor hymnos in Deum, & vitæ humanæ præcepta noscuntur continere. Ab Artaxerxe verò vsque ad nostrum tempus singula quidem conscripta, non tamen priori simili fide sunt habita, eò quòd non fuerit certa successio prophetarum. At Euangelicæ Ecclesiæ patres quanto minorem rerum familiarium curam habue-

Ioseph. cont. App. l. 1.

re,

re, & quanto maiores calamitates sustinuere, tanto maius studium circa religionem adhibuerunt. Apostoli quippe Christi diuino afflati spiritu, solertißimè vetus testamentum indagantes, quosdam libros à fidelium synagoga non receptos tanquam sacros approbarunt. Hinc factum est, quod primitiuæ Ecclesiæ doctores, illos libros ad fidei dogmata & confirmanda & explicanda frequenter allegarunt, quod profectò non fecissent, si huiusmodi libri ab Apostolis non fuissent approbati. Sed illos quidem libros ab Apostolis approbatos fuisse, & per Ecclesiæ traditionem, autoritatem obtinuisse, beatus Augustinus apertè satis exponit, dicens: Vbi illud testimonium ponit de libro sapientiæ: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. Quod à me quoq; positum, fratres istos ita respuisse dixistis, tanquam non de libro canonico adhibitum: & infrà: Quæ cùm ita sint, non debuit repudiari sententia libri sapientiæ: qui meruit in Ecclesia Christi, de gradu lectorum Ecclesiæ Christi, tam longa annositate, & ab omnibus Christianis, ab Episcopis vsq; ad extremos laicos fideles, pœnitentes, Catechumenos, cum veneratione diuinæ autoritatis audiri. Et paulò pòst ait: Sed qui sententijs tractatorum instrui volunt, oportet vt istum librum Sapientiæ vbi legitur: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius: omnibus tractatoribus anteponant: quoniam sibi eum antepofuerunt etiam temporibus proximi Apostolorum egregij tractatores, qui eum testem adhibentes, nihil se adhibere nisi diuinum testimonium crediderunt. Quæ nimirum beati Augustini senten-

Aug de præd. san. l 1. c.14.

verba speculum & ænigma significauit. Deum enim à philosophis isto modo fuisse cognitum, idem Paulus in alio loco exposuit dicens: Deus illis manifestauit: Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur &c. Philosophi namque Dei vnitatem non per claram visionem vt beati, sed per creaturas perinde ac si quis per fumum cognosceret ignem, euidenter intellexêre. Atque sicut conclusio à præmissis deducitur, ita illa veritas Deus est vnus, in beatitudine ab obiecti euidentia, in Philosophia verò à creaturis cognitis approbatur. Nā præmissarum assensus, conclusionis persuasionem necessariò causat: at ignoratis illis, conclusio quoque ignoratur, quia sine approbatione præmissarum conclusio non potest sciri. Veruntamen si vna & eadem conclusio aut per causam aut per effectum approbetur, illis quibus causa est manifesta, approbatione per effectum ad assentiendum conclusioni non indigent, vt beati ad Deum cognoscendum non indigent creaturarum cognitione. Illi verò quibus conclusionis causa est ignota, approbatione per effectum ad assentiendum indigent. Huiusmodi fuerunt Philosophi circa Dei cognitionem. Hinc est quòd quamuis scientia de Deo, quam Philosophi habuerunt, antequàm ab illis inueniretur, ab æterno fuisset approbata, tamen quia illa ab eis non est inuēta per causam, sed per effectum, ideò per creaturarum cognitionem non in se, sed apud philosophos fuit approbata. Simili modo ad fidei dogmatibus assentiēdum, quia diuina approbatio, id est, reuelatio est nobis ineuidens, eccle-

Ad Rom. cap 1.

siastica

siastica indigemus approbatione, multis quippe testimonijs fidem fuisse approbatam, sacra scriptura exponit, dùm ait: Ego autem habeo testimonium maius Ioanne, opera enim quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea: ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater misit me: & qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me. Quibus nimirum verbis tria testimonia, videlicet Patris, operum, & Ioannis significantur, & paulò pòst addit quartum, dicens: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illa sunt quæ testimonium perhibēt de me. Præterea Christus quòd de se testimonium Apostoli perhiberēt præcepit, cùm ait: Eritis mihi testes in Ierusalē, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsq; ad vltimū terræ. Omnia nēpe illa quæ de Christo testimonium perhibent, fideī quoq; doctrinam & scripturā approbāt, sed istorum testimoniorū quoddam est veluti à priori seu per causam, vt patris, & filij, & spiritussancti testimonium quod per diuinā reuelationē exhibetur. Quoddā verò est veluti à posteriori siue per effectū vt prophetarū, apostolorū, et ecclesiæ testimoniū, quod de fidei doctrina illi perhibēt. Istā testimoniorum differētiam scriptura exponit, dicens: Ego autem habeo testimoniū maius Ioāne, videlicet, patris, quia istud est à priori, seu per causam, illud verò per effectū. Sed vtrunq; est fide dignum testimoniū, de Ioānis enim testimonio ait Christus: Alius est qui testimoniū perhibet de me: et scio q̄a verū est testimoniū eius q̄ phibet de me. Vos misistis ad Ioannē, & testimoniū perhibuit veritati.

Ioan. c. 5.

Ecclesiæ fundamentum antequam ab Ecclesia approbaretur per diuinam reuelationem & miracula satis fuisset, à Deo approbatum, tamen quia illa testimonia sunt nobis ineuidentia, ideo Euangelicam doctrinam per Ecclesiæ autenticum testimonium non in se, sed apud fideles approbari est necesse.

Diuina scriptura non solùm conciliorum decretis, sed etiam Ecclesiastica traditione fuit approbata. Caput 69.

VErùm Caluinus aduersus Catholicæ Ecclesiæ approbationem, ait: *Vnum tamen eos rogabo:* Calui.ca.8. para.95. *Si in Ecclesiæ approbatione fundata est scripturæ autoritas, cuius concilij citabunt de ea re decretum?* Etsi per quorundam sacrorum conciliorum decreta sacram scripturam fuisse approbatam constat, tamen ante conciliorum celebrationem sacra scriptura ab Ecclesia fuit approbata, vt beatus Augustinus exponit, cùm ait: *In canonicis autem scripturis Ecclesiarum Catholicarum quam plurium autoritatem sequatur, inter quas sane illæ sunt, quæ Apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt.* Auguft.de doct. pa.l. 2.cap.8. Ex ista sententia manifestissimè colligitur, sacram scripturam esse ab Ecclesia approbatam ante conciliorum celebrationem. Quæ quidem approbatio est Ecclesiæ traditio, vt idem alibi exponit, dum ait: *Cum cœpero Matthæi Euangelium recitare Apostoli, eius, vbi narratio natiuitatis eius tota contexitur, continuò dices illam narrationem non esse Matthæi, quam Matthæi esse dicit vniuersa Ecclesia, ab apostolicis sedibus* Cōt.Fauft. li.28.c.2.

vsque ad præsentes Episcopos, certa successione perducta. Tu mihi quid contrà lecturus es, aliquem forte librum Matthæi, vbi Iesus negatur esse natus ex virgine? Si ergo ego credo illum librum esse Manichæi, quoniam ex ipso tempore, quo Manichæus viuebat in carne, per discipulos eos certa successione Præpositorum vestrorum ad vestra vsque tempora custoditus atq; perductus est: sic & istum librum crede esse Matthæi, quem ex illo tempore, quo Matthæus ipse in carne vixit, non interrupta serie temporum Ecclesia certa connexionis successione vsque ad tempora ista perduxit. Ecclesia quidem fidei doctrinam à Prophetis & Apostolis, aut viua voce, aut scripto accepit :- & quemadmodum illi de diuina reuelatione, ita Ecclesia de illorum prædicatione & scriptis habuit euidentiam. Corinthiorum quippe Ecclesia Paulum prædicantem, ac illius epistolas ad se datas euidenter cognouit. Et vt Paulus fidei dogmata apud se per reuelationem, veluti à priori approbata, sua prædicatione & suis epistolis, veluti à posteriori, apud Ecclesiam approbauit: ita Catholica Ecclesia de fidei domatibus per Apostolos viua voce, aut scripto apud se approbatis, fide dignum testimonium vsque ad seculi consummationem perhibet. Illa namque Christi verba
Actor.1. *eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ, etsi ad solos Apostolos videantur esse dicta, tamen ad Catholicam Ecclesiam sunt referenda. Nam quemadmodum illi per Apostolatus munus Euangelij fuerunt idonei testes, ita Catholica Ecclesia per sanctitatis donũ Euãgelica*

gelicæ doctrinæ est fida testis, quare Ecclesiæ testificatio Christi Euangelij est autentica approbatio. Nã quamuis diuina reuelatio facta patribus & Christi & Apostolorum prædicatio, illorumq; miracula in diuina scriptura tradantur, tamen Prophetarũ & Apostolorum quæ sint veræ scripturæ, nemo potest certo cognoscere nisi ab Ecclesiæ testimonio fuerit persuasus. Vnde sicut fide dignus testis de humanis gestis testimonium perhibens, hoĩs gesta non variat, sed de illis fidem facit, nec ob hoc humani actus ab huiusmodi testimonio pẽdent, sed potius testimoniũ pendet & fundatur in illis: ita Catholicæ Ecclesiæ approbatio, fidei nec doctrinã nec scripturã variat, sed de illis certã fidem facit, nec ob huiusmodi approbationẽ, fides nec scriptura ab Ecclesiæ approbatione pendet, nec in illa fũdatur, sed potius Ecclesiæ approbatio à fide pendet ac in fide fundatur. Nõ enim quia Ecclesia ap̄pbat sacrã scripturã ideo scriptura est vera, sed q̄a scriptura est vera ideo ab Ecclesia ap̄pbatur, fides .n. est veluti Ecclesiæ causa, ecclesia verò est veluti fidei effectus. Atq; cũ ecclesia sit nobis notior, & illa sine vera fide nunquam fit, ideo per illius approbationem certo cognoscimus quæ sit syncera fides. Per Ecclesiæ enim approbationem de sacra scriptura atque de fidei dogmatibus, non propter quid, sed si est credimus. Nam fides non Prophetarum, Apostolorũ, & catholicæ Ecclesiæ approbationi, seu testimonio, sed Dei autoritati innititur, quia nec prophetæ, nec Apostoli, nec Ecclesia, sed solus Deus fidei causa, obiectum finis & regula est. Ob quam causam fideles p̄ prophetarum, Aposto-

Apostolorum & Ecclesiæ testimonium assentientes, fidei dogmatibus, non in prophetas, nec in Apostolos, nec in Ecclesiam, sed in Deum tanquam in fidei autorem credunt, vt beatus Chrysostomus super illud
Io'n.c. 12. Chrys. hom. 68. *Ioannis: Qui credit in me, non credit in me, sed in eũ qui misit me, apertè satis exponit dicens, Et non dixit, qui credit mihi, ne quis verba eius credi interpretaretur, quod & in hominibus dici poterat. Qui enim Apostolis credit, non Apostolis credit, sed Deo. Tantum ille. Per Apostolorum igitur prophetarum, & Ecclesiæ testimonium quod sit Dei verbum, & quæ sit sacra scriptura, certò cognoscimus, sed propter Deum assentimus tali scripturæ. Illæ nimirum duæ voculæ, pèr, & propter, non sunt confundendæ sed distinguendæ: veluti enim in demonstratiuis disciplinis, discipulus per Magistrum discit conclusiones, & tamen non propter Magistrum, sed propter præmissas assentitur conclusionibus, quia si propter illum assentiret conclusionibus, non scientiam, sed opionionem de illis haberet, ita quotquot fideles per Prophetarum, Apostolorum & Catholicæ Ecclesiæ testimonium fidei dogmatibus assentiuntur, nõ propter illos, sed propter Deum credunt. Nam si propter illos assentiremus Euangelicæ doctrinæ, huiusmodi persuasio non esset omnino certa, & per consequens illa nõ diuina, sed humana fuisset fides. Hinc est quod ꝓphetarũ, Apostolorũ & Ecclesiæ testimoniũ quanq̃ sit per homines, tamen non est secundũ hominem, sed secundum Dei donum. Ioannis quippe testimonium, licèt vt Christus ait, minus fuisset quàm patris testimonium.*

monium, tamen fide dignum fuit, quia ille nõ humano sed diuino spiritu afflatus de Christo testificatus est: simili modo ecclesia quanquam hominum sit cõuentus, tamen quia per Dei gratiam columna & firmamentum est veritatis, ideo verum est illius testimonium & approbatio. Et quia istorum veracitas non ab illorum natura, sed à Dei gratia procedit, ideo per illos, sed non propter illos, sed propter Deum fidei dogmatibus assentimus.

Catholica Ecclesia quosdam libros quos fidelium Synagoga non recepit approbauit.

APprobandi quidem sacram scripturam autoritatem, penes fidelium synagogam olim fuisse in confesso est. Cum enim apud fideles Iudæos, Dei ꝓpheta à pseudoprophetis: & hagiographi libri ab apocryphis discreti fuerint, ad veros & falsos Prophetas discernendos, atque ad illorum libros aut approbandos aut non recipiendos, synagoga habuisset infallibilem autoritatẽ oportuit. Quid quod per Synagogæ approbationem, id est, authenticum testimonium populus Israel de scripturæ veritate factus est certior. Præter Canonicos enim libros alias scripturas apud Iudæos fuisse, sacri scriptores illos allegantes aperte satis exponunt. Vti liber bellorum domini, quem Moyses allegàuit: Iustorum domini, quẽ Iosue citauit: Samuelis, Nathan, Gad, Abiæ, & aliorum libri in Paralipomenôn libris allegati. Verùm omnes isti libri (quanquam illorum scriptores fuisse Cap. 70. Num. 21. Iosue. 10. Par. 1. c. 29. & 2. c. 9.

Pro-

Prophetas sacra scriptura expresse testatur) non sunt libri canonici. Sed cùm nec de Canonicorum librorum approbatione nec de cæterorum librorum exclusione vlla diuina extet scriptura per synagogæ autoritatem illos fuisse approbatos, istos verò exclusos euidens est. Quam librorum discretionem & approbationem beatus Augustinus sapientissimè illustrat, dum ait: In ipsa historia Regum Iuda, & Regum Israel, quæ res gestas continet, de quibus eidem scripturæ Canonicæ credimus, commemorantur plurima, quæ ibi non explicentur & in libris alijs inueniri dicuntur, quos Prophetæ scripserunt, & alicubi eorum quoque Prophetarum nomina non tacentur: nec tamen inueniuntur in Canone, quem populus Dei recepit. Cuius rei fateor causam me latet, nisi quod ego existimo etiam ipsas quibus ea quæ in autoritate religionis esse deberent, sanctus vtique spiritus reuelabat, alia sicut homines historica diligentia, alia sicut Prophetas inspiratione diuina scribere potuisse. Atque hæc ita fuisse distincta, vt illa tanquam ipsis, ista verò tanquam Deo per ipsos loquenti iudicarentur esse tribuenda. Hæc ille. Iudicare enim aliquos libros diuino spiritu fuisse scriptos, alios verò humano nō ad singulos fideles sed ad Ecclesiā ptinet. Nā quanquam aliquibus fidelibus discernendi spiritus donum fuerit datum, tamen huiusmodi donum non ordinariè datur singulis, nec per fidem sumus certi cui datur. Sumus tamen de synagoga fidelium, quod ordinariè fuerit illi concessum. Quare per autoritatem synagogæ libri Canonici à non Canonicis discre-

August. de ciuit. Dei l. 18. cap. 38.

screti & approbati fuere. Praterea quosdam libros Canonicos esse, de quorum scriptoribus dubitatur manifestum est. De libro quippe Iob B. Gregorius ait: Alij Moysen, alij quemlibet ex Prophetis scriptorem huius libri fuisse suspicantur. Sed quis hac scripserit valde superuacue quaritur, cum tamen autor libri Spiritussanctus fideliter credatur. De psalmorum etiam scriptoribus varia est sententia. Sed quanquam seu de istorum seu aliorum Canonicorum librorum scriptoribus dubitatum fuerit, tamen illos libros per quemcunque scriptos à Spiritusancto fuisse dictatos certissima fide synagoga credit. Atque cum apud Iudaos sacra scriptura testimonium, ad astruendum istos libros esse sacros non extet, consequens est quod Iudai per synagoga autoritatem de libris Canonicis facti sunt certiores. Quod si fidelium synagoga qua Euangelica Ecclesia personam gestauit, discernendi veros & falsos Prophetas & approbandi sacros libros habuit autoritatem. Catholica profecto Ecclesia ad vera & falsa dogmata discernenda & ad sacram approbandam scripturam multo maiorē habuit autoritatē. Ex quo sicut quadam fidei mysteria synagoga ignota, Christiana Ecclesia explicitè credit, ita quorundam librorum autoritas ignota synagoga, Euangelica Ecclesia est nota. Ob quam causam quidā veteris testamenti libri, videlicet, Baruch, Tobia, Iudith, Sapiētia, Ecclesiastici, Machabaeorū, vnus & alter à synagoga in sacro canone nō recepti, ab Euāgelica ecclesia fuerunt approbati & sacris libris annumerati. Fideliū quidem synagoga illos

Gregor. in præf. super Iob.

illos libros non quod ij errores contineant, sed quod illos prophetico spiritu scriptor ignorasset, non approbauit. Euangelica vero Ecclesia multo doctior synagoga, illos libros diuino spiritu scriptos fuisse animaduertentes, tanquam sacros approbauit: discernendi quippe spiritus donum post Christi aduentum copiosius quàm antè, datum est Ecclesiæ. In populo etiam Iudæorum & Israel religio propter Reipublicæ varias mutationes & clades simul cum regni inclinatione non parum inclinata fuit. Hinc factum est, quod aliqui libri tum temporis æditi ob scriptorum incelebritatem non fuerint recepti à synagoga, vt Iosephus sacrorum librorum Canonem exponens insinuauit dicens: Infiniti libri non sunt apud nos, discordantes & sibimet repugnantes: sed solummodo duo & viginti libri habentes temporis totius conscriptionem: quorum iustè fides admittitur. Horum ergo quinq; quidem sunt Moyseos, qui natiuitates continent, & humanæ generationis traditionem habent vsque ad eius mortem: hoc tempus de tribus millibus annis paululum minus est. A morte verò Moyseos vsque ad Artaxerxem Persarum Regem, qui fuit post Xerxem, Prophetæ suorum temporum res gestas conscripserunt in tredecim libris. Reliqui verò quatuor hymnos in Deum, & vitæ humanæ præcepta noscuntur continere. Ab Artaxerxe verò vsque ad nostrum tempus singula quidem conscripta, non tamen priori simili fide sunt habita, eò quòd non fuerit certa successio prophetarum. At Euangelicæ Ecclesiæ patres quanto minorem rerum familiarium curam habuere,

Ioseph. cont. App. l. 1.

re, & quanto maiores calamitates sustinuere, tanto maius studium circa religionem adhibuerunt. Apostoli quippe Christi diuino afflati spiritu, solertißimè vetus testamentum indagantes, quosdam libros à fidelium synagoga non receptos. tanquam sacros approbarunt. Hinc factum est, quod primitiuæ Ecclesiæ doctores, illos libros ad fidei dogmata & confirmanda & explicanda frequenter allegarunt, quod profectò non fecissent, si huiusmodi libri ab Apostolis non fuissent approbati. Sed illos quidem libros ab Apostolis approbatos fuisse, & per Ecclesiæ traditionem, autoritatem obtinuisse, beatus Augustinus apertè satis exponit, dicens: Vbi illud testimonium ponit de libro sapientiæ: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. Quod à me quoque positum, fratres istos ita respuisse dixistis, tanquam non de libro canonico adhibitum: & infrà: Quæ cùm ita sint, non debuit repudiari sententia libri sapientiæ: qui meruit in Ecclesia Christi, de gradu lectorum Ecclesiæ Christi, tam longa annositate, & ab omnibus Christianis, ab Episcopis vsque ad extremos laicos fideles, pœnitentes, Catechumenos, cum veneratione diuinæ autoritatis audiri. Et paulò pòst ait: Sed qui sententijs tractatorum instrui volunt, oportet vt istum librum Sapientiæ vbi legitur: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius: omnibus tractatoribus anteponant: quoniam sibi eum anteposuerunt etiam temporibus proximi Apostolorum egregij tractatores, qui eum testem adhibentes, nihil se adhibere nisi diuinum testimonium crediderunt. Quæ nimirum beati Augustini senten-

Aug de præd. san. l 1. c.14.

tia non solùm sapientiæ librum, sed cæteros veteris testamenti libros, ab Euangelica Ecclesia approbatos, imò quosdam libros noui testamenti, de quibus quondam inter Catholicos fuit controuersia, esse Canonicos apertè satis astruit. Nam Apostolorum successores de Pauli Epistola ad Hebræos, Iacobi, Petri secunda, Ioannis secūda et tertia, & Iudæ epistolis & Ioannis Apocalypsi ad fidei dogmata & explicanda & astruenda, testimonia acceperunt. Quæ nimirum testimonia non tanquam humana sed tanquam diuina prisci patres passim allegarunt, illi nunquam libri ex traditione Apostolorum inter cæteros sacros libros in Catholica Ecclesia leguntur. Quod si illi libri aliquandiu apud omnes Catholicas Ecclesias non obtinuerunt autoritatem, tamen illos nunquam Catholica Ecclesia reprobauit quia à tempore Apostolorum de quouis illorum quædam Catholicæ Ecclesiæ fide dignum testimonium perhibuerunt, vt beatus Augustinus exponit dicens. Tenebit igitur hunc modum in scripturis Canonicis vt eas quæ ab omnibus accipiuntur ecclesijs Catholicis præponat eis quas quædam non accipiunt. In eis vero quæ non accipiuntur ab omnibus præponat eas quas plures grauioresque accipiunt eis, quas pauciores minorésque autoritatis Ecclesiæ tenent. Si autem alias inuenerit à pluribus, alias à grauioribus haberi, quanquam hoc inueniri non possit, æqualis tamen autoritatis eas habendas puto. Hæc ille. Omnes quidē Catholicæ Ecclesiæ de illis Apostolicis scriptis, non quod in eis hæreses cōtineātur, sed quod de illorū autoribus à quibusdam

Aug. de doc. l. 2. c. 8.

dam dubitatum fuerit, aliquandiu non conuenere. De libris quidẽ apostolicis, maximè de epistolis multi in varijs mundi partibus existentes non tam citò quã de fidei doctrina conuenerunt. Quia apostolicæ epistolæ quanq̃ catholicam tradant doctrinã, tamen aut ad particulares Ecclesias, aut ad priuatos datæ fuerunt, ob quam causam Apostolicæ epistolæ prius apud illos ad quos fuerunt missæ, quàm apud cæteros autoritatẽ obtinuere. Vti Pauli Epistolæ ad Corinth. prius apud Corinthiã q̃ apud Romanã Ecclesiã autoritatẽ obtinuerũt. Per Corinthiã quippe Ecclesiã illæ Epistolæ apud Romanam Ecclesiã fuerũt approbatæ. Corinthiorũ enim ecclesia de Pauli epistolis ad se missis fide dignũ testimoniũ apꝓbans illas apud cæteras Cathol. ecclesias ꝓbauit, simili modo cæteri Apostolici libri prius apud quasdam quã oẽs catholc. ecclesias obtinuerunt autoritatẽ. Quod verò q̃dam Apostolica scripta citius quã alia apud Catholicã ecclesiam obtinuerint autoritatẽ, ecclesiarũ ni fallor, libros primo recipiẽtiũ maior aut minor celebritas fuit causa. Nã Pauli Epistolæ citiꝰ ꝑ Romanã quã ꝑ Hebræã ecclesiã diuulgatæ et apꝓbatæ fuerũt. Quia Romana ecclesia apud gentiũ ecclesias celebrior q̃ Hebræa fuit. Hinc factũ est ꝙ Pauli epist. ad Hebr. aliquandiu apud oẽs catholicas ecclesias nõ obtinuerit autoritatẽ. Præterea crebrescẽtib. ecclesiæ ꝑsecutionib. Apostolicarũ eccles. testimonia ad Apostolorũ scripta apꝓbãda nõ facile à patrib. cõferri potuerũt. Verũtamẽ illa testimonia sensim diffamata fuere ꝑ vniuersã ecclesiã ex quo factũ est ꝙ Apostolica scripta tantũ apud quasdã Catho

licas Ecclesias approbata, temporis successu apud vniuersalem Ecclesiam autoritatem obtinerent. Deniq; vnaquaeq; particularis Catholica Ecclesia de Apostolicis scriptis ad se missis, aut quos ab Apostolis accepit, fide dignum testimonium perhibuit, vt Corinthia Ecclesia de duabus Pauli epistolis & de Luca Euãgelio, & Romana de Marci Euangelio, & de Pauli epistola ad se missa testimonium perhibuerunt. Verum huiusmodi testimonium non apud se, sed apud Ecclesias, quae non euidẽter Apostolica scripta receperunt, Apostolorum scripta approbauit, hinc manifestè constat, quòd Ecclesiae approbatio non facit scripturam veram, sed autoritatiuè definit illam esse veram, & per istam Ecclesiae approbationẽ diuina scriptura obtinuit apud Catholicam Ecclesiam, & apud singulos fideles autoritatem: & sicut nemo sine praedicante credit Dei verbo, ita sine Ecclesiae approbatione nullus Catholicus aliquem librum recipit pro sacra scriptura, quae approbatio non scripto, sed viua voce tradita est. Quod si illa per sacram scripturam traderetur, ea scriptura etiam indigeret Ecclesiae approbatione: sicut enim in disciplinis ad discendum aliquid non est procedendum in infinitum, sed incipiendum est ab aliquo primo: ita ad credendum, incipiendum est ab Ecclesiae approbatione, per quam velùti à posteriori seu per effectum credimus illam scripturam esse sacram, & illud verbum esse diuinum.

De

Dei Ecclesia per solam traditionem sine scriptura, fidei synceritatẽ quondam retinuit.

VErùm sectarij vt falsa dogmata licentiosius asserant, scripturas solas extare ad fidei dogmata astruenda, dogmatizant, vt Caluinus exponit, cum ait: Vbi sermonem Dei esse qui proponitur inconfesso est, nemo est tã deplorata audacia nisi forte à sensu communi & humanitate quoque ipsa destitutus, qui fidem loquenti negare ausit. Sed quoniam non quotidiana è cœlis redduntur oracula scripturæ solæ extant. Quæ certe sententia manifesta hæresis est: Nam quanquam diuina scriptura sit necessaria & vtilis ad synceram fidem conseruandam & propagãdam, tamen prophetiæ et miraculorũ donis cessantibus, ad fidem astruendam, scripturam solam non sufficere, sed sacram traditionem, esse necessariam, Dei verbum docet cum ait: Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? Quæ quidẽ verba animaduersione digna sunt: non enim ait, quomodo credent in eum quem non legerunt, sed non audierunt: nec dixit, quomodo prædicabunt sine scriptura, sed nisi mittantur. Paulus nimirum credentes (nõ quod in aliquo ab scriptura sit dissentiendum, sed quod sacris libris, Ecclesiæ traditio seu doctrina prior, vniuersalior & explicitior sit) non per scripturam, sed per Ecclesiæ doctrinam siue traditionẽ persuadẽdos, & prædicatores per Ecclesiæ

Cap. 71.

Cal. cap. 1. par. 13.

Ad Rom. cap. 10.

autoritatem approbandos exposuit. Nam si in humanis disciplinis Philosophi cuiuscunque argumenti notitiam, doctrinam, & scripturam non confundunt sed distinguunt, quanto magis in religione q̃ colendi Deũ est disciplina fieri debuerit. Inter illa q̄dam naturalis est ordo, ita vt rerũ notitia prior sit q̃ doctrina et rerũ doctrina prior q̃ scriptura, ex quo ab inuicẽ nõ raro separantur, imò in viris eruditis quotidie separata videmus. Sũt enim aliq̃ quos vulgò sibi solis sapere dicimus, q̃ sola rerũ cognitione cõtenti, nihil amplius desiderant. Sunt etiam & alij q̃ quam habent disciplinarum cognitionem publicè profitentur, quos & notitiam & doctrinam habere dicimus. Hos subsequuntur tertij qui post perfectam notitiam longamque illis in scholis lectionem & exercitationem posteritatis ergò, multa literarum monumentis reliquerunt & literis insinuari curauerunt: penes quos tria illa contineri, notitiam, inquam, doctrinam & scripturam nemini dubium est. Atque de doctoribus ab scriptura abhorrentibus Iosephus testatur dicens. (Ioseph. cont. App. l. 1.) *Constat autem, quod apud Graecos nulla inuenitur cõscriptio poemate Homeri vetustior: & hunc etiam post bella Troiana fuisse manifestum est. Et aiunt neque hunc literis suum poema reliquisse sed cantibus memoria reseruatum, postea fuisse compositum & propterea multam in eo comperiri dissonantiam.* (Aug. de cons. euãg. l. c. c. 7.) *Eiusdem sententiae est Augustinus, cum ait: Nam Pythagoras, quo in illa contemplatiua virtute nihil tunc habuit Graecia clarius, non tantùm de se, sed nec de vlla re aliquid scripsisse perhibetur. Socrates au-*

autem, quem rursus in actiua, quàm mores informant, omnibus prætulerunt, ita vt testimonio quoque Dei sui Apollinis omnium sapientissimum pronunciatum esse non taceant, AEsopi fabulas pauculis versibus prosecutus est, verba & numeros suos adhibens rebus alterius vsque adeo nihil scribere voluit, vt hoc se coactum imperio sui dæmonis fecisse dixerit, sicut nobilissimus discipulorum eius Plato commemorat. In quo tamen opere maluit alienas quam suas exornare sententias. Tantum ille. Et non solùm in origine illarum trium rerum est naturalis ordo, videlicet, quòd ex notitia, doctrina: atque ex doctrina quodammodo scriptura emanauit, sed queuis illarũ quo prior, eo ẽst alia explicitior & vniuersalior. Viri namq; eruditi de rebus difficilib. explicitiorẽ notitiam quã vt eam possint sermone explicare habuerũt, nam vt sapiẽs ait: Cunctæ res difficiles nõ potest eas homo explicare sermone, vnde plura illi intellexerũt quam viua voce exposuerũt. Doctrina similiter scriptura est clarior & vniuersalior. Nam sicut rerũ imagines illis quorũ sunt imagines omnino nõ assimilantur, ita voces & scripturæ nõ omnimodo significant, res, quarum sunt notæ, quia nec p voces animæ affectus, nec per scripturam vocis ꝓnunciatio & efficacia exactè exprimi possũt. Ex quo non mirandũ est si viri eruditi multa plura, & longè clariùs viua voce quàm scripta exposuerũt. Atq; hæc ita esse in Apostolis & Prophetis perspicere licet, Prophetæ nãq; atq; Christi discipuli primò fidei dogmatum notitiam habuerunt, secundò viua voce diuinas cogitationes populo Eccl.1.

tradiderunt, tertiò in memoriæ subsidium fidem literis mandarunt, ex quo clarissimè constat, quod sicut Dei reuelatio facta Apostolis fuit prior quàm Apostolica prædicatio, ita Apostolica traditio longe fuit prior q̃ Apostolica scriptura, nam eiusdẽ argumẽti notitia prior est quàm doctrina, & doctrina q̃ scriptura. Multo enim tempore ante legem scriptam, & sancta Dei Ecclesia, & vera religio fuit. Verum cum sine fide impossibile sit placere Deo, per illud tempus sine scripturis, per patrum traditionem seu doctrinam, fides & conseruata & propagata fuisset oportuit.
Ioan. c. 1. *Christus etiam (de quo scriptum est. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum) legem Euangelicam non scripto, sed viua voce discipulis tradidit. Christi quoque discipuli Euangelium sibi à Christo traditum Iudæis & gentibus viua voce tradiderunt. Gentes enim ac Iudæi per Apostolorum traditionem, antequam Euangeliũ literis mandaretur, in Christum crediderunt. Romana etiam Ecclesia antequam Paulus illi scriberet, per Apostolorum traditionem fidei obediuerat. Sed quid multis: Christi Apostoli Euangelium infidelibus, & fidelibus tradiderunt, sed oẽs libri Canonici tam veteris q̃ noui testamenti, nõ ad infideles, sed ad fideles dati aut missi fuerunt. Paulus enim nõ ad gentium res publicas, sed ad Dei Ecclesias epistolas misit. Ex quibus inconfesso est, quod non solum traditio est prior scriptura, sed quod Dei Ecclesia non per scripturam, sed per traditionem fuit fundata & propagata, ob idq́ illa sine scripturis in fidei synceritate*

diu perseuerauit, vt Ireneus exponit, dicens: Quid au tem, si neque Apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nónne oportebat ordinem sequi traditionis, quem tradiderunt ijs, quibus committebant Ecclesias? cui ordinationi assentiunt multæ gentes Barbarorum eorum, qui in Christum credūt, sine charactere vel atramento scriptam habentes per spiritum in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter custodientes. Et infrà ait: Hanc fidem qui sine literis crediderunt, quantùm ad sermonem nostrum barbari sunt. Quantū autem ad sententiam, & consuetudinē & cōuersationem propter fidem, perquàm sapientissimi sunt & placent Deo, conuersantes in omni iustitia & castitate & sapientia. Quibus si aliquis annunciauerit ea, quæ ab hæreticis adinuenta sunt, proprio sermone eorum colloquens, statim concludentes aures, longo longiùs fugient. Tantum ille. Iren. l. 3. c. 4.

Christi discipuli plura fidei mysteria viua voce quàm scripto tradiderunt. Caput 72.

APostolica etiam traditio non solùm est prior Apostolica scriptura, sed plura fidei mysteria quàm scriptura continet. Nam cùm Christi discipulis speciale mandatum de prædicando Euangelio iniunctum fuit, longè maiorē prædicandi quàm scribendi Euangelium curam susceperunt: ex quo omnes Euangelium viua voce tradiderunt, pauci verò illud literis mandârunt. Et hi qui mandârunt, à spiritu sancto inspirati fecerunt, ne catholicæ ecclesiæ deesset, id quod ad fidei synceritatem maximè condu

cit. Atq; ita euangelica ecclesia post apostolicam & sacram traditionem, sacram noui testamenti habere scripturam incepit: inter vtranq; tamen hoc interest, quòd apostolica scriptura, euangelicæ historiæ cõpendium siue epitome est, Apostolica aũt traditio vniuersam historiam euangelicã complectitur. Quã sententiam sacra scriptura præ se fert, noui enim testamẽti libri nec singuli nec oẽs vniuersam euãgelicam historiam complectuntur. Matthæus quidẽ nonnulla prætermisit, quæ à cæteris narrãtur. Ioãnes verò quædã ab alijs scripta præteriens, alia à cæteris prætermissa narrat, similiter cæteri Euangelistæ fecerunt. Quod

Ioan. ca. 21 *verò oẽs Euangelistæ aliqua prætermisissent, testatur Ioãnes dicens. Sunt aũt & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribãtur per singula, nec ipsum arbitror mũdum capere posse eos, qui scribẽdi sunt libros. Quẽ locũ beatus Augustinus exponẽs, ait: Nõ spacio locorũ, credẽdum est mundũ capere nõ posse: quæ in eo scribi quomodo possent, si scripta nõ ferret? Sed capacitate legentium cõprehendi fortaßè nõ possent: quãuis salua rerũ fide, plærunq; verba excedere videãtur fidẽ. Quod non fit, quando aliquid, quod erat obscurum, vel dubiũ, causa et ratiõe reddita exponitur: sed quãdo id quod apertũ est, vel augetur vel extenuatur, nec tamen à tramite significãdæ veritatis erratur: quoniam sic verba rem quæ indicatur excedũt, vt voluntas loquẽtis, nec fallentis appareat, qui nouit quousq; credatur, à quo vltrà quã credendum, vel minuitur loquendo aliquid, vel augetur. Sacri quidẽ scriptores ad fidei mysteria significantiùs explicanda, veritatẽ*

sectantes

spectantes figuratis locutionib. non rarò vtūtur. Hinc est q illa euangelica hyperbolica locutio, cùm aut agendi, aut minuēdi vim habeat, apostolicā nimirum scripturā, vniuersam historiam euangelicā non comprehēdere apertè satis significat. Quòd si nouum testamentum omnia Christi facta et verba cōplecteretur: tantum abest, vt hyperbole hîc locum habuisset, vt potius fuisset mendaciū. Vnde cùm Christi mirabilia opera humanum excedant captum, Euangelista humani intellectus imbecillitatē, ac mirabiliū Christi operū excellentiā significātiùs quàm hyperbolica locutione nō potuit exponere. Istam sententiā Fabius de hyperboles natura differēs exponit, cùm ait. Tùm est hyperbole virtus, cùm res ipsa de qua loquēdū est, naturalem modū excessit. Conceditur enim amplius dicere, quia dici quantū est, nō potest, meliusq; vltrà, quàm citrà stat oratio. Itē Paulus quædā fidei mysteria se nō literis tradidisse, clarè exponit, dicens. Desidero enim videre vos, vt aliquid impartiar vobis gratiæ spiritualis, ad cōfirmādos vos .i. simul cōsolari in vobis p eā q inuicē est, fidem vestrā atq; meā. Quòd si Paulus suis scriptis cōplexus fuisset oēm euangelicam historiā, nil restaret viua voce tradēdū. Verùm quia p epistolā nec oīa ad fidem necessaria, nec tam clarè q viua voce tradere poterat: ideò quod scripturæ deerat, per traditionē supplere desiderabat. Clemēs Alexandrinus istā apostolicā sententiā illustrat dicens: Cognitiōis ædificiū in epistola quoq; ad Romanos tacitè significās, inqt: Desidero enim videre vos, vt aliq vobis donū impertiar spirituale vt vos cōfirmemini.

Quint. lib. 8. cap. 6.

Ad Rom. cap. 1.

Cle. Alex. strom. l. 5.

Non

Non poterant apertè literis scribi eiusmodi dona. Infrà etiam in eandem sententiam, ait: scio quod veniens ad vos, inquit Apostolus, veniam in plenitudine benedictionis Christi. Spiritale donum, & traditionem, quæ est ex cognitione, eis præsentibus præsens cupit impertire (neque enim ea poterant significari per epistolam) plenitudinem Christi, vocans per reuelationem mysterij, quod æternis temporibus fuerat tacitum. Sacri igitur scriptores Christi opera & verba (non quòd illorum quædam aut vulgaria aut vana fuerint, sed quòd difficilia tùm dictu, tùm intellectu sint) non omnia scripserunt. Neq; ideò ignorantiæ, falsitatis, aut negligentiæ arguendi sunt, vt beatus Augustinus loquens de Ioanne Euangelista exponit, dùm ait: Quasi fieri non potuerit, vt cùm omnia quæ à Domino audierat, scribere nõ posset, inter alia quæ prætermisit & hoc prætermiserit, cùm in alia scribenda esset intentus. Nónne Euangelium suum ita ipse conclusit dicens: Et alia quidem multa fecit Iesus, quæ si scribantur singula, nec ipsum existimo capere mundum, qui scriberentur libros? His vtiq; ostendit, se scientem multa prætermisisse. Euangelistæ quippe cùm non humano sed diuino spiritu afflati animaduertissent euangelicã historiã viua voce iuxta Christi mandatum per idoneos cõcionatores copiosè tradi oportere, nõ singula Christi opera, sed potißima tantùm scripserunt. Nam cùm Christus discipulis quòd de se viua voce testimonium perhiberent præcepisset, dicens: Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimũ terræ, illi summam

Ad Rom. cap. 15.

Aug. con. F. ult. lib. 17. cap. 3.

mam adhibuerunt curam, ne quid actorum Christi prædicando præterirent. Quare cùm in hominis redemptione, sicut in mundi creatione Deus nihil fecisset frustrà (omnis namq; Christi actio nostra fuit instructio) si Christi discipuli in concione nõnihil actorum Christi prætermisissent, fideles testes non fuisset. Hinc est quòd Christi discipuli de Christo copiosius et efficacius testimonium prædicando, quàm scribendo perhibuerint. Nã euangelica historia à paucis Christi discipulis fuit scripta, fuit tamen ab omnibus pari consensu viua voce prædicata, ex quo euãgelium aut Ioannis, aut Lucæ, &c. Traditio verò non Petri nec Pauli, sed Apostolica appellatur. Cõstat igitur ex his cum sacra scriptura, nec omnia dogmata contineat, nec sui ipsius exactam explicationem complectatur, quòd sacra traditio ad synceram fidem tenẽdam atq; ad dogmata explicanda, æqualem cum scriptura apud ecclesiam obtineat autoritatem.

Ecclesiæ traditio de religionis dogmatibus, tam Dei oraculũ est, quàm sacra scriptura. Caput 73.

V*erùm Caluinus aduersus istam euangelicam sententiam ait: Esto igitur hoc firmũ axioma, nõ aliud esse Dei verbum, cui detur in ecclesia locus, quàm quod lege primùm & prophetis, deinde scriptis apostolicis continetur. Præsentis sæculi sectarij istius errores non autores, sed priscorum hæreticorũ sectatores sunt. Firmißimum quippe axioma omnium hæreticorum est, nullum esse Dei verbum præter* Cal. cap. 8. para. 73.

sacram

sacrã scripturã, ob idq; sacræ scripturæ et nihil præte reà credendum, illi cõstanter asserunt. Vt Maximus
Aug. cont. Mar. lib. 1. *Arianorũ episcopus apud Augustinũ asserit, dùm ait: Et quia dignata est religio tua mihi facere iniuriã, si interrogat, in quibus valeo, respõsum dabo: si aliquid ratiõabile dixeris, necesse est vt sequar. Si quid enim de diuinis scripturis protuleris, quod cõmune est cum omnibus, necesse est vt audiamus. Hæ verò voces quæ extra scripturã sunt, nullo casu à nobis suscipiuntur. Præterea cùm ipse dominus moneat nos et dicat: Sine causa colũt me, docentes mandata et præcepta hominũ &c. Huiusmodi nimirũ sunt nostri seculi sectarij, illi quippe dogmata ad religionẽ spectãtia, sacris literis nõ expressè contenta tanquã humanas traditiões fidei cõtrarias à religione summouerit. Verùm oẽs illi miserè falluntur: nã traditionũ quædam sunt diuinæ, quædã verò humanæ, et humanarũ quidem traditionũ quædam iustæ, quædam aũt iniustæ sunt: q̃ profectò tria nõ sunt cõfundenda, sed exactè examinanda ac distinguẽda. Verùm quæ traditiões sint diuinæ, quæ verò humanæ, atq; istarũ quæ piè aut quæ impiæ sint, nõ cuiuscunq; priuati hominis nec particularis, sed catholicæ eccclesiæ definire interest: ac de humanis quidẽ traditionib. posteà, nunc verò de diuinis est sermo. Sacræ quidẽ traditiões autoritatem, sacræ scripturæ autoritati æqualẽ esse apud oẽs fideles in cõfesso est. In ecclesiæ enim principio, Adæ, Noæ, & cæteris patriarchis veræ religiõis notitiã Deus reuelauit. Quã notitiã fideles posteà patres suis filijs nõ per scripturã, sed viua voce tradiderunt. Quòd si illi religionis*

gionis dogmata, q̃ viua voce filios suos docuerũt, literis mandauissent, illa ꝓculdubiò scriptura fuisset sacra. Igitur traditio est sacra, id est, Dei oraculũ, quia eiusdẽ argumẽti traditio et scriptura eandẽ habẽt veritatẽ et autoritatẽ. Nã scriptura est nota eorũ quæ sunt in voce. Illa quippe sentẽtia, Ecce agnus Dei, viua voce tradita à Ioanne Baptista, quanq̃ nunquã scripta fuisset ab Euangelistis, nihilominus Dei oraculũ et æqualis autoritatis cũ sacra scriptura fuisset. Sicut igitur ista sententia (Verbum caro factũ est) in voce et scripto eiusdẽ autoritatis est: ita prophetarũ eiusdẽ argumenti et p̃dicatio et scriptura tantundẽ sunt veritatis et autoritatis. Ob quã causam sine scriptura religio vera ꝑ traditionẽ ab Adã vsq; ad legis scriptæ ꝓmulgationẽ in populo Hebræorũ progressa fuit. Præterea lex scripta ꝑ quã antiqua religio fuit aucta patriarcharũ traditionẽ, Dei oraculum fuisse testatur. Moyses enim cui multo plura religiõis mysteria quã eius prædecessorib. reuelata fuerũt, dei legẽ literis mãdans de patriarcharũ traditiõe fide dignũ ꝓhibuit testimoniũ, vt Christus exposuit, cùm dixit: Moyses dedit vobis circumcisionẽ: nõ q̃a ex Moyse est, sed ex patribus. Sacramentũ quidẽ circumcisiõis, ac cæteri veræ religiõis ritus, ante scriptã legem non humanæ, sed diuinæ fuerunt traditiones, & tamen nõ fuerant sacris literis mandatæ. Circumcisio enim non modò quod in Moysi lege fuerit scripta, sed etiã quòd à Deo fuit Abrahæ, & per illum cæteris tradita in Hebræorum populo autoritatem obtinuit. Christus etiam traditionem longè efficaciùs quàm Moyses approbauit. Ioan. ca. 7.

Nam

Nam euangelium per quod lex perficitur non literis mandauit, sed viua voce discipulis tradidit. Insuper illis vt euangelium Iudæis & gentibus viua voce tra-
Mat ca 28 *derent, præcepit, cùm dixit: Eũtes ergò docete omnes gentes, &c. Christi profectò discipuli post aduentum spiritussancti, tam viua voce fidem prædicãdo, quàm scribendo diuino spiritu ducti fuere, vt scriptura do-*
Mat.ca.10. *cet, dùm ait: Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in*
2. Pet.1. *vobis. In alio loco etiam inquit. Hoc primùm intelligẽtes, quòd omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est, aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Prophetæ igitur & Christi discipuli, non solùm scribendo, sed viua voce concionando, prophetârunt. Quare beati Pauli ac cæterorum Christi discipulorum conciones tam Dei oraculum, quàm vniuersi noui & veteris testamenti libri fuerunt. Vnde si aliquis prædicationem discipulorum christi, notis fideliter & autenticæ excepisset, profectò illa scriptura absq; dubio fuisset diuina. Vti Ieremiæ liber, quem Baruch eius notarius scripsit. Lucas etiam catholicæ ecclesiæ fidelis notarius, Pauli & aliorum Christi discipulorum prædicationem notis*
Lucæ 1. *excipiens euangelij edidit librum. Quam sentẽtiam ipsemet exponit dicens: Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt rerum: sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderũt & ministri fuerunt sermonis, visum est*

est et mihi assequuto omnia à principio diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile, vt cognoscas eorum verborum, de quibus eraditus es, veritatem. Marcum quoq; Euangelistam beati Petri fuisse interpretem, beatus Hieronymus apertè satis testatur, dicens: Marcus discipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breue scripsit Euangelium. Quod cùm Petrus audisset, probauit, & ecclesiæ legendum sua autoritate edidit, sicut Clemēs in sexto ὑποτυπώσεων libro scribit &c. Verùm cùm apostolicæ prædicatiōis quædam dogmata à sacris scriptoribus non fuissent scripta, nec animo excidisset, nata fuit distinctio inter sacram traditionem, et sacram scripturam. Nam euāgelicæ historiæ quædam quidem dogmata, sacra scriptura comprehendit, quædam verò sacra traditio exponit. Hinc est quòd sacra scriptura est supernaturalis diuina historia à spiritusancto per homines literis memoriæq; mandata: sacra verò traditio est supernaturalis quædam diuina historia à spiritusancto per hominum viuam vocem memoriæ mādata. Sacra igitur traditio cùm non humano, sed diuino spiritu ab omnibus Christi discipulis concorditer fuerit dispēsata, apud catholicam ecclesiam tātam autoritatem, quantam sacra scriptura semper obtinuit. Et meritò quidem, quia Apostolica traditio tam Dei est oraculum, quàm sacra scriptura. Hiero. in cat scrip.

Ecclesiæ traditio æqualis, seu potius eiusdem autoritatis est cum sacra scriptura. Caput 74.

2. Ad Th. 2 *APostolus quidem Paulus sacram traditionem distinctam à sacra scriptura, sed eandem cũ scriptura habere autoritatẽ clarissimè docet, cùm ait: Itaque fratres state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Illa profectò verba siue per sermonem, siue per epistolam, sacram traditionem et sacram scripturam non eadem dogmata continere significãt, quòd si omnia dogmata literis fuissent mandata, quorsum Paulus dixit: siue per sermonem, siue per epistolam? Quibus nimirum verbis Paulus traditionem & scripturam distinguit. Vnde huiusmodi distinctio non ab hominibus excogitata, sed à Deo reuelata fuit. Ob quam causam catholica ecclesia illam obseruat. Verùm licet traditio & scriptura, quantum ad dogmata distinguantur, non tamen quantum ad autoritatem distinguuntur. Quia dogmata siue scripta, siue viua voce tradita sint, æqualem seu potiùs eandem autoritatem apud catholicam ecclesiam obtinent. Quam sententiam illæ voculæ: state et tenete, mirificè exponunt. Paulus profectò non dixit solam scripturam, tanquàm diuinum oraculum tenete, traditionem verò tãquam humanum statutum veræ religioni contrarium submouete, sed de vtraque sine discrimine dixit: Itaque fratres state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Paulus etiam diuinam obseruare traditionem, tanquam Dei oraculum frequenter præcipit monetq́; : Imitatores, inquit, mei estote, sicut &*
1. Ad Cor. cap. 11. 15. *ego Christi. Laudo autẽ vos, fratres, quòd per omnia*

mei

mei memores estis: & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Infrà etiam dixit: Notum autem vobis facio fratres Euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini, quâ ratione prædicauerim vobis, si tenetis, nisi frustrà credidistis. *In alio quoque loco eandem astruit sententiam, dicens:* De cætero ergò fratres, rogamus vos et obsecramus in Domino Iesu: vt quemadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat ambulare & placere Deo, sic & ambuletis, & abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum. *Ex quibus certè locis Caluini cæterorumq́; sectariorum error, videlicet non aliud esse Dei verbũ cui detur in ecclesia locus, quàm quod lege primùm & Prophetis, deinde scriptis Apostolicis continetur, apertè satis conuincitur. Nam sacra traditio Dei verbum est non scriptum, cui catholica ecclesia cum Apostolo Paulo tantam autoritatem, quantam sacræ scripturæ semper defert. Quod prisci ecclesiæ doctores pari consensu testantur. Beatus quidem Basilius ait:* Dogmata quæ in Ecclesia seruantur ac prædicantur, partim ex conscripta doctrina habemus, partim ex Apostolorum traditione ad nos delata in mysterio recipimus. Quæ vtraque eandem ad pietatem vim habent, & nemo his contradicit, qui vel modicam saltem Ecclesiasticorum iurium experientiam habet. *Atque infrà enarratis quibusdam Apostolicis traditionibus.* Deficiet me, *inquit,* dies, si ecclesiæ mysteria scripto non prodita recensere velim.

1. Ad Thes. cap. 4. et 2. cap. 2.

Basil. de spi. san. cap. 27.

velim. Omitto reliqua, ipsam fidei confessionẽ, quod credimus in patrem & filium ac spiritumsanctum, ex quibus scriptis habemus. Beatus quoque Hieronymus eandem sententiam tenet, dicens: Exigis vbi scriptum sit in actibus Apostolorum. Etiamsi scripturæ autoritas nõ subeßet, totius orbis in hanc partem consensus instar præcepti obtineret. Nam & multa alia, quæ per traditionem in Ecclesijs obseruantur, autoritatem sibi scriptæ legis vsurpauerũt. Item beatus Chrysostomus illud Pauli: Itaque fratres state & tenete traditiones, &c. exponens, sacræ traditionis autoritatem mirificè illustrat dicens: Hinc patet, quòd nõ omnia per epistolam tradiderint, sed multa etiam sine literis. Eadẽ verò fide digna sunt illa, atque ista. Atque traditionem quoque ecclesiæ fide dignam putamus. Traditio est, nihil quæras ampliùs, tantum ille. Quàm necessarium sit sacræ traditioni credere, ex hoc maximè constat, quòd illa sola sit quæ sacram scripturam nobis patefacit, & sine illius testimonio sacræ scripturæ fides non habetur. Sectarij quidem traditionem non recipientes, sacræ scripturæ autoritatem penitùs eneruant. Bibliam quidem eße Dei oraculum, omnes fideles tãquàm fidei articulum tenentur credere, & tamen cùm nullum scriptum Dei verbum præter ecclesiæ traditionem de biblia testimonium perhibet, reliquum est, vt sectarij non recipientes non scriptam traditionem, neq; sacræ etiam scripturæ autoritatem deferant. Quæ certè aßertio manifestißima hæresis est. Vnde cùm nullum scriptũ Dei verbum de biblia testimonium perhibeat, et credere

Hiero. aduer. Lucif.

2. ad Thes. cap. 2.

dere sine fide digno testimonio sit temeritatis, necesse est ad credendum bibliam, esse Dei oraculum, vt primùm credamus sacræ traditionis testimonio. Cuius autoritas non minoris habenda est, quàm sacra scriptura. Sicut enim ad astruenda quædam dogmata necessaria est scriptura, ita ad astruendam scripturam necessaria est traditio. Nam quanquàm scriptura Deum Moysi, Esaiæ, & cæteris patribus locutum exponat, tamen hunc librum ab Esaia, illum verò à Ieremia, & sic de cæteris fuisse scriptum, ac esse diuinam scripturam, nisi per sacram traditionem nemo est factus certior. Sacri quidē scriptores libros per diuinam reuelationem à se editos, aut per se, aut per fide dignos tabellarios esse suos, viua voce asseruerunt: quod beatus Augustinus exponit, cùm ait: Vnde constat, quid cuius sit, nisi quia his temporibus, quibus ea quisq; scripsit, quibus potuit insinuauit atque edidit, & inde in alios atq; alios continuata notitia, latiusq; firmata, ad posteros, etiam vsq; ad nostra tempora peruenerunt, ita vt interrogati cuius quisque liber sit, non hæsitemus quid respondere debeamus? Sed quid pergam in longè præterita? Ecce istas literas, quas habemus in manibus, si post aliquantum tempus vitæ huius nostræ, vel illas cuiusquam Fausti esse, vel has negat esse meas, vnde conuincitur, nisi quia illi, qui nunc ista nouerunt, notitiam suam ad longè etiam post futuros continuatis posterorum successionibus traijciunt. Hæc ille, Ex quibus nimirum verbis constat, quod si sacra traditio, aut antiquata fuisset, aut apud Ecclesiam

Aug. cont. Faust. li. 33 cap. 6.

autoritatem non obtinuisset, sacra scriptura omnino abrogata fuisset. Item si sectariorum sententia fuisset vera, quòd nihil præter Dei scriptum verbum, est tenendum, fides tunc temporis maior habenda esset traditioni, quàm scripturæ: imò nulla fides habenda fuisset Apostolicis scriptis. Quid, quòd si tantùm scriptura, vt sectarij dogmatizant, credēdum est, cùm sacra scriptura non dicat scribite, sed prædicate euangeliū, vt Christi ordinatio staret, Apostolorum potiùs prædicationi, quàm scriptis credendum esset. Huiusmodi quidem assertionem sectarij velint nolint, fateantur oportet. Nam apud illos argumentum à Dei verbo non scripto, siue ab autoritate negatiuè sumpta, perinde ac demonstratio fidem facit. Vti ista argutiuncula Christus non dixit scribite, sed prædicate euangelium, igitur non est credendum Apostolorum scriptis, sed traditionibus. Verùm sicut ille modus arguendi apud sectarios nihil contra scripturæ autoritatē astruit, ita nec contra cæteros articulos controuersos aliquid persuadet, quia veræ religionis quædam dogmata sunt necessariò credenda, quæ non sunt scripta, sed tantùm viua voce tradita. Huiusmodi est, bibliam esse Dei oraculum. Atque hinc est, quod licèt Christum dixisse discipulis, scribite euangelium, non legatur, nihilominùs scripta Apostolica sunt tenenda tanquam Dei oracula. Per traditionem quippe nō scriptam, Christi discipulos Dei spiritu afflatos fuisse locutos ac scripsisse, catholica ecclesia constanter credit. Denique quicunque sacram scripturam recipit, sacram traditionem recipiat oportet. Sacra enim

scriptu-

ſcriptura tam expreſſum teſtimonium de traditione, quam de quouis fidei articulo perhibet, ſcriptura etiam & traditio inuicem ſe aſtruunt, nam per traditionem diuina ſcriptura innotuit fidelibus, atque fideles, credentes, ſacram ſcripturam. ſacram non ſcriptam traditionem credant, eſt neceſſe.

Omnium ſcripturarum ſacra biblia eſt difficillima.

ATque non ſolùm per eccleſiæ traditionē bibliam eſſe Dei oraculum credimus, ſed etiam de ſcripturæ germano ſenſu facti ſumus certiores. Ad ſacrā enim ſcripturam ſyncerè intelligēdam, eccleſiæ nō ſcriptam traditionem tanquam regulam obſeruare oportet. Quanta enim diuinarum ſcripturarum ſit obſcuritas, tùm ingens piorum, ac doctiſſimorum virorum in exponendis ſcripturis, & diligentia, & ſolertia, tùm illorum variæ, tametſi veræ, atq; cum ſyncera fide conſonantes expoſitiones, tùm tanta ſectarum ſeu hæreſum ex peruerſa ſcripturæ expoſitione multitudo, apertè ſatis docet. Quòd ſi ſacra ſcriptura facilè intellectu fuiſſet, ſanctorum doctorū pium ſtudium ſuperuacaneum fuiſſet: et de illius ſenſu nec tot, nec tam variæ, nec tam contrariæ inter expoſitores ſentētiæ extitiſſent. Verùm cùm circa ſacrā ſcripturam tanta aut variarū aut cōtrariarum expoſitionum multitudo ſit, quanta circa nullam aliā ſcripturam vnquam fuit, illam omnium ſcripturarum eſſe obſcuriſſimam, nullis niſi intellectu deſtitutis, non eſt in confeſſo. De ſacræ ſcripturæ obſcuritate beatus Auguſtinus ait: Mira profunditas

Caput 75.

Aug. conf. li. 12. ca. 14

eloquiorum tuorum, quorum ecce ante nos superficies blandiens paruulis: sed mira profunditas Deus meus, mira profunditas. Horror est intendere in eam,
Epist. 3. *horror honoris, & tremor amoris. In alio loco eandem illustrans sententiam, inquit: Tanta est enim Christianorum profunditas literarum, vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia vsq; ad decrepitam senectutem maximo ocio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere: Non quòd ad ea, quæ necessaria sunt saluti, tanta in eis perueniatur difficultate, sed cùm quisq; ibi fidem tenuerit, sine qua piè rectèq; non viuitur, tam multa, tamq; multiplicibus mysteriorum vmbraculis opaca intelligenda, proficientibus restant, tantaq; non solùm in verbis, quibus ista dicta sunt, verùm etiam in rebus quæ intelligendæ sunt, latet altitudo sapientiæ, vt annosissimis, acutissimis, flagrantissimis, cupiditate discendi hoc cõtingat, quod eadem scriptura quodã loco*
Chry. sup. Gen. ho. 36. *habet: Cùm cõsummauerit homo, tunc incipit. Eiusdem sentẽtiæ est beatus Chrysostomus, dũ ait: Magna diuinæ scripturæ virtus est, & multa in verbis latent sententiarũ diuitiæ. Ideò cõuenit, vt diligenter intendamus, et solicitè scrutemur, quo ampliorẽ vtilitatem inde percipiamus. Nam propter hoc et Christus præcepit, dicẽs: Scrutamini scripturas, vt nõ tantùm nudæ lectioni vacemus, sed indagatis profundis, verũ veritatis sensum percipere valeamus. Talis enim scripturæ mos est, vt et in paucis verbis plurima sæpè multitudo sensuum inueniatur. Sacra sanè scriptura non quòd sacri scriptores diuinam historiam literis abdide-*

abdiderint, sed quod fidei mysteria omnium naturalium rerum abditissima, verbis exactè explicari non possint, omnium scripturarum difficillima est. Illi quidem non suas, sed diuinas cogitationes: non naturalem, sed supernaturalem historiam: non hominum, sed Dei gesta literis mandarunt. Quæ certe omnia non naturalis ingenij viuacitate, sed Deo reuelante cognouerunt. Religionis quippe arcana tam occulta sunt, quod nulli nisi Deo reuelante certo constare possunt: at naturæ secreta, non pauca ab homine, & inuenta, & detecta fuerunt. hinc sacri scriptores primam mysteriorum traditionem reuelandi verbo significarunt, quod beatus Hieronymus exponit dicens: Verbum quoque ipsum, ἀποκαλύψιος, id est, reuelationis, propriè scripturarum est: & à nullo sapientium seculi apud Græcos vsurpatum. Et infra: Hoc vt manifestius fiat: accipite exemplum. Moyses cum Deo reuelata & aperta facie loquebatur, id est absque velamine: ad populum autem loquens quia vultum eius attendere non valebant, velamen ponebat in facie. Ante arcam quoque testamenti velum oppansum erat: quod cum fuisset reductum, ea quæ antè abscondita fuerant prodebantur: & vt ipso verbo vtar, reuelabantur. Tantum ille. Inter naturæ quidem secreta ab hominibus adinuenta, & fidei mysteria à Deo reuelata hoc interest, quod illa postquam fuerunt inuenta, iam non sunt arcana. Omnibus enim illa discentibus tam nota, imo quibusdam notiora sunt, quam inuentoribus fuerunt, quia in humanis disciplinis plerun-

Hier. ad Gal. c.1.

que fit aliqua accessio, fidei verò mysteria quibusdam reuelata quanquam literis memoriaeque mandata semper sunt caeteris arcana, quia non tam nota sunt credentibus quàm fuerunt Prophetis & Apostolis. Quid quod istis illa fuerunt reuelata, caeteris verò velata, id est, obscurè sunt tradita, quia humana verba diuina mysteria non satis explicant. Vnde fidei dogmata per reuelationem prophetis explicite tradita, per scripturam obscurè & implicite caeteris proponuntur. Quam sententiam Clemens Alexandrinus exponit dicens. Sed, vt videtur, multis in hodiernum diem videtur Maria esse puerpera, propter ortum filij, cum non sit puerpera: etenim dicunt aliqui eam postquam peperisset, inspectam ab obstetrice, inuentam fuisse virginem. Tales autem sunt nobis scripturae Dominicae, veritatem parientes, & manentes virgines cum occultatione mysteriorum: peperit, & non peperit, inquit scriptura, vt quae ex se, non ex coniunctione conceperit. Quamobrem ijs qui sunt cognitione praediti conceperunt scripturae: haereses autem, vt quae non intellexerint, amandant tanquam quae non conceperint. Beatus etiam Hieronymus Pauli verba videlicet, mihi enim omnium sanctorum minimo, data est gratia haec, ingentibus Euangelizare inuestigabiles diuitias Christi &c. Exponens eandem sententiam illustrat, dum inquit: Si ininuestigabiles Christi diuitiae sunt: quomodo Euangelizantur in populo? si absconditum est à saeculis mysteriũ in Deo qua ratione per Paulum profertur in gentes? Sed ininuestigabile & absconditum dupliciter sentiendũ.

Cle. Alex. Strom l.7.

Hier. ad Ephes. c. 3.

Qua

Quæ ininuestigabiles antè diuitiæ fuerint: & nunc post domini aperta sunt passionem. Aut certe quæ natura sua homini ininuestigabiles erant, hæ Deo reuelante sunt cognitæ. Quia aliud est ad secretum curiositate propria peruenire: quod postquam inuentum fuerit, desinit esse ininuestigabile: aliud ꝓpria diligẽtia, illud nequaq̃ posse comprehendere, sed per gratiã cognoscere Dei: quod cum scieris, & cæteris quoq; ostenderis, nihilominus ininuestigabile perseuerat: dum tibi quantum in te est, fuit antequam ostenderetur occultum. Tantum ille. Diuina igitur historia non ob hoc quod in sacra scriptura traditur desinit esse arcana.

Apostolica doctrina legis & prophetarum est germanus sensus.

CHristi quidem discipulos religionis mysteria ac fidei dogmata clarius quã prophetas intellexisse diuina scriptura apertè satis testatur dicens: Vestri aũt beati oculi quia vident, & aures vestræ quia audiunt. Amen quippe dico vobis quia multi prophetæ, & iusti cupierunt videre, q̃ videtis, & non viderunt: & audire q̃ auditis, & non audierunt. Theophylactus ista Christi verba cum Chrysostomo exponens, illam illustrat sententiam, dum ait: Præfert autem illos prophetis, eo ꝙ Christum corporaliter viderũt, illi mentaliter tantũ, sed & quæ illi non assecuti fuerunt tanta mysteria & talem notitiam quantam ij. In duobus enim præcellebant Prophetas Apostoli, & corporaliter videndo, & magis spiritualiter intel-

Cap. 76. Matth. c. 13

Theophy. Chrysost.

telligendo diuina. Cùm igitur Deo reuelante Apostoli de fidei mysterijs explicitiorem notitiam, quàm scriptores veteris testamenti habuissent, Apostolicam doctrinam, legis & Prophetarum germanam esse expositionem necesse est. Illi enim Dei (qui sacræ scripturæ est author) sensum præ cæteris calluere. Atque hinc est, quod Catholica Ecclesia in lectione veteris testamenti Apostolicam traditionem pro regula obseruat, vt videre licet circa legalium obseruationem. Nam Catholica Ecclesia circuncisionis præceptum per Euangelium, iuxta Apostolicam traditionem abrogatum, firmiter credit. Quam legis abrogationem quamuis vetus testamentum de illa testimonium non perhibuisset, Apostolica traditio sufficienter approbauit. Discipulis siquidem Christi Euangelium prædicantibus, cùm de circuncisionis obseruatione, tum de gentium vocatione fuisset orta controuersia, Apostoli gentium vocationem scripturæ testimonio asseruerũt: quod Lucas optime narrat
Acto c.15. *cum ait: Respondit Iacobus, dicens: Viri fratres audite me, Simon narrauit quẽadmodum primũ Deus visitauit sumere ex gentibus populum nomini suo. Et huic concordabant verba Prophetarum, sicut scriptum est: Post hæc reuertar, & readificabo taberna-*
Amos c.9. *culũ Dauid, &c. Circuncisionis verò lex sine scripturæ testimonio Apostolica traditione abrogatur: nunc ergo quid tentatis Deum, inquit Petrus, imponere iugũ super ceruices discipulorũ, quod neq; patres nostri neq; nos portare potuimus? Iacobus quoq; dixit: Propter quod ego iudico non inquietari eos, q̃ ex gentibus con-*

conuertuntur ad Deum, sed scribere ad eos vt abstineant, &c. Circuncisionis igitur lex scripta, Apostolica traditiõe abrogatur, seu potius exponitur, quam profectò expositionem non Prophetæ, sed Apostoli Ecclesiam docuerunt. Aduersus istam Apostolicam doctrinam Caluinus ait: Hinc etiam colligimus, non aliud permissum fuisse Apostolis, quàm quod olim habuerunt Prophetæ, nempe veterem scripturam exponerent. Verùm ille fallitur admodum: nam ad Apostolicum munus veteris testamenti fidem implicitam explicare pertinet, quod nimirum Prophetis non fuisse demandatum scriptura manifestè testatur dũ ait: Huius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu pro vobis gentibus: si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi in vobis, quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut supra scripsi in breui: prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi, quod aliis gentibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc reuelatum est, sanctis Apostolis eius & Prophetis in spiritu. Theophylactus cum Chrysostomo allegatum exponens locum ait: Primùm quidem hoc nunc Paulus ait, quod omnibus hominibus non fuerit reuelatum: adiecit enim, quod in aliis generationibus non est patefactum filiis hominum. Deinde & quod ad hunc modum ne prophetis quidem cognitum fuerit æquè ac nunc per res ipsas patefactum est & Apostolis, & noui testamenti Prophetis per Spiritumsanctum. Nisi enim spiritus paracletus docuisset Petrum, Cornelium, qui ex gentibus erat,

Calui. ca. 8. para. 13.

erat, cum suis non suscepisset. Eiusdem sententia est
Cle. Alex. Strom. l. 5. *Clemens Alexandrinus dum ait: Quocirca alia quidem sunt mysteria quæ fuerunt abscosa vsque ad Apostolos, & tradita sunt ab ipsis, vt à Domino acceperunt: absconsa autem in veteri testamento, quæ nunc manifesta sunt sanctis. Sicut enim ex disciplinarum primis principijs conclusiones inserũtur ille quippe perinde ac fructus in semine quodammodo in principijs continentur, atque vt quisque maximo pollet ingenio: ita plurimas conclusiones ex principijs infert, seminis etiam granum, quo in feraciori seminatur agro, eo plures affert fructus. Ita veræ religionis dogmata in fide tanquam in religionis fundamento & principio continentur, & quo Apostoli explicitiorem habuerunt fidem, eo plura*
Ad Heb. 11. *dogmata proposuerunt credenda. Vna quidem fides (de qua Paulus ait: Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remuneratur) fuit ante legem & sub lege & tempore Euangelij: Sed Moyses & Prophetæ plura mysteria synagogam quam Patriarchæ filios suos docuerunt, similiter Apostoli plura & maiora mysteria in Ecclesia quam Moyses & Prophetæ in synagoga exposuerunt, quandoquidem clarius istis quam illis diuina mysteria fuerunt reuelata, hinc est quod veteris scripturæ exponendi officium non Prophetarum sed Apostolorum fuit muneris. Quia illis quidem, vt legis ceremonias figurantes & pronũciantes Christum venturum, obseruare docerent synagogam iniunctum fuit, istis verò easdem ceremonias (adueniente Christo*

sto adimpletas) deinceps non obseruãdas tam Iudæis quã gentibus annunciarent demandatum fuit, quæ nimirum legis abrogatio, seu expositio in veteri testamento expresse non est scripta, quod aperte B. Chrysostomus exponit dum ait: Aliud erat quod quærebatur, id quod & manifestius Petrus dicebat: Non oportet illos circuncidi. Quid igitur hæc cõcionaris? Sanè quia non hoc dicebant, quod non assumendi sint credentes, sed quod post legem, etiam hoc Petrus bene cõcionatus est. Sed quoniam turbabat hoc omnium maxime auditores, etiam hoc iterum curat. Et vide: Id quod oportebat lege caueri, non seruandam legem, Petrus adducit. Quod autem nostrum est, id & olim susceptum, hoc hic dicit, & versatur in eo de quo nihil scriptum erat. Tantum ille. Quod si Apostolica traditio, veteris testamenti est germana expositio, ac regula p quam lex & Prophetæ sunt exponẽdi, multo profecto magis erit noui testamenti natiuus sensus, vt videre licet in quibusdam noui testamenti locis. Nam illam voculam, verbum apud Ioannem (dum ait, in principio erat verbum) Dei filium Patri coæternũ & & cõsubstantialẽ significare, Apostolica sola traditio exposuit. Et B. Ioannem Euangelist. aut cæteros Christi discipulos illam expositionẽ docuisse indubitanter tenendum. Quia si huiusmodi expositio non fuisset Apostolica traditio, eadem facilitate qua approbatur, contemneretur vtiq;. Non tamen contemnitur quia Catholica Ecclesia illam expositionem, tã Dei esse oraculum quam Ioannis Euangelium credit firmissime. Apud Catholicos siquidem viros illud: In prin-

Chrysost. hom. 32. act ca. 15.

principio erat verbum, idem quod in principio erat Dei filius significat: & qui primam sententiarum credit, ambas credit: in vtrisque enim idem sensus, eadem veritas & æqualis authoritas est. Sed traditio longe est clarior, quàm scriptura.

Ecclesiastica traditio diuinæ scripturæ est germanus sensus.

Cap. 77.

SAcrorum quippe scriptorum mens, ad diuinam scripturam exacte ac germane exponendam, legentem non lateat oportet. Siquidem omnis scriptura, tam diuina quàm humana, in tantum syncere exponitur, in quantum scriptoris sensui est alligata, quam sententiam beatus Chrysostomus manifeste admodum exponit dicens: Non enim oportet verba nuda expendere, alioqui multa consequentur obscuritates. Neque conuenit, sermonem per se nudum examinare, sed obseruare mentem scribentis. In humanis enim sermonibus, nisi hac ratione fuerimus vsi, expendentes quid senserit is qui loquitur, multas inducemus simultates, omnia subuertentur. Et quid attinet loqui de verbis, quando & in factis, nisi regulam hanc seruauerimus, omnia sursum deorsum miscebuntur, &c. Et licet ea quæ in voce versantur, signa sint affectuum, qui in anima sunt: & ea quæ scribuntur notæ sint eorum quæ in voce versantur: tamen quia diuina mysteria humanis verbis exactè non explicantur, ideo non tantum in verbis sacrorum scriptorum sensus consistit, & per consequens

Chrysost. ad Gal. c. 1.

nec

nec ex illis solis germanus scripturæ sensus eruendus est, de quo audiamus beatum Hieronymum dicentē: Nec putemus in verbis scripturarum esse Euangeliū: sed in sensu. Non in superficie, sed in medulla. Non in sermonum folijs, sed in radice rationis. In alio quoq; loco eandem confirmans sententiam inquit: Nec sibi blandiantur, si de scripturarum capitulis videntur sibi affirmare quod dicunt, cum & Diabolus de scripturis aliqua sit locutus, & scripturæ non in legendo consistant, sed in intelligendo. Cum igitur ex quauis scriptura non solum varij sensus, sed contrarij, quanquam deprauatè, non raro eruantur, ideo pro natiuo scripturæ sensu, non quem doctißimus quisq; vir excogitauerit, sed quem scriptor intendit est habendus. In scripturis sanè humanarum disciplinarum, scriptoris sensus haud difficile ab eruditis viris peruestigatur. Cum enim disciplinarum siue inuentores siue scriptores humano spiritu humanas cogitationes literis mandauerint, illorum successores viri eruditi scripturas scrutantes, authorum mentem, ac per consequens germanum scripturæ sensum peruestigarunt, illi siquidem nihil supernaturale scripsere. At in diuinis scripturis authoris sensus non facile peruestigari potest. Quid quod sacri scriptores sancto afflati spiritu, diuinas cogitationes omnem sensum excedentes, literis mandarunt: ideo viri summa eruditione tantum naturali intellectus acumine ducti, sacrorum scriptorum mentem peruestigare non valent, vt videri licet in sectarijs. Illi quippè tantum de scripturæ sensu variant, quantum vnusquis-

Hier. ad Gal. c. 1.

Aduerſ. Lucif.

que in exponenda sacra scriptura non scriptoris, sed
1.Cor.c.2. *suo sensu ducitur. Quare ad sacram scripturam expo*
nendã non hominis, sed Dei spiritu est opus, quod Pau
lus clarè exponit dicens: Quis enim hominum scit q̃
sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est: ita
& quæ Dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus Dei. Nos
aũt non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritũ
qui ex Deo est. Quæ Pauli verba non ad Lutherũ nec
ad Caluinũ, sed ad Cathol. Ecclesiã definite pertine-
re, illâ vocula, nos apertè satis docent. Catholica quip
pe Ecclesia non huius mundi, sed Dei spiritũ habet,
quam sententiam ille fidei articulus, sanctam Eccle-
siam, firmiter astruit, si enim Ecclesia est sancta, Dei
proculdubiò spiritum ad exponendam sacram scrip-
turam habet. Vnde cum nec Lutherum nec Caluinũ
habere Dei spiritum sacra scriptura definite asserat,
non illorum sed Catholicæ Ecclesiæ expositio tenenda
est tanq̃ vera, quia non de illis sed de ista Paulus infra
apertè satis dixit: Nos autem sensum Christi habe-
mus. Hinc est quod quicquid Ecclesia Catholica pro-
ponit aut explicat tanq̃ fides, ab omnibus fidelib. sit
necessariò credendum, quia illa proponendo, & expli
cando fidei dogmata, Christi sensum habet. Ecclesia
enim in dogmatibus proponẽdis & explicandis Chri
Cal.c.8. pa- *sti sensui est alligata. Vnde verba Caluini (videlicet.*
ra.71 l. 37 *Non est igitur potestas Ecclesiæ infinita, sed subiecta*
cap.1. *verbo domini, & in eo quasi inclusa) si generaliter de*
verbo Dei intelligãtur, vera sunt. Nam quicquid Ec-
clesia proponit & explicat, credendum Dei vtiq; est
verbum. Verum Caluinus illis verbis sacram tradi-
tio-

tionem abrogare intendit, nam infrà, Dei verbum restrinxit ad sacram scripturam dum ait: Esto igitur hoc firmum axioma, nō aliud esse Dei verbū, cui detur in Ecclesia locus, quàm quod lege primum & Prophetis, deinde scriptis Apostolicis continetur: nec alium esse ritè docēdi in Ecclesia modum, nisi ex eius verbi præscripto & norma. Verum quidem est, quod Catholica Ecclesia nihil aliud quàm Dei verbum docet. Sed non sola scriptura est Dei verbum, sed etiam Ecclesiæ traditio, vt B. Augustinus sapientißime exponit dicens: Vides certè quam nescias, vel te nescire fingas, quid sit Euangelium: nec ex doctrina Apostolica, sed ex vestro errore nomines Euāgeliū. Aut si hoc appelles Euangelium, quod Apostoli appellauerunt, aberras ab Euangelio, qui non credis Christum ex semine Dauid: quod Apostolus secundum suum Euangelium prædicari testatus est. Quod aūt erat Apostoli Pauli Euangeliū, hoc etiam cæterorum Apostolorū, & omnium fidelium dispensatorum tanti sacramenti. Hoc enim alibi dicit: Siue ergo ego, siue illi: sic prædicamus, & sic credidistis. Non enim omnes illi Euangelium conscripserunt, sed tamen omnes Euangelium prædicauerunt. Narratores quippe originis, factorum, dictorum, paßionum domini Iesu Christi, ꝓpriè dicti sunt Euangelistæ &c. Tam Dei igitur verbum est Apostolorum prædicatio, quàm scriptura. Vnde Catholica Ecclesia proponens Apostolorum traditionē, & per illam sacram scripturam exponens, syncerum Dei verbum proponit.

Cal. c.8. para.37.

Aug cont. Fau. l.2. c.2.

Diuina ſcriptura non aliter, quàm Ecclesiæ traditio exponit, intelligenda eſt.

Caput 78.

ETſi humanarum diſciplinarū ſcriptores quanta licuit claritate ſuas cogitationes explicuere, tamen nihilominus ad illorum ſcripta exponenda perito doctore eſt opus. Quandoquidem ſcriptura mentem ſcriptoris non tam euidenter nec tam exacte explicat, quin poßit aliò verti. Vnde cum ad docendas humanas diſciplinas, tum ad germanè exponendas ſcripturas, viuæ vocis doctrina ſummopere eſt neceſſaria. Doctrina quippe clarius quàm ſcriptura, authoris ſenſum applicat. Quod ſi ad exponendas ſcripturas, continentes humanas cogitationes & præterea nihil, doctrina opus eſt, longe profecto magis ad exponendam ſacram ſcripturam diuina myſteria ſignificantem, Eccleſiaſtica traditio eſt neceſſaria. Siquidem ſacri ſcriptores non tam clarè diuina myſteria, quàm Philoſophi naturæ ſecreta ſcripſere. Ad ſacras igitur literas exponendas peritißimo doctore eſt opus. Sed omnium, exceptis Chriſti diſcipulis, Catholica Eccleſia doctißima eſt vtique, vtpote ſancta atque columna & firmamentum veritatis. Quare per Catholicæ Eccleſiæ traditionem ſacra ſcriptura exponatur oportet, vt Vincentius Lirinenſis ſapientißime docet dicens: Hic forſitan requirat aliquis: Quum ſit perfectus ſcripturarum Canon, ſibiq́ʒ ad omnia ſatis ſuperq́ʒ ſufficiat, quid opus eſt vt ei Eccleſiaſticæ intelligentiæ iungatur authoritas? Quia

Vincent. Lirinen.

v ide-

videlicet scripturam sacram pro ipsa sui altitudine non vno eodemq́ sensu vniuersi accipiunt, sed eiusdem eloquia, aliter, atque aliter alius, atque alius interpretantur, vt pene quot homines sunt, tot illinc sententiæ erui posse videantur. Aliter nanque illam Nouatianus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arius, Eunomius, Macedonius, aliter Photinus, Apollinaris, Priscillianus, aliter Iouinianus, Pelagius, Celestius, aliter postremò Nestorius. Atq; idcirco multũ necesse est ꝓpter tantos tã varij erroris anfractus, vt Prophetica & Apostolicæ interpretationis linea, secundũ Ecclesiastici & Catholici sensus normam dirigatur. Hæc ille. Catholica quidem Ecclesia nõ quod Prophetiæ donum habeat, sed quod in proponendis & explicandis dogmatibus Apostolicam obseruet traditionem, Christi sensum habet. Christus enim tam Apostolicam traditionem perseueraturam in Ecclesia, quàm syncerem fidem promisit. De Apostolicæ doctrinæ perseuerantia Paulus ait: *Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem.* Quid verò sit illud depositum, illico exponit dicens: *Formam habe sanorum verborum, quæ à me audisti in fide & in dilectione in Christo Iesu. Bonum depositum custodi per Spiritũ sanctum, qui habitat in nobis.* Beatus Chrysostomus cum Theophylacto ista Pauli verba exponens ait: *Quid est, oro, depositum? Fides atque prædicatio. Hoc ipsum qui deposuit, inquit, integrum, inuiolatúmque seruabit. Omnia patior, vti ne huiusce thesaurus expiletur. Nullo super his rubore suffundor,*

2.Tim.1.

Chrysost. hom. 2. & 3.

dum fides seruetur inuiolabilis. Infra etiam ait: Non modo per literas, sed etiam verbis discipulo, quæ essent agenda, dictauit: quod plurimis & alijs in locis ostendit, dicens: Siue per verbum, siue per Epistolam, quasi per nos missam. Hoc & hic multò magis fecit: ne igitur minus aliquid doctrinam habere putemus, plurima illi absque scripto tradidit, quæ illi modo ad memoriam reuocans dicit: Formam habe sanorum verborum, quæ à me audistis. Quid autem hoc sibi vult? Pictorum, inquit, more imaginem tibi virtutis impreßimus, & omnium quæ Deo grata sunt, veluti normam primitiuamq́; formam, tuæ indidimus animæ. Hæc igitur habeto firmiter, & siue de fide, siue de charitate, siue de castitate opus sit aliquid loqui, ac definire, inde tibi exemplaria accipe. Non tibi necesse erit ab alijs mutuari virtutis imaginem, cum intra te omnia posita serues. Bonum depositum custodi. Quonammodo? Per Spiritumsanctum qui habitat in nobis. Neque enim humanæ animæ, humanæq́; virtutis est, tam multa deposita digne posse seruare. Cur id? Quia feruent cuncta latronibus, densißimæ imminent tenebræ. Instat præterea diabolus atq; insidiator, nescimus qua hora, quo immineat tempore. Quomodo igitur, inquit, custodire
Cle. Alex. *sufficimus? per Spiritumsanctum: hoc est, si spiritum*
Strom. l.6 *habemus apud nos manētem. Aderit autem, nisi gratiam repellamus. Eiusdem sententiæ est Clemens Alexandrinus dum ait: Depositum enim quod Deo redditur, est conuenienter domini doctrinæ p eius Apostolorum piam traditionē, intelligentia & exercitatio.*
Quod

Quod aũt auditis in aurẽ, abditè ſcilicet & in myſterio (nam q̃ ſunt huiuſmodi, dicuntur in aurẽ dici allegoricè) ſuper domos, inquit, p̃dicate, cũ ea præclare ac magnifice accepiſſent, ſublimiq́ & excelſo dicẽdi genere traderẽt, & ex regula veritatis ſcripturas explanarent. Doctrinæ nimirũ Apoſtolicæ depoſitũ viua voce tradi, idẽ exponit dicẽs. Sed q̃ verã quidem beatæ doctrinæ ſeruabant traditionẽ, ſtatim à Petro, & Iacobo & Ioanne & Paulo SS. Apoſtolis, filius à patre accipiens, pauci aũt ſunt patrib. ſimiles, ad nos quoq́ Deo volente puenerunt, illa à maioribus data & Apoſtolica depoſituri ſemina. Rectè aũt ſcio fore vt exultẽt, nõ hac dico lætali expoſitione, ſed ſola ea obſeruatione, q̃ eſt in annotatione. Eſt enim hæc, vt opinor, deſcriptio aĩæ cõſiderãtis beatũ ita cõſeruare traditionẽ, vt nõ poſſit effugere. Tantũ ille. Cũ enim Euangelicam hiſtoriã ſancto afflãte ſpiritu oẽs quidẽ Chriſti diſcipuli p̃dicauerint, pauci vero ſcripſerint, oĩum p̃dicationẽ eſſe ſcripturæ germanũ ſenſũ oportet. Quia ſinguli nõ ſecundũ ꝓprium, ſed ſecundũ cõmunẽ Chriſti ſenſum Euangelizarũt. Atq́ ita p huiuſmodi prædicationẽ q̃ profectò eſt eccleſiæ traditio, & nõ aliter, ſacrã ſcripturã eſſe exponẽdam, oẽs ſancti patres teſtantur, B. nimirũ Petrus apud Clem. Pontifi. ait: Multas vt video ingenioſi hoĩes, ex his q̃ legũt veriſimilitudines rapiũt, & ideo diligẽter obſeruãdũ eſt, vt lex Dei, cũ legitur, nõ ſecundũ ꝓprij ingenij intelligentiã legatur. Sũt .n. multa verba in ſcripturis diuinis, quæ poſſũt trahi ad ſuũ ſenſũ, quẽ ſibi vnuſquiſq́ ſpõte p̃ſumpſit: qđ fieri nõ oportet. Nõ enim ſenſum quẽ ex-

Cle. Alex. Strom. l. 1.

Cle. Pont. recog. l. 10

trinsecus attuleris alienum & extraneum debes quarere, quem ex scripturarum authoritate confirmes, sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis: & ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam, seruat, vt & ipse poßit ea quæ rectè suscepit, competenter asserere. Eiusdem sententiæ est

Cle. Alex. Strom.l.1. *Clemens Alexandrinus dicens: Neque enim fieri potest, vt quæ scripta sunt non elabantur, etiamsi à me non ædita manserint. Reuoluta autem, & vna semper voce, nempe ea quæ scripta est vtentia, interroganti nihil amplius præter ea quæ scripta sunt respondet. Necessario enim semper auxilio indigent, aut eius qui scripsit, aut alterius qui eisdem insistit vestigijs.*

Cypria. ad Pompei. *Beatus quoque Cyprianus eandem confirmat sententiam dum ait: Quod & nunc facere oportet, Dei sacerdotes præcepta diuina seruantes, vt in aliquo si nutauerit & vacillauerit veritas, ad originem dominicam & Euangelicam & Apostolicam traditionem reuertamur, & inde surgat actus nostri ratio, vnde & ordo & origo surrexit, &c. Catholica deniq; ecclesia Apostolicã traditionẽ sectãs in exponẽdis scripturis, nunq̃ errat: illa enim in assentiẽdis dogmatibus diuinæ authoritati innititur, et in exponẽdo illis Apostolorũ traditionẽ ꝑpetuo sequitur. Quare ꝑ ecclesiæ traditionẽ oẽs fideles de sacræ scripturæ germano sensu facti sunt certiores, tanq̃ ꝑ certißimã regulam: ꝑ certißimã, inq̃, regulã, nõ quod scriptura & eius veritas à traditiõe pẽdeat, sed ꝙ traditio sit Dei verbũ, ꝑ qđ de diuinis myŝterijs literis mãdatis fideles facti sunt*

sunt certiores. Siquidē scriptura non tam clarè explicat Christi sensum, quàm traditio. Traditionē cū dico, in exponendis sacris scripturis esse regulam, Catholicam ecclesiam intelligo. Scriptura quidem Dei verbum est mutum, ecclesia verò Dei verbum est loquens: illa quippe perinde ac Paulus, sectarijs dicit, An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Denique catholica ecclesia, Dei verbum, quòd corde credit ad iustitiam, ore profitetur ad salutem: quæ quidem professio sacræ scripturæ syncera est expositio, quam omnes fideles obseruare tenētur.

Qui diuinam scripturam præterita ecclesiæ traditione exponit, Dei verbum deprauat.

AT sectarij exponendi verbū Dei autoritatem sibi vendicantes, ecclesiæ præterita traditiōe, Dei tantùm verbum, tùm exponēdorum dogmatum regulam, tùm dirimendarum controuersiarum iudicem constituunt. Caluinus quidem ait: Sic enim nemini pepercit, cuius autoritatem verbi Dei censuræ non subiecerit. hæc ratio non minùs ad totam ecclesiam, quàm ad vnumquemque fidelium pertinet. Infrà etiam eandem confirmans sentētiam, inquit: Quare nulla conciliorum, pastorum, episcoporum nomina nos impediant, quò minus & verborum, & rerum documentis moniti, omnes omnium spiritus ad diuini verbi regulam exigamus, quò probemus nùm ex Deo sint. Philippus quoq; Melancthon Caput. 79. Cal. cap. 8. para. 74. & 86. Philip. in loc. de eccles.

eiusdem est sententiæ, dùm ait: Quis igitur erit iudex, quando de scripturæ sententia dissensio oritur? ipsum verbum Dei est iudex. Verùm illi admodum falluntur, nam Dei verbum sicut sine prædicante nō docet, ita sine ecclesia nec syncerè exponit dogmata, nec religionis controuersias dirimit. Licet enim Dei verbū exponendorum & definiendorum dogmatum sit regula, tamen per huiusmodi regulam dogmata veraciter definire, ac syncerè exponere, non cuiuis datum est. Quoniam huiusmodi munia rectè exequi, Dei muneris est, quod nimirum donum catholicæ tātùm ecclesiæ specialiter est concessum. Sectarijs verò neutiquàm, imò illi dùm in exponendis & definiendis dogmatibus, Dei verbum tanquam regulam vtūtur (quia per illum varias & contrarias sectas confir-

Cle. Alex. strom. li. 3. *mant) omnino deprauant, quod sacri doctores apertè satis testātur. Clemēs Alexandrinus ait: Vnaquæque hæresis scripturam habet, quæ sibi conuenienter*

Augu. de Gen lib. 7. cap 9. *affertur. Eiusdem sentētiæ est beatus Augustinus. Neque enim, inquit, non omnes hæretici scripturas catholicas legunt, nec ob aliud sunt hæretici, nisi quòd eas non rectè intelligentes, suas falsas opiniones cōtra earum veritatem peruicaciter asserunt. Cùm enim sacra scriptura, nec varia, nec secū pugnans, sed potiùs omnimodò sibi constans sit, illius testimonio contrarias sectas confirmare, Dei verbum deprauare est vtiq;. Verùm quòd sectarij verbi Dei testimonio prauè vtantur, non sacræ scripturæ defectui, sed illorum*

Chryso. 2. ad Cor. hom. 21. *culpæ imputandum est. Quod beatus Chrysostomus exponit, dicēs: Et profectò sunt qui dicēt, hoc esse peruersitatis,*

uersitatis, quod oẽs qui inter se pugnant, illo vsi sunt. At hæc puersitas non Pauli est, absit, sed eorum q̃ abutuntur. Non enim varius quispiam fuit, sed simplex ac manifestũ, illi aũt ad suos sensus verba torserunt. Et quare sic scripsit, aiunt, vt det damnũ? Verùm volentibus non ipse dedit, sed illorũ insania, eò quòd non vt decebat se vsi sunt, quoniã et mũdus hic totus quãuis & admirabilis, et diuinæ sapientiæ sit argumentum, et cœli enarrant gloriã Dei, & dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiã: attamẽ in ipso multi collapsi sunt, cõtrarij inter se. Beatus quoq; Augustinus eiusdem est sentẽtia, dùm ait: Nec ipsis sanctis diuinorũ librorũ autoritatibus nullo modo quisque rectè tribuerit tam multos & varios errores hæreticorum, cùm oẽs ex eiusdem scripturis, falsas atq; fallaces opiniones suas conẽtur defendere &c. Sectarij nimirum Dei verbũ perinde ac lesbia plumbea regula ad suos mores & ingenium accommodare satagunt. Quod Paulus aperte satis testatur, dicens: Miror quòd sic tam citò transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi. Beatus Hieronymus istum Pauli locum exponens, idipsum apertius docet, pulchrè aũt ait: Nisi si sunt aliqui q̃ vos cõturbant, & volunt cõuertere Euangeliũ Christi. Volũt, inquit, Euangeliũ Christi mutare, cõuertere, turbare: sed nõ valẽt. Quia huius natura est, vt nõ poßit aliud eße q̃ verũ est. Oĩs q̃ euangeliũ alio interpretatur spiritu, et mente, quã scriptum est, credentes turbat,

August de Trin. li. 1. cap. 3.

Ad Gal. cap. 1.

Hierony.

bat, & conuertit Euangelium Christi: vt id quòd in facie est, post tergum faciat: ea quæ post tergum sunt, vertat in faciem. Huiusmodi proh dolor verbi Dei deprauationes in præsenti infœlicißimo seculo factitari, religionis dißidia quæ in Germania grassantur, præ se ferunt. Monstrosè enim tres illæ sectæ Anabaptistarum, scilicet, Sacramentariorum & Confessionistarum, tùm sub istarum singulis non paucæ factiones, Germanicam nationem, tùm familias, tùm Rempublicam, tùm ecclesiam tàm immaniter lacerant, vt nō ampliùs Germani, sed potiùs discoli et extranei videantur. Verum quidem est, quòd singulæ sectæ purum Dei verbum se obseruare procaciter affirmant: falluntur tamen, quia sectæ, cōtraria dogmata profitentes, non Christi, sed hominis, vel potiùs diaboli Euangelium prædicant, quod Hieronymus apertè satis testatur, dicens: Grande periculum est in ecclesia loqui, ne fortè interpretatione peruersa de euāgelio Christi, hominis fiat euāgelium: aut quod peius est, diaboli. Christi igitur euangelium vnaquæq; secta, dùm illud nititur ad suum accōmodare sensum, inuertit: velut Arius sacram scripturam, patrem & filium consubstantiales, & æquales significantem, vti illam: Ego & pater vnum sumus, ad patris & filij tantùm similitudinem & concordiam torquet: quæ quidem expositio non Christianum, sed Arianum est euangelium. Ille siquidem non secundum diuinum, sed secundum humanum sensum de diuinarum personarum consubstantialitate iudicat. Nam vt tres creaturas, sic tres diuinas personas consubstantiales

Hierony.

impoßi-

impoßibile existimat. Veruntamen alia diuinæ essentia, & alia creatæ naturæ est proprietas, quoniam plures res creatæ non poßunt esse consubstantiales, vtpote natura est finita: in illa verò immensa diuina essentia, tres personæ sunt consubstantiales, quandoquidem essentia est infinita. Caluinus etiam, cæteriq; Sacramentarij, scripturam, quæ de Christi corporis sacramētali existentia tractat, illam videlicet, hoc est corpus meum, figuratè exponentes, omnino peruertunt: qui profectò sensus non Christianum, sed Caluinianum est euangelium. Quoniā illi de Christi corporis sacramentali existētia, non iuxta diuinam, sed iuxta naturalem corporis potentiam iudicāt, eò quòd naturæ corporis merè physici repugnat existentia in pluribus locis. Qui profectò sensus non est secundum Christi mentem: nam de sacramentis, & cæteris religionis mysterijs, non secundum rerum naturam, sed secundum Dei potentiam iudicandum est. Christi enim corpori quamuis per naturalem potentiam esse in pluribus locis repugnet, tamen per diuinam potentiam (cui non est impoßibile omne verbū) repugnare non sequitur. In huiusmodi siquidem mysterijs tota ratio facti est potentia facientis. Lutherus quoque, ac cæteri sectarij scripturam, quæ cōmendat continentiam coniugalem, illā videlicet: Propter fornicationem autem vnusquisq; suam vxorem habeat, ad suam incontinentiam excusandam peruertunt. Illi quippe per illa verba, omnibus cœlibem vitā agentibus, etiam vouentibus, Paulum præcepiße, vt ducant vxores; dogmatizant. Verùm istud dogma non

Ad Cor. cap. 2.

non Christianum, sed Lutheranum est euangelium: nam non secundum Dei sensum, sed secundum suam petulantiam scripturā exponunt, quod Clemens Alexandrinus de huiusmodi & similibus differens, apertè satis exponit, dicens: Quoniam autem qui introducunt in differentiam, paucas quasdam scripturas detorquentes, titillanti suæ voluptati eas suffragari existimant. Infrà etiam eandem sententiam euidentiùs exponēs, ait: Sunt enim socordes, qui cùm liceat ex ipsis scripturis, diuinis scripturis conuenientes colligere demonstrationes, id omnino non faciant, sed quòd eorum voluptatibus suffragatur, eligūt. Gloriæ autem tenentur desiderio, qui ea quæ ex sua natura conueniunt, sermonibus diuinitùs inspiratis, tradita à beatis Apostolis & magistris, sua sponte fallaci sapientiæ simulatione corrumpunt per alias tractatiōes, humanis doctrinis resistētes diuinæ traditioni, vt hæresin constituant. Beatus quoq; Augustinus eiusdem est sentētiæ, dùm ait: Item si animum præoccupauit alicuius erroris opinio, quicquid aliter asseruerit scriptura, figuratum homines arbitrātur. Quare prisci doctores, sectarios esse verbi Dei deprauatores apertè satis docent. Clemens Alexandrinus de illis ait: Quòd si Propheticis quoque scripturis vti ausi fuerint, qui persequuntur hæreses, primùm quidem non omnibus, deinde non perfectis, neq; vt dictat corpus & contextura Prophetiæ, sed eligētes ea, quæ dicta sunt ambigua, traducunt ad proprias opiniones, paucas voces sparsim carpentes, non id considerantes, quod ex ipsis significatur, sed ipsa nuda dictione vtentes. Nam in omnibus

Margin notes: Cle. Alex. Strom. li. 3. & 7. — Aug. de Christ. doct. lib. 3. cap. 10. — Cle. Alex. strom. li. 7.

omnibus ferè quæ adducunt, inueneris ipsos sola nomina attendentes, vt qui mutent significata, neque quemadmodum dicantur cognoscant, neque ijs quas afferunt allegationibus, ita vt earum natura postulat, vtantur. Tertullianus etiam eandem illustrat sententiam, dùm inquit: Deinde quoniã nihil proficiat congreßio scripturarum, nisi planè vt aut stomachi quis ineat versionem, aut cerebri. Ista hæresis non recipit quasdam scripturas: et si quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui interuertit: et si recipit, non recipit integras: et si aliquatenus integras præstat, nihilominùs diuersas expositiones commentata conuertit. Tantum veritatis obstrepit adulter sensus, quantum et corruptor stilus. Variæ præsumptiones neceßariò nolunt agnoscere ea, per quæ reuincuntur: his nituntur, quæ ex falso composuerunt, & quæ de ambiguitate cœperunt. Tertul. de præs. aduer. Hære.

In proponendis fidei dogmatibus, & in dirimẽdis religionis controuersijs, catholicæ ecclesiæ traditio est rectissima regula.

DEI, inquam, verbum sine ecclesiæ traditione, nec exponendorum dogmatum regulam, nec dirimendarum controuersiarum iudicem esse, sectariorum dißidia satis apertè docent. Si enim Dei verbum religionis dogmata exponit, & controuersias decernit, cùm omnes sectarũ purum Dei verbum sibi vendicent, quid est, quòd adhuc Caput. 80.

adhuc in tanta rerum, & verborum cõtrouersia versantur: quare non tot dißidia quæ inter illos sunt, & tot sectæ tantum contrariæ non dirimuntur. Non dirimuntur quidem, quia quantò magis sectarij Dei verbum se profiteri iactant, tantò illi maiora religionis dißidia excitant. Igitur aut Dei verbum dogmatum nõ est regula, aut sectarij syncerum Dei verbum non capiunt. Diuina certè scriptura ab omnibus tam catholicis, quàm sectarijs pari consensu recipitur: verùm de germano illius sensu, ac de fidei dogmatibus catholici quidem inter se conueniunt, sectarij verò à se inuicem, nedum à catholicis dissentiũt: quod equidem fit, non quòd scripturam non recipiant, sed quòd germanum scripturæ sensum non aßequantur, atq; ideò de religionis dogmatibus discordãt. Dei quidem verbum siue scriptura, licèt secundum authoris mentem determinatum sensum & veritatem habeat, tamen quia homines illud audientes siue legentes, prætorita ecclesiæ traditione, iuxta ingeniorum varietatem, varios sensus cõcipiunt, inde fit, vt tot sententiæ, totq; diuersi sensus in ex scripturarum interpretatione existant. Vt igitur fideles ex auditu verbi Dei, ac ex scripturarum lectione varios & falsos sensus non concipiant, ad exponendam diuinam scripturam finita seu determinata regula opus est. Quam sanè regulam esse ecclesiasticam doctrinam, diuina scriptura apertè satis exponit, dicens: Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent: Paulus certè nõ dixit Dei, siue verbum, siue scriptura, sed cæteri, id est, ecclesia, dijudicent. In quo scripturæ sensu Caluinus

1. Ad Cor. cap. 14.

nus cum catholica ecclesia consentit,cùm ait : Prima Cal. cap. 8.
ad Corinthios quarto decimo capitulo hãc rationem para. 87.
præscribit Paulus,nã cùm singulis ecclesiis attribuat
dijudicationem, ostendit, quis in grauioribus causis
sit ordo,nempe vt ecclesiæ vniuersæ communem cogni
tionem suscipiant. Verùm cum ista catholica senten-
tia illa Caluini superiùs recitata sententia manifestè
pugnat, videlicet dùm inquit: Quare nulla concilio- Para. 85.
rum,pastorum,episcoporum nomina nos impediant,
quò minùs & verborum et rerum documentis moni-
ti omnes omnium spiritus ad diuini verbi regulã exi-
gamus.Caluinus nimirum vt asserendi noua dogma-
ta licentiam sibi permittat dijudicandi fidei dogma-
ta autoritatem,quam Paulus tantùm ecclesiæ tribu-
it,singulis fidelibus concessit. Sed iuxta Paulum non
quisq; priuatus, sed catholica ecclesia exigendi dog-
mata ad diuini verbi regulã habet autenticam auto
ritatem.Item Caluinus in alio loco eadem Pauli ver-
ba deprauans ait: Quòd si hanc docendi licentiam Para. 74.
agnouisset,nunquam hanc disciplinã tradidisset Co-
rinthijs, vt loquentibus duobus vel tribus,cæteri diju-
dicarent. Et paulò pòst ait : Sic enim nemini peper-
cit,cuius autoritatem verbi Dei censuræ nõ subiece-
rit. Quæ profectò sententia verbi Dei est deprauà-
tio. Quoniam Paulus,cùm inquit, Prophetæ duo aut
tres loquantur, & cæteri dijudicent, prophetiæ siue
prædicationis examinationem ecclesiæ censuræ sub-
iecit. Illic enim prophetarum seu concionatorum
doctrina examinanda & approbanda committitur
ecclesiæ. Sic enim Paulus nemini pepercit, cuius

doctrinam Ecclesiæ censuræ non subiecit. Verbum enim Dei licèt syncera sit veritas, tamen cùm sit difficile cognitu ad germanam illius sensum assequendum, ecclesiæ doctrina tanquam regula est necessaria. In dogmatibus enim exponendis catholicæ ecclesiæ traditio rectissima est regula, quod Cle. Alex. *Clemens Alexandrinus sapientissimè exponit, di-* strom.li.7. *cens: Cæterùm recta sunt omnia, inquit scriptura, coram ijs qui intelligunt, hoc est, ijs qui ab ipso declaratam scripturarum expositionem, ex Ecclesiastica regula accipientes conseruant. Regula autem ecclesiastica est concentus, & consensio legis, & Prophetarum, conuenienter testamento, quod traditur per domini aduentum. Tantum ille. Sicut enim non omnis Citharam pulsans, sed artis Citharizandi peritus concentum facit, ita non cuiuslibet diuinarum literarum periti, sed catholicæ ecclesiæ doctrina est noui & veteris testamenti harmonia. Atque hæc doctrina exponendi verbi Dei rectissima est regula. Verùm Ecclesiastica traditio non quòd Dei verbo præterito, religionis dogmata exponat, sed quòd verbi Dei & indubitata & determinata & syncera est expositio, exponendorum & proponendorum dogmatum est rectissima regula. Quæ profectò regula verbi Dei sensum non quantum ad authoris mentem, sed quantum ad credentium captum determinat. Vt enim Prophetarum & Apostolorum scriptura Dei cogitationum nota certissima & regula est, non quòd Deus per scripturam suas cogitationes decernat,*

sed

sed quòd per scripturam fideles de diuinis cogitationibus facti sunt certiores, sic Ecclesiastica doctrina, Dei verbi regula est, non quòd scripturæ veritas ab illa dependeat, sed quòd credentes per Ecclesiæ traditionem de scripturæ germano sensu facti sunt certiores. Denique quemadmodum de sensu Dei nullis nisi Prophetis certò credendum est de scriptura germano sensu, nulli nisi catholicæ ecclesiæ indubitanter fides habenda est, Fides, inquàm, habenda est propterea, quòd sine fide non modò in diuinis, sed etiam in humanis scripturis nulla perfecta cognitio existit: quod beatus Augustinus exponit, dicens: Aug. de vtil.credē. cap.5. *Quum autem & hoc sentimus, quod ille, quem legimus, & id est vitæ bene agendæ accommodatissimum, cumulatissimè sese habeat veritas, nec aliundè aperitur falsitatis locus. Quod genus quum de rebus obscurissimis lectio est, rarissimum omnino est, neque id mea sententia liquidò sciri, sed tantummodò credi potest. Quibus enim argumentis absentis vel mortui hominis voluntatem ita colligam, vt de illa iurare possim: cùm etiam si præsens interrogaretur, multa esse possent, quæ si malus non esset, officiosissimè absconderet. Vt igitur certa fides habeatur de scripturæ sensu, per ecclesiæ doctrinam omnes credentes fiant certiores oportet. Quod Vincentius Lirinensis sapientissimè exponit, dicens. Sæpè igitur magno studio, et summa attentione perquirens, à quàm plurimis sanctitate et doctrina præstantib. viris, quónam modo possim* Vincen. Lirinen.

certa quadam & quasi generali ac regulari via catholicæ fidei veritatem ab hæreticæ prauitatis falsitate discernere, huiusmodi semper responsum ab omnibus ferè retuli, quod siue ego, siue quis vellet exurgentium hæreticorum fraudes deprehendere, laqueosq; vitare, & in fide sana sanus atque integer permanere, duplici modo munire fidem suam domino iuuante deberet: Primò scilicet, diuinæ legis autoritate, tùm deinde ecclesiæ catholicæ traditione. Eiusdem sententiæ est beatus Augustinus, dùm ait: Sed cùm verba propria faciunt ambiguam scripturam, primò prouidendum est, ne malè distinxerimus, aut pronuntiauerimus. Cùm ergò adhibita intentione certum esse prouiderit, quomodo distinguendum, aut quomodò pronunciandum sit, consulat regulam fidei, quam de scripturarum planioribus locis & ecclesiæ autoritate percepit. Pensanda nimirum sunt beati Augustini verba, quibus manifestè satis docemur, quòd Dei verbum sine ecclesiæ traditione exponendorum dogmatum non est regula, neq; dirimendarum controuersiarum est iudex, quandoquidem fidei regula non ex sola sacra scriptura, nec ex sola ecclesiæ autoritate, sed ex ambabus simul consistit, imò fidei regula non ex quouis scripturæ loco, sed ex clariori, nec ex cuiusuis ecclesiæ, sed catholicæ autoritate perficitur. Quòd si aliquis scripturæ locus obscurior per clariorem locum, aut per scripturarum circumstantiam illustretur: non ideò reliqua scripturæ loca, non paucaq; dogmata per solam scripturã sine ecclesiæ doctrina exactè exponi & syncerè definiri possunt,

August de doct. Chri. li. 3. cap. 2.

ſunt, quod manifeſtè beatus Auguſtinus exponit, dùm ait: Et cùm diuinos libros legimus, in tanta multitudine verorum intellectuum, qui de paucis verbis eruuntur, & ſanitate catholicæ fidei muniuntur, id potiſsimùm eligamus, quod certum apparuerit, eum ſenſiſſe quem legimus. Si autem hoc latet, id certè quod circumſtantia ſcripturæ non impedit & cum ſana fide concordat. Si autem & ſcripturæ circumſtantia pertractari ac diſcuti non poteſt, ſaltem id ſolùm quod fides ſana præſcribit Aliud eſt enim quid potiſsimùm ſcriptor ſenſerit non dignoſcere, aliud autem à regula pietatis errare. Si vtrunque vitetur, perfectè ſe habet fructus legentis: Si verò vtrunque vitari non poteſt, etiam ſi voluntas ſcriptoris incerta ſit, ſanæ fidei congruam non inutile eſt tenuiſſe ſententiam. Aug. de ge. lib. 1. cap. 21.

Religionis dogmatum notitia exigenda eſt ad catholicam eccleſiam.

FIdei quidem primaria regula quæ dogmatum efficit veritatem ſolus Deus eſt vtique. Vtpote qui fidei cauſa, obiectum, finis, & regula eſt. Secunda verò fidei regula, quæ non fidei veritatem efficit, ſed quæ dogmata ſyncerè proponit, exponit, ac controuerſias diſſoluit, catholica eſt Eccleſia, ſiquidem eſt columna & firmamentum veritatis. Atque primæ quidem regulæ, fidei perſuaſio innititur, credimus quippe in Deum. Ad alteram verò regulam, id eſt, catholicam eccleſiam, fidei notitia exigitur: Cap. 11.

Nam fides, vt inquit Paulus, ex auditu, auditus autem per verbum Dei: Syncerus igitur scripturæ sensus non aliter, quàm per catholicæ ecclesiæ traditionem cunctis credentibus innotescit. Quam etiam sententiam omnes catholici profitentur: quoniam illi dogmatum notitia ad ecclesiæ doctrinam tanquam ad rectißimam regulam exigunt. At hæretici vt suis falsis dogmatibus detur locus, Ecclesiæ autoritatem paßim labefactant: de quibus beatus Augustinus ait: Conantur ergò authoritatem stabilißimam fundatißimæ Ecclesiæ quasi rationis nomine & pollicitatione superare: omnium enim hæreticorum quasi regularis est ista temeritas. Præsentes sanè sectarij antiquorum hæreticorum vestigijs inhærentes, nihil magis quàm Ecclesiæ authoritatem in dubium vertunt, quòd apertè satis Philippus Melancthon exponit, dicens: Cùm autem controuersiæ quæ exortæ sunt præcipuè pertineant ad duos articulos symboli, videlicet ad articulum Credo remißionem peccatorùm, item Credo ecclesiam sanctam catholicam, &c. Sectarij siquidem verbi Dei prætextu (quod dogmatum regulam et iudicem constituunt) ecclesiam esse dogmatum regulam, modò aiunt, modò negant. Caluinus enim aliquorum dogmatum ecclesiam eße iudicem & regulam profitetur, cùm de implicita fide differens ait: Equidem non inficior, qua sumus ignorantia circumsepti, quin plura nobis implicita nunc sint. Et infrà. In quibus ipsis nihil magis expediat, quàm iudicium suspendere,

Aug. epist. 56.

Philip. in repet. August. conf.

Cal. cap. 5. par. 20.

dere, animam autem obfirmare ad tenendam cum ecclesia vnitatem &c. veruntamen Caluinus in illa sententia secum pugnat. Nam dùm ecclesiam quorundam dogmatum regulam constituit, omniũ dogmatum regulam ecclesiæ traditionem facit, quid, quòd si in obscurioribus dogmatibus nihil magis expedit, quàm iudicium suspendere, animum autem obfirmare ad tenendam cum ecclesia vnitatem: igitur dogmata obscuriora non ad Dei verbum, sed ad ecclesiæ doctrinam tanquam regulam sunt exigenda. Atq; ita ecclesiæ traditio non humana, sed diuina doctrina sit, atq; ecclesia in exponendis dogmatibus, & in dirimendis fidei controuersiis non poßit errare oportet. Quandoquidem in exponendis obscuris dogmatibus, & in fidei controuersijs dirimendis, humanum iudicium, non nisi propter diuinam doctrinam, est suspendendum: nec etiam animus ad tenendam cum ecclesia vnitatem est obfirmandus si ecclesia in fide potest errare. Vnde quia ecclesia sensum Christi habet, & per consequens in fide errare non potest, ideò Caluinus sapientißimè, licèt contra seipsum, & cæteros sectarios euidentißimum de ecclesia testimoniũ perhibuit. Nam in obscuris dogmatibus, iudicium suspendere, animum autem obfirmare ad tenendam cum ecclesia vnitatem, nihil aliud est, quàm in fidei dogmatibus credendis, proponendis, exponendis, & controuersijs dissoluendis, ecclesiæ doctrinam siue traditionem obseruare, atque ad illam, tanquam ad rectißimam regulam vniuersæ religionis dogmata exigere. Si

enim difficilia dogmata ad ecclesiam ſunt exigenda, profectò etiam omnia fidei dogmata ad illam exigantur oportet. Vtpote vna fides ad vnam regulam exigitur. Verùm sectarij quæ ſunt ingenij, & iudicij, & animi dexteritate, obſcuriora quidem dogmata ad ecclesiam, clariora verò ad ſe ipſos tanquam ad regulam exigunt. Cal.cap.8. para.68. *Caluinus enim cùm in dogmatibus implicitè cognitis, iudicium ſuſpendendum, & animum offirmandum, ad tenendam cum ecclesia vnitatem docuiſſet, in alio loco quòd in exponendis dogmatibus vnuſquiſque liberam auctoritatem habeat, apertè ſatis exponit, dùm ait: Quare nulla conciliorum, paſtorum, Epiſcoporum nomina nos impediant, quò minùs & verborum & rerum documentis moniti, omnes omnium ſpiritus ad diuini verbi regulam exigamus, quo probemus nùm ex Deo ſint. Quòd ſi ille velit dicere quòd illis verbis, non vnumquemque liberam habere exponendi verbi Dei autoritatem, ſed vnumquemque clariora dogmata exigendi, ad Dei verbum ordinariam habere autoritatem, certè fallitur admodum, quia illud non ſingulis, ſed ſoli catholicæ eccleſiæ conuenit. Nam ſi in diiudicandis dogmatibus implicitè cognitis ſuſpendendum eſt iudicium, & offirmandus eſt animus ad tenendam cum eccleſia vnitatem, profectò etiam in dogmatibus cæteris ſimiliter facere eſt neceſſe. Sectarij enim non ob aliud fidei vnitatem ſcindunt, niſi quia in exponendis dogmatibus iudicium non ſuſpendunt, nec animum offirmant,*

offirmant, ad tenẽdam cum Ecclesia vnitatem: quin potius sectariorum vnusquisq; Ecclesiæ tum autoritate tum traditione contẽpta proponendi & exponẽdi dogmata autoritatem sibi vendicat, quod Irenæus sapientissime exponit dicens: Ire.l.3.c 3. Adu. hær. *Cum enim ex scripturis arguuntur, in accusationem conuertuntur ipsarum scripturarum. Quasi non rectè habeant, nec sint ex authoritate, & quia variæ sunt dictæ, & quia non possit ex his inueniri veritas ab his qui nesciunt traditionem. Non enim per literas traditam illam sed per viuam vocem, ob quam causam & Paulum dixisse, sapientiam loquimur inter perfectos: sapientiam autem non mundi huius. Et hanc sapientiam vnusquisque eorum esse dicit, quam à semetipso adinuenit, fictionem videlicet, vt digne secundum eos sit veritas aliquando quidem in Valentino, aliquando autem in Marcione, aliquando in Corintho, deinde in Basilide fuit autem in illo qui contra disputat, qui nihil salutare loqui potuit. Vnusquisque ipsorum omnimodo peruersus, semetipsum, regulam veritatis deprauans: prædicare non confunditur &c. Simili modo nostris calamitosis temporibus aliqui principes & populi: fidei veritatem aliquando quidem in Luthero, aliquando autem in Caluino, aliquando in Melanchthone, aliquãdo in aliquo alio hæretico tantummodo reperiri crediderunt, & vnusquisque istorum seipsum, regulam fidei deprauans, prædicare nõ confunditur, & reliquos coarguere, ac ignorantiæ notam inferre. Ceterùm vt Tertullianus, inquit,* Tertul. de præs. hær. *Mentior, si non etiam à regulis suis variant inter se,*

ctatoribus ab Ecclesia & ab inuicem dissentientes errauerunt. Praeterea sectarij siue haeretici de quibusdã fidei dogmatibus, nec secum, nec cum Catholicis consentiunt, de alijs verò oẽs cum Catholia Ecclesia conueniũt. Dogmata igitur, in quibus illi discordant, nõ sunt tam clara, nec tam explicitè cognita, quàm illa de quibus omnes consentiunt, quãdoquidem quò dogmata sunt obscuriora, eò de illis pauciores cõueniunt, & plures discordant. Verum fideles de dogmatibus ineuidentibus, siue explicite siue implicite cognitis, conueniunt inter se: non quod oẽs aequaliter cognoscant, sed quod in credendis & exponendis dogmatibus iudiciũ suspendunt, & animum obfirmant ad tenendam cum Ecclesia vnitatem. At sectarij libere de dogmatibus iudicantes, nec secum nec cum Catholica Ecclesia consentiunt, & tamen aberrant à fide. Caluinus nimirum in dogmatibus controuersis non suspendens iudicium, & non obfirmans animum ad tenendam cum Ecclesia vnitatem, manifestissimè secũ pugnat. Nam dogmata controuersa vt de Christi corporis reali existentia transsubstãtione, adoratione, & immolatione in Eucharistia, proculdubiò implicita sunt, igitur in huiusmodi nihil magis expedit quàm iudicium suspẽdere, animũ verò obfirmare ad tenendam cum Ecclesia vnitatem. Illum enim caeterosq; sectarios de huiusmodi controuersis dogmatib· non habuisse claram notitiam inconfesso est.

Dei

Dei verbum ſine Catholica Eccleſia religionis controuerſias non dirimit.

Caput 82. *OMnes quidem fideles in exponendis dogmatibus & in dirimendis fidei controuerſijs Catholicæ Eccleſiæ traditionem ſequi debere, nō modo Catholici, ſed etiam ſectarij fatentur. Caluinus enim ait: Quemadmodum ergo nobis inuiſibilem ſolius Dei oculis conſpicuam Eccleſiam credere neceſſe eſt, ita hanc quæ reſpectu hominum Eccleſia dicitur obſeruare eiuſque communionem colere iubemur. Eiuſdem ſententiæ eſt Philippus dum ait: Niſi audiſſetis laborantem Eccleſiam in miniſterio, quæ eſt cuſtos verbi, prorſus ignotum eſſet vobis verbum Dei. Verum illi vt innouandi & variandi fidem, relinquerent locum veræ Eccleſiæ prætextu, Catholicæ Eccleſiæ traditionem contemnunt. Quod apertè ſatis Philippus exponit dicens: Quis igitur erit iudex quando de ſcripturæ ſententia diſſenſio oritur? Ipſum verbum Dei eſt iudex, & accedit confeßio veræ Eccleſiæ. Quibus quidem verbis animaduertendum eſt, quod ille non dixit: Accedit confeßio Catholicæ Eccleſiæ, ſed veræ Eccleſiæ, vt diſcedendi à Catholica eccleſia, & religionis controuerſias promouendi daretur occaſio. Quandoquidem ſingulæ ſectæ, Catholicam Eccleſiam calumniantes, & veritatis nomine ſuos cœtus prætexentes, ſuos errores aſtruere ſatagunt, ſymbolum tamen patrum Dei Eccleſiam, non vocula*

Cal. ca. 8. par. 4.

Philip. in locis de Eccleſia.

veræ,

veræ, sed nominibus, vnius Catholicæ & Apostolicæ notauit. Et vnam, inquit, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Sancta certè Constantinopolitana synodus clarius illis nominibus (vti euidentissimis notis) quam nomine veræ, Ecclesiam Dei à falsis Ecclesijs discreuit. Ecclesia præterea in qua Lutherus baptizatus fuit, & à qua exiuit, vna Catholica & Apostolica est Ecclesia, imo vera vt sit, est necesse. Siquidem tunc temporis omnes Ecclesiæ vnitatem spiritus in vinculo pacis seruabant. Igitur non particularem sed vniuersalem, præsentem & visibilem, Catholicam, inquam Ecclesiam omnes fideles obseruare & eius communionem colere iubemur. Quod non Lutherus nec Caluinus, nec cæteri sectarij fecere. Vtpote calumniantes illam asserunt non esse veram Ecclesiam, quod Caluinus exponit dicens: In summa Ecclesias esse dico quatenus populi sui reliquias vtcunque misere dispersas, ac disiectas illic mirabiliter dominus conseruat, quatenus permaneant Ecclesiæ aliquot symboli. Et infra. Sed quia è conuerso illic notæ quas præcipuè in hac disputatione respicere debemus, dico vnumquemque cœtum & totum corpus carere legitima Ecclesiæ forma, &c. Quæ nimirum sententia si aduersus Romanam Ecclesiam militat, etiam contra vniuersam militet Ecclesiam oportet. Nam aliæ Ecclesiæ particulares, Romanæ Ecclesiæ communionem colebant: & præter illam catholicam Ecclesiam nulla est visibilis & respectu hominum Ecclesia, quam obseruare & cuius authoritati deferre iubemur. Caluinus quippe de visibili Ecclesia loquitur. Philippus quo- Cal. cap. 8. par. 15.

quoque de præsentis Ecclesiæ viuæ vocis doctrina loquitur dicens: Accedit confeßio veræ Ecclesiæ, confeßio siquidem à scriptura discernitur. Quod si ille de antiquæ Ecclesiæ confeßione quæ scriptis constat loquatur, cum illa sit scripta, illi quemadmodum Dei verbo & multo profecto magis accedat præsentis Ecclesiæ viuæ vocis doctrina est necesse. Quare vera Ecclesia quam obseruare iubemur, & cuius cõfeßionem verbo Dei accedere est necesse, non quæuis particularis sed vna Catholica, Apostolica & sancta est Dei Ecclesia. Cuius iudicium si Lutherus cum successoribus suis fuisset reuerit⁹, Germanica natio circa religiõis dogmata non fluctuaret, nec circumferretur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circunuentionem erroris. Philippus quidem tradens normam qua dogmatum dißidia componantur, præclarum testimonium (licèt contra seipsum cæterosq́; sectarios) perhibet de Ecclesia dum ait: Hoc discrimẽ considerandum est, non contemnamus docentem Ecclesiam, & tamen iudicem eße sciamus verbum Dei, ita in vtranque partem caueantur incommoda, videlicet ne tyrannis prauæ consuetudinis stabiliatur, nec tamen laxetur frenum audacibus ingenijs qui si non audiant Ecclesiam veram, fingunt opiniones quæ nulla habent testimonia vllius temporis in Ecclesia, vt nostro tempore fecerunt, &c. Ille ni fallor Dei verbum fidei controuersiarum iudicem constituens, & Ecclesiam perinde ac iudici aßeßorem adiungit, in quo à Philippo non dißentio. Cum autem Dei verbum sit mutum ad dogmata exponenda, opus est au-

Ephes. 4.

Philip. in locis de Ecclesia.

ten-

tĕtico doctore, nempe Dei Ecclesia. Verum sectarij ad dogmata exponenda verbo Dei, assessore praterito, id est Ecclesia doctrina contĕpta, abutuntur, quod nimirum incommodum cauĕdum hortatur Philippus, & meritò quidem. Nam ex hoc quod verbum Dei apud Germanos controuersiarum agit iudicem mutum, Germanica natio religionis dißidijs miserè scinditur. Quandoquidem tam magna sectarum & controuersiarū multitudo grassatur in Germania, quanta nunquam antea fuit in vniuerso orbe: quod fit, quia quilibet sectarius Dei verbi muti iudicis pratextu, quidlibet asserendi licentiam sibi concedit. Atque ad cauendum illud incommodum, non est datum à Deo aliud remedium, quàm illud quod Philippus exponit dicens: Nec tamen laxetur frenum audacibus ingenijs, qui si non audiant Ecclesiam verā, fingunt opiniones, q̄ nulla habent testimonia vllius tĕporis in ecclesia, vt nostro tĕpore fecerunt. Quare omnis doctor Ecclesiasticus, q in exponendis & proponendis dogmatibus, Dei verbo sine ecclesia doctrina vtitur, Dei verbū deprauat. Dei q̄dem verbū, nō quod à vero poßit declinare, sed q̄ à sectarijs deprauetur, dum p̄perā intelligitur, Ecclesia doctrina sint alligati doctores oportet. Philippus tamen regulā dissoluendarum controuersiarum quam sapienter docuit, nunq̄ obseruauit, nam ille vt suus Magister Lutherus cum cateris sectarijs, in dogmatibus exponendis contemporaneam sanctam Catholicā ecclesiam nō audiuit, vnde mōstrosa dogmata excogitata fuere. Aliud quoq; incommodū in alteram partĕ, nempe in audienda Ecle-

clesia, ille cauendum monet, quod quidem incommodum notat, dum ait: Ne tyrannis praua consuetudinis stabiliatur. Tyrannidem ni fallor Ecclesiæ censuram appellauit. Qua præcipitur, quod omnes fideles in credendis dogmatibus, iudicium suspendant, animum vero ad tenendam cum Ecclesia vnitatem affirment. Quæ profecto censura, tantum abest vt sit Tyrannica vt potiùs sit rectißima dogmatum regula quod ipsemet Philippus testatur, dicens: Nec tamen laxetur frenum audacibus ingenijs qui si non audiant ecclesiam veram, fingunt opiniones quæ nulla habent testimonia vllius temporis in Ecclesia, vt nostro tempore fecerunt. Per Ecclesiæ, inquam, censuram audacia ingenia frenantur, dum homines audientes Ecclesiam, noua dogmata non excogitant. At prætερita Ecclesiæ censura ingenia euadunt effrenia, vt in sectarijs videre licet, quorum non dicam multorum, sed vnius solius siue Lutheri siue Philippi non vna, sed varia & inconstans fuit fides. Quod vero Philippus Ecclesiæ censuram nominat tyrannidem, calumnia profecto est manifesta. Nam si in Catholica Ecclesiæ censura aliquid incommodi esset, ad cauendum illud datum vtique fuisset diuinitus aliquod remedium, sed nullum est. Si enim fuisset, non latuisset. Neque Philippus etiam huic incommodo, quod comminiscitur, aliquod adhibet remedium. Nec confugiendi ad Dei verbum in hoc articulo relinquitur locus. Nam cum Dei verbum sit iudex mutus sine autentico assessore loquente, nempe Ecclesia, non exponit nec definit dogmata, nec dirimit controuersias.

Qua-

Quare exponendorum dogmatum & dirimẽdarum controuersiarum rectissima regula est Catholicæ Ecclesiæ doctrina.

Catholicæ Ecclesiæ censura in dirimendis fidei controuersijs, Dei est ordinatio.

CAluinus etiam Catholicæ Ecclesiæ censuram tyrannidis & licentiæ prætextu declinat, cùm ait: Caput. 83.
Paulus certè Corinthijs ordinatus erat à domino Apostolus: fidei tamen eorum dominari se negat: quis iam Cal. c. 8. para. 74.
dominium sibi arrogare audeat, quod sibi non competere testatur Apostolus? quod si hanc docendi licentiam agnouisset, nunquam hanc disciplinam tradidisset Corinthijs, vt loquentibus duobus vel tribus cæteri dijudicarent. Verùm diuina scriptura, Ecclesiæ censuram non esse tyrannidem, nec licentiam, sed diuinam ordinationem apertè satis testatur. Christus sanè Apostolis cæterisq; discipulis Euangelizandi munus iniungens, à verbi Dei auditoribus fidei obedientiam exigit. Quod Paulus exponit dum ait: Per Ad Rom. 1
quẽ accepimus gratiam, & Apostolatũ ad obediendũ fidei in omnibus gentib. pro nomine eius. Illa nimirũ duo Apostolicum munus, & fidei obedientia, mutuò se inuicem consequuntur, vnde non separãda, sed coniungenda sunt. Si enim Apostolis prædicandi munus demandaretur, & à gentibus fidei obedientia nõ exigeretur, frustra profectò prædicandi munus illis fuisset demandatum: fidei quoq; obediẽtia frustra à gen

tib⁹ exigeretur si Euãgelizandi officiũ nulli iniunctũ fuisset. Igitur quãtum Apostolis p̃dicandi incũbebat necessitas, tantũ gentibus obediẽdi fidei impositũ fuit preceptũ. Atq; cũ Euangelizandi munus per Apostolorũ mortẽ nõ defuerit, vtpote necessarium est in Ecclesia ad fidẽ per auditum propagandam: illud penes Catholic. Ecclesiã esse confiteamur oportet. Illa enim excepto Prophetiæ dono cũ Paulo dicit: Per quẽ accepimus gratiã, & Apostolatũ ad obediendũ fidei in omnibus gentibus. Verùm cùm ecclesia Euangelizandi officium per ministros exequatur, nempe p̃ cõcionatores, ne p̃textu Apostolicæ doctrinæ verbi Dei cõcionatores falsa dogmata p̃dicent, scripturæ sensus fideiq; dogmata nõ infinita sed definita sint oportet. Quæ q̃dem definitio Ecclesiastica est censura, siue doctrina, quam hæreticorum nullus sequitur: quia etsi vnusquisq; se credere in Deum, & in Christum & sacræ etiam scripturæ constanter asserit, non certè credit, quia si credidissent, hæretici non fuissent vtique. Sicut enim ad legis obedientiam requiritur præceptorum definitio ita ad fidei obedientiam exigitur dogmatum determinatio. Verbi gratia ad credendum his scripturæ locis: Ego & pater vnum sumus: Et, Hoc est corpus meum, non est satis credere scripturæ, sed necesse est etiam credere secundum Ecclesiæ sensum. Arius quippe primo, Caluinus vero secundo se credere constanter affirmat, sed cùm non credant iuxta Ecclesiæ sensum, siue censuram, hæretici sunt. Paulus Gal. c. 1. *profectò ad cauendos errores hæreticorum, non solum prædicauit Euangelium, sed dogmatum seuerissimam*

ſimam cenſuram propoſuit dicens: Sed licet nos, aut Angelus de cœlo Euangelizet vobis, præterquã quod Euangelizauimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis Euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Qua quidem cenſura Paulus fidem ab hæreſi diſcreuit. Atque hinc eſt, quod Paulus à verbi Dei auditoribus non ſolum exigit obedientiam, ſed eligendorum dogmatum licentiam ademit. Sicut enim Dei Prophetæ & Apoſtoli non dogmata à ſe excogitata, ſed à Deo reuelata prædicarunt, ita fideles non dogmata à ſe delecta ſed ab Eccleſia definita credant oportet. Catholica ſiquidem Eccleſia in exponendis, & definiendis dogmatibus cum Paulo ait: Sed licet nos, vt Angelus de cœlo Euangelizet vobis præterquam quod Euangelizauimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis Euãgelizauerit p̃ter id quod accepiſtis anathema ſit. Si igitur illa Euãgelizaſſet præter id quod ab Apoſtolis accepit, anathema fuiſſet. Verùm licet Apoſtoli ꝑ Euangelizandi munus tum fidei dogmata, definierint, tum Dei verbi auditorib. obediẽtiã fidei impoſuerint, tum illis dogmata eligere vetuerint: tamen nec fidei, nec fidelibus do- 2.Cor.c.1.
minabãtur, quod Paulus exponit dicẽs: Ego aũt teſtẽ Deũ inuoco in aĩam meã, quod parcẽs vobis, nõ veni vltra Corinthũ. Nõ quia dominamur fidei veſtræ, ſed adiutores ſumus gaudij veſtri: nã fide ſtatis. Quem locũ Chryſoſt. cũ Theophyl. in hũc modũ exponit: Quo- Chryſoſt. Theophyl.
niam .n. ſermo erat velut magnã oſtentantis poteſtatem: nã parcit quis illis, in quos habet & puniendi ius

hoc ipsum leniens, quodq́; videbatur asperius adumbrans ait: Non quod dominemur vestræ fidei. Hoc est, non eo hoc dixi, me vobis parcentem non venisse, quòd dominer vobis: nec dixit vobis, sed fidei, quod simul & mitius & verius. Nam qui nolit credere, quis habet cogendi ius? Quare si Apostoli à gentibus fidei obedientiam exigentes, à fidelibus eligendorum dogmatum licentiam adimentes, pseudoapostolorum errores expungentes, & sua tantùm dogmata astruentes, nec fidei, nec fidelibus dominabantur, multo profectò minus Catholica Ecclesia sectariorum errores damnans, & Apostolicam doctrinam asserens, fidei dominatur, quandoquidem illa in exponendis & proponendis dogmatibus nihil amplius quàm Apostoli, nihil noui, nihil contra fidem agit. Si enim Apostoli Dei verbum prædicantes neminem cogebant credere, multo minùs Ecclesiæ censura cogit fideles ad credendum. Quoniam nemo credit nisi volens. Vnde Catholica Ecclesia definiendo dogmata, fidei dominium vt Caluinus calumniatur non sibi arrogat, sed autoritate diuinitus sibi concessa inter vera & falsa dogmata censent. Verùm Caluinus vt Dei ordinationi, id est Ecclesiæ authoritati resistat, scripturam deprauat dum ait: Quod si hanc docendi licentiam agnouisset (Paulus scilicet) nunquam hanc disciplinam tradidisset Corinthijs, vt loquentibus duobus vel tribus cæteri diiudicarent. Ille quippe illa Pauli verba, videlicet: Prophetæ autem duo aut tres dicant, sectarios discordantes significantia, de Catholica Ecclesia exponit. Cum non Ecclesiæ, sed secta-

sectarÿs maximè conueniant. Illi enim nec secum, nec cum Ecclesia conueniebant, quia si inter se illi omnes conuenissent, frustra Paulus dixisset, cæteri diiudicent. Prophetæ igitur illi discordes, sectarios Anabaptistas, Sacramentarios & Confeßionistas repræsentant: quorum quilibet à seipso, ab alÿs, & à Catholica Ecclesia dissentit: atque ÿ omnes iuxta Paulum à cæteris, nempe à Catholica Ecclesia diiudicentur oportet. Pauli siquidem verba, scilicet cæteri diiudicent, Ecclesiæ consensionem significant: ob idq; non ad dißidentes cœtus, quales sunt sectariorum conuentus, sed ad Catholicam Ecclesiam diiudicare controuersa dogmata, pertinet. Spiritussanctus quippe in Paulo loquens, exponendorum dogmatum munus nõ imperitis, sed peritis: ac dirimendarũ fidei controuersiarum authoritatem, non discordibus, sed concordibus tradidit. Vnde Ecclesiæ censura non Tyrannis, nec licentia, sed Dei est ordinatio.

Ecclesiastica censura de fidei dogmatibus non credendi libertatẽ, sed errandi licentiam adimit.

ETsi sacræ historiæ notitia per auditum traditur, tamen illius historiæ indubitata persuasio non nisi per obedientiam habetur. Quod Paulus exponit: siquidem cum dixisset, Quomodo credent ei quem non audierunt, vt ostenderet, ad credendum non satis esse auditum, subiungit: Sed non omnes obediunt Euangelio. Quibus profectò verbis Cap. 84. Ad Rom. cap 10.

 Pau-

Paulus clarè docet, quòd licet ad credendū sit necessaria historiæ notitia, tamē ad persuadēda fidei dogmata, magis obedientia, quàm eruditio conferat: vnde Paulus non dixit, Non omnes intelligunt, sed, non omnes obediunt Euangelio. Sacrarum siquidem scripturarum eruditio sine obedientia tantum abest vt humanis ingenijs religionis dogmata persuadeat, quòd potius in religione dissidia, & in dogmatibus controuersias excitat. Vt videre licet in præsentis sæculi sectarijs, quorum quilibet habita quali quali sacræ scripturæ notitia, noua & contraria dogmata asserit, imò non obediunt Euangelio. Cùm enim religionis dogmata non humana, sed diuina mysteria contineant, illorum persuasio non humano more, perinde ac in cæteris disciplinis, sed per obedientiam habetur, quod beatus Augustinus sapientissime exponit di-
Aug. epistola 56. *cens: Dubitabis tu Dioscore, vel quisquam vigilanti ingenio præditus, vllo modo ad sequendam veritatem melius consuli potuisse generi humano, quàm vt homo ab ipsa veritate susceptus, ineffabiliter atque mirabiliter, & ipsius in terris personam gerens, recta præcipiendo, & diuina faciendo, salubriter credi persuaderet, quod nondum prudenter posset intelligi. Rationem sane à Deo ordinatam ad persuadenda fidei dogmata esse obedientiam, infrà apertè satis exponit dicens: Porrò illi qui cum in vnitate atque communione Catholica non sunt, Christiano tamen nomine gloriantur, coguntur aduersari credentibus, & audent imperitos quasi ratione traducere, quando maximè cum ista medicina dominus venerit, vt fi-*

fidem populis imperaret. Meritò quidem beatus Augustinus fidei obedientiam medicinam appellauit, siquidem ad fidei controuersias & religionis dißidia componenda nullum remedium sine obedientia est efficax. Quod satis & nos experti sumus in componendis religionis controuersijs. Cætera quippe remedia ad ecclesiæ pacem componendam non rarò adhibita fuerunt, ex illis tamen non concordia, sed maiora dissidia fuerunt subsequuta, quod non pauci conuentus à sectarijs contra ecclesiæ ordinariam obedientiā conuocati manifestant. Simus igitur in obedientia cum beato Augustino oportet in percipiendis dogmatibus. Verùm ne prætextu obedientiæ quæ Euangelio debetur cuicunq; prædicanti obediatur, vti in Germania factitatur, Paulus quibus in fide sit obediendum manifestè exponit dicens: Per quem accepimus gratiam & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. Apostolicum profectò prædicandi verbi Dei munus in Catholica Ecclesia semper manet, quæ iuxta patrum symbolum Apostolica est. Apostolica, inquam est, non quod miraculorum & Prophetiæ habeat dona, sed quod cum Apostolis ad exigendam ab omnibus gentibus fidei obedientiam, gratiam & Apostolatum acceperit. Ad Catholicam enim Ecclesiam referuntur Christi verba: scilicet euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes, &c. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit: Vnde oēs fideles Catholicam ecclesiam, perinde ac Apostolos obseruare necesse est. Siquidem Christus p ecclēsiam, tum sacræ historiæ notitiam docet: tum fidei obedien- Matth. 28. Lucæ 10.

tiam exigit. Cùm enim Deus omnes fideles, exceptis Prophetis, per Ecclesiam doceat quotquot in Deũ credunt, Ecclesiæ credant est necesse. Quod si prædicanti Ecclesiæ illi non credidissent, nec Deo fidem habuissent vtiq;. Quare sicut populi, qui eò quòd Prophetis & Apostolis non obtemperarunt, nec in Deum credidere: ita sectarij Catholicæ Ecclesiæ nõ obtemperantes, nec in Deum credunt. Vtpote eadem persuasione, in Deum, & Ecclesiæ credimus, quod B. Hieronymus enarrans illud Pauli, Gratias ago Deo meo, semper memoriã tui faciens in orationibus meis, audiẽs charitatem tuam & fidem, quam habes in Domino Iesu, & in oẽs sanctos: exponit dum ait: Ad expositionem huius loci de Exodo sumamus exẽplum, Credidit Populus Deo & Moysi seruo eius: Vna atq; eadẽ credulitas in Moysen refertur & in Deum: vt populus q credebat in dominũ, æquè credidisse dicatur in seruum. Hoc aũt non solum in Moyse, sed in omnibus sanctis eius est: vt quicunq; credidit Deo, aliter eius fidem recipere non queat, nisi credat & in sanctos eius. Qui igitur in Deum credit, doctrinæ Prophetarum, Apostolorum, & Catholicæ ecclesiæ obedit. Quæ quidem obedientia non credendi libertatem, sed credendi, seu potius errandi licentiam adimit. Neq; ista duo sunt confundenda, sed distinguenda. Quandoquidem credendi licentia est impunita facultas credendi quidquid libet: at credendi libertas, est facultas credendi secundum Ecclesiæ traditionem. Sicut enim loquendi licentia est soluta à veritatis regula, libertas vero loquendi alligata est regulæ, ita creden-

Hier. ad Phile.

credendi licentia soluta est ab ecclesiastica traditione, credendi contrà, libertas alligata est illi. Quia cùm credere sit volũtatis, fideles ad discernenda falsa & vera dogmata determinata regula indigent. Quæ quidem regula non humana ratio (illa quippe diuina mysteria non exactè capit) sed ecclesiæ traditio est, quoniam ecclesia columna est & firmamentum veritatis. Ecclesiæ igitur traditionem obseruare in deligendis dogmatibus, vt fidei obediatur, est necesse. Atq; ita fideles omnes hanc doctrinam sequuti tantùm dogmata determinata, à catholica ecclesia deligunt, atque in illis assentiendis iudicium suspendunt, animam verò ad tenendam cum ecclesia vnitatem obfirmant: quod profectò idem dictu est, quòd credendi libertas ecclesiæ doctrinæ alligata sit. At credendi licentia in eligendis dogmatibus infinitã, aut potiùs nullam regulam obseruat. Quemadmodum Aristoteles de prauis hominũ actis ait: Peccare quidem multis modis contingit. Malum enim est infiniti, vt Pythagorici putant: bonum verò, finiti: & rectè agere, vnicè. Quapropter & alterum facile, alterum difficile est. Facile quidem, non attingere signũ: difficile autem, illud attingere. Huiusmodi est sectariorum licentia in credendis fidei dogmatibus: nam licèt illi in asserendis dogmatibus fidei regulam, nempe Dei verbum se obseruare iactent, tamen impudentissimè mentiuntur. Dei quippe verbum est finita regula, sectariorum verò vnusquisq; Dei verbum modò ad hoc dogma astruendum, modò ad contrarium, velut plumbea lesbya regula, inflectit. Atq; ideò haretici

Arist. li. 2. Ethi. ca. 6.

tici sunt ab immodica quippe eligendi licentia, quæ quilibet sectarius dogmata, quæ suo sensu congruunt, eligit, error fidei contrarius, nomine hæresis appellatur, quod beatus Hieronymus exponit, dicens: Hæresis græcè ab electione dicitur, quòd scilicet vnusquisque id sibi eligat, quod ei melius esse videatur. Philosophi quoq; Stoici, Peripatetici, Academici, Epicurei, illius vel illius hæreseos appellantur. Verum quidem est, quod in Christi contumeliam, fides etiam à perfidis Iudæis nomine hæresis quondam fuit appellata: quòd ille etiam exponit, dicens: Quod autem magis mirum sit, etiam illud de Actibus Apostolorum videtur esse relegendum, fidem nostram in Christo, & ecclesiasticam disciplinam, iam tunc à peruersis hominibus hæresim nuncupatam. Nos enim (inquiunt) Iudæi. Et infrà: Rogamus autem à te audire quæ sentis: nam de secta hac notum est nobis, quia vbique ei contradicitur. Verùm illi valde aberrarunt: nam dogmatum electio catholicæ ecclesiæ censuræ alligata, fides: errorum verò electio ab omni censura absoluta, hæresis appellatur. Huiusmodi est sectariorum in exponendis & proponendis dogmatibus doctrina, nulli enim parent censuræ: siquidem Lutherus in asserendis dogmatibus ab omni censura fuit solutus, vtpote hæreticus: Cuius etiam successores illius errandi licentiam sequuti sunt, quippe illorum vel duo vel nemo in dogmatibus cum Luthero concordant, omnes verò Lutheri errandi licentiam imitati in eligendis dogmatibus ecclesiæ non obediunt: atque hæretica licentia freti, sui Magistri, cæterorumq; censuram excusserunt.

Hierony. super Tit. cap. 3.

Actor. 28

sufferunt. Quid quòd illi diabolicum euangelizandi munus non ad obedientiam fidei, sed ad dissentiendum à fide acceperunt. Haccine est sectariorum credendi libertas?

Sectarij ecclesiæ traditionem in non controuersis dogmatibus obseruantes, in controuersis etiam obseruent oportet.

ETsi sectarij ab inuicem, & à catholica ecclesia in multis fidei dogmatibus discordant, tamen in aliquibus sectarij omnes cum catholicis conueniunt. Sicut enim Philosophi varias & contrarias sectas profitentes, de disciplinarũ & principijs et communibus sensibus concordabant: ita sectarij et catholici de quibusdam dogmatibus dissentiunt, de aliquibus verò conueniũt. Dissentit quidem Manichæus ab alijs hæreticis, & à catholica ecclesia de veteri testamento, Lutherus verò de Iacobi epistola: Sacramẽtarij de corporis Christi reali existentia in Eucharistia, Anabaptistæ de paruulorum baptismo. Sed omnes illi in quibusdam fidei articulis, velut in religionis principijs cum ecclesia & ad inuicem conueniunt. Nulla enim circa Christianam religionem hæresis siue secta fuit orta, quæ cum catholica ecclesia in aliquo fidei dogmate non consentiret. Religionis igitur dogmata quædam sunt controuersa, quædam verò omnibus partibus cõmunia, id est, pari consensu à sectarijs et catholicis recepta. Verùm inter Philosophiæ & religionis sectas hoc interest, quòd Caput 85.

in Phi-

in Philosophia ex primis principijs & communibus sensibus sectarum errores non possunt conuinci, at in Christiana religione per autoritatem, id est, per Ecclesiæ traditionem, per quam communia dogmata astruuntur, sectarum errores reuincuntur. Dogmata siquidem communia pari consensu à sectarijs & catholicis, non per reuelationem, sed per Ecclesiæ traditionem fuerunt recepta. Quòd si Ecclesiæ traditio ad persuadenda communia dogmata, apud sectarios autoritatem obtinuit: quare nõ ad persuadẽda quoque controuersa dogmata fide dignum erit testimonium? Si Lutherus Pauli epistolas non per reuelationem, sed per Ecclesiæ traditionem recepit, quare non Iacobi epistolam per eandem traditionem recipiet, præsertim cùm Ecclesiæ traditio non minùs hanc, quàm illam commendet? Quicũq; igitur, qui de aliquo sacræ scripturæ libro per Ecclesiæ traditionẽ factus est certior, etiam de cæteris libris, atque de fidei dogmatibus ab Ecclesia traditis fiat certior oportet. In assentiendis siquidem dogmatibus confugiendi ad solam scripturam, siue ad solam diuinam autoritatem, non relinquitur locus, quando sine prædicante nemo credit, neq; diuina autoritas sine Ecclesiæ autoritate persuadet. Catholicæ etiam Ecclesiæ traditio, seu autoritas, non cum iudicandi licentia, sed cũ credendi obedientia est obseruanda. Sicut enim omnia contenta in sacra scriptura, ita omnia fidei dogmata à catholica ecclesia tradita, sunt credenda: quoniam Ecclesiæ autoritas nõ humanæ rationi, sed diuinæ gratiæ specialiter Ecclesiæ assistẽti innititur.

Quare

Quare sectarij cùm quadã religionis dogmata, qualia sunt Apostolorum symbolum, & sacram scripturam, veluti fidei principia per solam Ecclesiæ traditionem recipiunt, cætera dogmata ab Ecclesia communiter tradita etiam recipiant est necesse. Non tamen recipiunt, quia in assentiendis communibus dogmatibus non credendi obedientia, sed iudicandi licentia & propria voluntate ducuntur, vt Manichæũ de sacra scriptura fecisse beatus Augustinus exponit, dicens: Nam sicut te Manichæus impiam docuit peruersitatem, vt ex Euangelio quod hæresim tuam non impedit, hoc accipias: quod autem impedit, non accipias. Eodem modo sectarij Ecclesiæ traditiones modò recipiunt, modò reijciũt. Caluinus quidem manuum impositionem in Ecclesiæ ministris ordinandis retinendam, in baptizatis verò confirmandis reijciendã asserit, dicẽs: Licèt autem nullum extet certum præceptum de manuum impositione, quia tamen fuisse in perpetuo vsu Apostolis videmus, illa tam accurata eorum obseruatio præcepti nobis vice debet &c. At in alio loco de confirmatione ait: Hoc ministerium, quo tum Apostoli fungebantur, si adhuc in Ecclesia maneret, manuum quoq; impositionem oporteret seruari: sed vbi gratia illa conferri desijt, quorsum pertineat manuum impositio? Quæ profectò sentẽtia manifestaria hæresis est. Siquidem Ecclesiæ traditio tã fide dignum testimonium perhibet de manuum impositione in confirmationis sacramẽto, quàm in ministrorum ordinatione. Vnde alteram traditionem retinere, & alteram reijcere, æquè est contra religio-

Aug. con. Faust. lib. 18. cap. 7.

Cal. ca. 19. para. 5.

nis synceritatem, quàm ex Euangelio Ioannis retinere primum caput, secundum verò reÿcere: quoniam ecclesiæ traditio Dei est verbum loquens. Sicut enim omnes sacræ scripturæ libri ad fidei dogmata astruenda æquiualẽtis sunt autoritatis, ita ecclesiæ traditio de confirmatione tàm autentica est, quàm illa de ordinatione: igitur qui alteram recepit, vtramq; recipiat est necesse. Quam sententiam beatus Basilius apertè satis exponit, dùm ait: Si nihil aliud ex non scriptis receptum est, neq; hoc recipiatur. Si verò plurima mystica citra scripturam inter nos versantur, cum plurimis aliÿs etiã hoc recipiamus. Apostolicum autem arbitror esse, etiam in non scriptis traditionib. perseuerare. Laudo enim, inquit, vos, quòd omnia mea meministis, & quemadmodum tradidi vobis, ita traditiones continetis. Et, obtinetis traditiones quas accepistis, siue per sermonẽ, siue per epistolam: quarum maximè vna est, & præsens hæc, quam qui ab initio composuerunt, posterisq; tradiderunt, vnà semper simul cum tempore progrediente, per longam consuetudinẽ ecclesÿs irradicarunt. Eiusdem sententiæ est Tertullianus, dùm ait: Etiam in traditiõis obtentu exigenda est, inquis, authoritas scripta. Ergò quæramus, an & traditio non scripta non debeat recipi? Planè negabimus recipiẽdam, si nulla exempla præiudicent aliarum obseruationum, quas sine vllius scripturæ instrumẽto solius traditionis titulo, exinde consuetudinis patrocinio vendicamus. Sicut enim de libris Canonicis non sectariorum, sed ecclesiæ iudicio standum est, ita de sacris traditionib. cum ecclesia est sentien-

Basil. de sanct. spir. cap. 29.

Tertul. de cor. mil.

ſentiendum. Quòd enim de canonicis libris Auguſtinus aduerſus Manichæos docet, ad ſacrã eccleſiæ traditionem refertur. Sed aliũ inquit fortè proferes librum, qui nomẽ habeat alicuius Apoſtoli, quẽ à Chriſto conſtat electum, & ibi Chriſtum natũ ex Maria non eſſe, lecturus es. Cùm ergò neceſſe ſit alterum horum librorum eſſe mẽdacem, cui nos potiùs cenſes fidem accommodare debere? Eíne, quem illa eccleſia ab ipſo Chriſto inchoata, & p Apoſtolos prouecta certa ſucceſſionum ſerie, vſq; ad hæc tempora toto terrarum orbe dilatata, ab initio traditũ et conſeruatum agnoſcit atq; approbat: an ei, quẽ eadem eccleſia incognitum reprobat, cùm etiam proferatur ab hominibus ita veracibus, vt Chriſtum laudent eſſe mentitum, &c. Ita ſectarij aliam traditionem nobis oſtendunt, quæ tamen vera non eſt, quia illa ſola pro Apoſtolica traditione tenenda eſt, quam catholica eccleſia docet, cuius clariſſimam notã beatus Auguſtinus apertè ſatis exponit, dicẽs: Etſi quiſquã in hac re autoritatem diuinam quærat, quanquã quod vniuerſa tenet eccleſia, nec conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi autoritate Apoſtolica traditum, rectiſſimè creditur. Denique catholicæ eccleſiæ traditio in credendis & exponendis dogmatibus non dimidia, ſed integra obſeruanda eſt quandoquidem omnium religionis dogmatum rectiſſima eſt regula.

Aug cont. Fauſt. lib. 28. cap. 2.

Augu. de bap. cont. Don. li. 4. cap. 24.

Eccleſiaſticæ traditiones nec ſecum, nec cum Dei verbo pugnant.

Sectarij

Caput 68. SEctarij nimirum sicut de scripturæ sensu, ita de Ecclesiæ traditionis autoritate non concordant. Philippus siquidem paruulorum baptismum aduersus anabaptistas Ecclesiæ traditionis autoritate astruit, quod profectò ille non fecisset, si ecclesiæ traditio sibi non sufficiens testimonium videretur, aut si aliundè melius testimoniũ sumere potuisset, ait enim: Sed simul adiuuabatur exẽplis prioris ecclesiæ, quæ semper anteà lapsos receperat, ita nos pronũciamus de baptismo infantiũ &c. Verùm ecclesiæ traditionem, quam ille colit Caluinus, pro nihilo ducit, dicẽs: At miserrimum asylum foret, si pro defensione pædobaptismi ad nudam Ecclesiæ autoritatem suffugere cogeremur. Quibus verbis Caluinus nudam ecclesiæ autoritatem vocat, dùm ecclesia asserit aliquod dogma, de quo in scriptura expreßis verbis nulla fit mẽtio. Atque huiusmodi additionibus aut subtractionibus hæretici ad suos errores propagandos, & ad plebem decipiendam vtuntur, prætextu siquidem verbi Dei ecclesiæ labefactãt autoritatem. Ariani quidem ecclesiæ traditionem siue doctrinam illam de patris & filij consubstantialitate, prætextu nudæ, id est, nõ scriptæ traditionis pertinaciter negant: atque illam non diuinam, sed humanam esse traditionem affirmant: quod Maximus Arianus apud beatum Augustinum exponit, dicens: Si quid enim de diuinis scripturis protuleris, quod commune est cum omnibus, necesse est vt audiamus. Hæ verò voces quæ extra scripturam sunt, nullo casu à nobis suscipiuntur. Prætereà cùm ipse dominus moneat nos, & dicat: Sine causa

Philip in lo. de Eccl.

Cal. cap. 8. par. 76.

Aug. cont. Max. Aria. lib. 1.

causa colunt me, docentes mandata & præcepta hominum. Huiusmodi verbis sectarij sacram traditionem deturbare conantur, quod non rarò Caluinus facit. De confirmationis enim sacramento ait: Sed vbi Dei verbum, quod spiritussancti præsentiam hic promittat, ne iota quidem obtendere possunt. Si itaq; ex hominibus est confirmatio, vana & friuola esse cōuincitur: si è cœlo esse persuadere volūt, probent. Quā sententiam de alijs sacramentis passim inculcat. Sed si ecclesiæ nuda autoritas ad traditiones non scriptas persuadendas non est fide dignum testimonium, nec etiam ad sacram scripturam persuadēdam erit. Atq; Caluinus hæretica licentia, qua non scriptas ecclesiæ traditiones expungit, sacram etiam bibliam reijciet, dicens: Si è cœlo esse scripturam persuadere volunt, probent. Quæ sententia si aduersus diuinam scripturam non persuadet, nec etiā aduersus alias traditiones aliquid astruit: quandoquidem tàm scriptura quàm non scriptæ traditiones per solam ecclesiæ nudam traditionem fidelibus innotuerunt. Si igitur ecclesiæ nuda autoritas aliquas traditiones astruit, omnes astruat est necesse. Quandoquidem illius autoritas (ad quam pro defensione illarum tanquā ad firmissimū asylum confugimus) in diuina scriptura miro modo commendatur. Quæ certè cōmendatio cùm sit diuina, tàm magnum autoritatis pondus contulit catholicæ ecclesiæ, quòd traditiones ab illa commendatæ perinde ac si in sacra biblia expressè expositæ fuissent, ab omnibus fidelibus recipiuntur. Quam sententiam beatus Augustinus mirificè exponit, dicens:

Cal.ca 19. par.4

Aug.cont. Cref. Grā. li.1.cap.33.

Proinde quamuis huius rei certũ de scripturis Canonicis non proferatur exemplum, earundem tamen scripturarum etiam in hac re à nobis tenetur veritas, cùm hoc facimus, quod vniuersæ iam placuit ecclesiæ, quam ipsarum scripturarum commendat autoritas, vt quoniam sancta scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit huius obscuritate quæstionis, eandem ecclesiam de illa consulat, quam sine vlla ambiguitate sancta scriptura demonstrat. Catholicæ nimirum ecclesiæ tam ingens est autoritatis pondus, quòd non solùm dogmata nõ scripta persuadeat, sed quædam dogmata quæ secundum aliquorum sententiam expressè scripta existimãtur à religione expungit, & contraria dogmata tanquam synceram fidem recipit. Ob rerum certè difficultatem maximè circa religionis mysteria nõ pauca falsa dogmata veris dogmatibus veriora apparent, vt Arÿ error, videlicet, Filius non est patri consubstãtialis, iuxta humanam rationẽ verior apparet, quàm fides scilicet Pater est filio cõsubstantialis. Hinc est quòd hæretici ad suas astruendas sectas plures rationes, pluraq; scripturæ loca quàm catholici ad fidem astruendam adducunt. Vtpote facilè est errare, sed difficilè est veritatem assequi. Quanta facilitate sectarÿ sacris scripturis ad suos astruendos errores abutantur, Vincentius Lirinensis apertè satis exponit, dicẽs: Hîc fortassè aliquis interroget, an et hæretici diuinæ scripturæ testimonÿs vtantur. Vtuntur planè & vehemẽter quidem, nam videas eos volare per singula quæq; sanctæ legis volumina, per Moysi, per Regnorũ libros, p Psalmos,

Vincentius Lirinensis.

mos, per Apostolos, per Euangelia, per Prophetas. Siue enim apud suos, siue alienos: siue priuatim, siue publicè: siue in sermonibus, in libris: siue in cõuiuijs, siue in plateis: nihil inquã penè de suo proferunt, quòd non etiam scripturæ verbis adũbrare conẽtur. Lege Pauli Samosateni opuscula, Priscilliani, Eunomij, Iouiniani, reliquarum pestium, cernas infinitam exemplorũ congeriem, propè nullam omitti paginã, quæ non noui, aut veteris testamenti sententijs fucata & colorata sit. Sed tantò magis cauẽdi & pertimescendi sunt, quantò occultiùs sub diuinæ legis vmbraculis latitant. Sciunt enim fœtores suos nulli ferè citò esse placituros, si nudi & simplices exhalentur, atq; idcircò eos cœlestis eloquij velut quodam aromate aspergũt, vt ille, qui humanum facilè despiceret errorem, diuina non facilè contemnat oracula. Itaq; faciunt quod hi solent, qui paruulis austera quædam temperaturi pocula, priùs ora melle circumlinunt, vt incauta ætas quum dulcedinẽ præsenserit, amaritudinẽ non reformidet. Atq; non solùm hæretici suas sectas sacris scripturis, sed etiam humanis rationibus astruũt. Verùm humanæ rationes, quò cum fide pugnant, eò sunt falsæ, quoniã licèt aliquæ rationes cũ fide pugnantes, de rebus creatis sint euidẽtes (vt ratiões aduersus trium diuinarũ personarum consubstantialitatem) tamen dùm ad diuina mysteria huiusmodi rationes referuntur, falsissimæ sunt, quandoquidem fides qua cum illæ rationes pugnant, diuina est veritas. Et verò namque, inquit, Aristoteles omnia quæ competunt, consona sunt: à falso autem citò ipsum discrepat verum.

Arist. Ethicor lib. 1. cap. 8.

Omnia etiam sacræ scripturæ loca dùm exponuntur ab hæreticis contra ecclesiæ autoritatē, siue non scriptam traditionem, deprauant vtiq;. Imò sicut scripturæ alius locus cum alio nō pugnat, sed vniuersa sacra scriptura sibi constat. Nihil enim falsi, nihilq; repugnantiæ & contradictionis continet. Ita sacræ ecclesiæ traditio cum sacra scriptura non pugnat, nihilq; contra Dei verbum continet, quandoquidem & illa est Dei verbum. Neq; catholica ecclesia aliquid contra Dei verbum proponit, vtpote sancta. Quare qui existimat aliquas catholicæ ecclesiæ traditiones esse contra Dei verbum, atque catholicam ecclesiam, aliquod dogma contra Dei verbum proponere, fidei articulum de sancta ecclesia non credunt. Sicut enim qui colunt Rempublicam legitimè institutā, illam nō instituisse iniquam legem concedant oportet: ita profectò, & multò magis credentes sanctam ecclesiam, illam non obseruare impias traditiones credant est necesse. Ad catholicam quippe ecclesiam, atq; ad ecclesiasticas traditiones, beati Augustini de sacra scriptura præclaram illam sententiā referre, omnes qui credunt fidei symbolum, tenentur. Ego enim, inquit, fateor charitati tuæ, solis eis scripturarū libris, qui iam Canonici appellātur, didici hunc timorē honoremq; deferre, vt nullum eorum authorem scribēdo aliquid errasse credam. Ac si aliquid in eis offendero literis, quod videatur cōtrarium veritati, nihil aliud quàm vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assequutum esse quod dictum est, vel me minimè intellexisse non ambigam. Eandem sententiam in alio loco

Aug. epi. 19. & con. Faust. li. 11. cap. 5.

loco confirmat, dicens: Distincta est à posteriorum libris excellentia Canonicæ autoritatis veteris & noui testamenti, quæ Apostolorum confirmata temporibus per successiones Episcoporum, & propagationes Ecclesiarũ, tanquam in sede quadam sublimiter constituta est, cui seruiat omnis fidelis et pius intellectus. Ibi si quid velut absurdũ mouerit, nõ licet dicere, Author huius libri nõ tenuit veritatẽ, sed aut codex mendosus est, aut interpres errauit, aut tu non intelligis. Huiusmodi igitur honorem & timorẽ omnes fideles catholicæ ecclesiæ deferre debent. Atq; firmiter credere, sanctam ecclesiã proponendo religionis traditiões nunquã errare. Quandoquidẽ sententia illa ecclesiæ traditioni et autoritati, æquè ac sacræ scripturæ conuenit. Nam quemadmodũ sacri scriptores diuinam historiam non humano, sed diuino afflati spiritu literis mandârunt, ita catholica ecclesia sacrarum traditionum, non humano ingenio, sed diuina sibi assistente gratia fida est custos, vtpote colũna & firmamentum veritatis. Vnde si in diuinis traditionib. aliquid absurdũ mouerit, nõ licèt dicere, ecclesia errauit, nec traditio est impia, sed tu non intelligis. Quandoquidẽ sacræ ecclesiæ traditiões nõ ab homine, sed à Deo sunt institutæ. Quare sicut fideles, quũ inter aliqua scripturæ loca apparet aliqua dissonantia, nõ dubitãt de scripturarũ consonantia, nec aliquẽ scripturæ librũ, aut locũ reijciunt, sed modestè sapiẽtes iudiciũ suspendunt, et vniuersam sacram scripturã obseruãt, & ad tenendã cum ecclesia vnitatem, animum obfirmant: ita si scriptura cum aliqua non scripta traditione vi-

detur pugnare, non dubitant de scripturarum et traditionum concordia, nec cōtemnunt ecclesiæ autoritatem. sed potiùs suam ignorantiam agnoscentes, iudicium suspendunt, & cum ecclesia tenent fidei vnitatem. At hæretici, si aliquis scripturæ locus cum alio pugnare videtur, scripturā sibi conuenientem recipientes, disconuenientem deprauant, aut reijciunt. Vt Lutherus Iacobi epistolam à sacro canone summouit. Quandoquidē illam cùm ad Romanos epistola circa articulum de operum iustitia, iuxta suā deprauatā expositionē, pugnare existimat. Similiter ecclesiæ traditiones nō scriptas suis sectis conuenictes recipiunt, cæteras verò contēnunt, etsi aliqua repugnātia inter scripturā et ecclesiæ traditionē apparet, hæretica licētia ecclesiā à veritate defecisse non verentur asserere. Sed ad huiusmodi partim nimirū recipientes ecclesiæ traditiōes, partim verò reijcientes, illa Augustini aduersus Faustū sentētia verißimè refertur. Inde, inqt, probo hoc illius esse, illud nō esse, quia hoc ꝓ me sonat, illud cōtra me. Tu es ergò regula veritatis, quicquid contra te fuerit, non est verū. Quid si alius, simili insania, sed tamē qua tua duritia confringatur, existat et dicat, imò illud, quod pro te sonat, falsū est: hoc aūt quod cōtra te est, verū est: quid acturus es, nisi fortè aliū librū prolaturus, vbi quicquid legeris, secundum tuam sententiā poßit intellgi? Hoc si feceris, non de aliqua eius particula, sed de toto audies contradicentem & clamantem, falsus est.

Aug. cont. Faust. li. 11. cap. 2.

Catholicæ ecclesiæ autoritas sine scriptura ad fidei dogmata astruenda est idoneum testimonium.

Catholicæ quidem Ecclesiæ nudam autoritatem ad fidei dogmata persuadenda esse fide dignum testimoniũ, veræ Dei religionis progressus apertè satis testatur. Sancta siquidẽ ecclesia ante legem scriptam de circũcisionis sacramẽto, et cæteris tũ dogmatibus, tùm ritibus, ad veram illius status religionẽ spectantibus, non humanũ, sed diuinum testimonium perhibuit. Euãgelica etiã ecclesia ante Apostolica scripta, de Christo vniuersaq́; eius doctrina idipsum fecit. Quam faciendi fidẽ autoritatẽ, per sacrorũ librorum editionẽ ecclesia nõ amisit. Ecclesiæ quippe autoritas ad syncerã fidẽ tenendam tàm necessaria est post editas sacras literas, imò magis quàm anteà fuit. Quid, quòd si nuda ecclesiæ autoritas post editos libros sacros nõ fuisset fide dignum testimonium, sacra biblia apud probos viros diuinã non obtinuisset autoritatẽ, quandoquidẽ scripturã è cœlo esse (si quis negauerit) præter ecclesiæ nudam autoritatẽ nullum est dignum testimonium, quo probari possit. Ecclesiæ igitur nuda autoritas ad sacras literas proponendas in religione est necessaria. Obseruandum tamen est, quòd quum de ecclesiæ & scripturæ autoritate est sermo, non excluditur diuina autoritas sed potiùs exigitur. Siquidem ecclesia & scriptura Dei autoritati innituntur, & diuina autoritas sine illis nullis hominibus ordinariè persuadet religionis dogmata. Diuina quippe autoritas ante sacras literas, non per se, sed per ecclesiam, religionis dogmata fidelibus, vt plurimùm persuasit. Post editas etiam sacras literas licèt in illis sit diuina autoritas, tamen non per Caput 87.

ſolam ſacram ſcripturam, ſed ſimul per ſcripturam & per eccleſiam perſuadet. Quandoquidem fides ex auditu eſt. Sacra igitur ſcriptura ſine eccleſia nulla dogmata perſuadet. Eccleſia verò ſine ſcriptura aliqua perſuadet dogmata, qualia ſunt illa, quæ nō ſcriptis, ſed viua voce traduntur. Neq; eccleſiæ autoritas ab ſcripturæ autoritate eſt ſeparāda, ſed cōiungenda. Siquidem nō varia, ſed vna eſt illarum autoritas, ſcilicet diuina. Sicut enim ſacra ſcriptura nullum mendacium continet, ita catholica eccleſia in fide non poteſt errare, quandoquidē eſt columna & firmamentū veritatis, vnde vtriuſuis autoritas nec maior, nec minor eſt, et neutra cum altera pugnare poteſt, ſiquidem vnam & eandem fidē Eccleſia profitetur, et ſacra ſcriptura continet. Quòd ſi ſcriptura expreſſè et definitè non continet omnia dogmata ab eccleſia profeſſa, tamen omne dogma profeſſum ab eccleſia, non ſolùm non pugnat cum ſcriptura, ſed in ipſa ſcriptura quodāmodò continetur, atq; ab eadem ſcriptura firmiſſimè aſſeritur. Quandoquidem ſcriptura eccleſiæ autoritatē perinde ac Deū in illa loquentem cōmendat: Vt ſcias, inquit, quomodo oporteat te in domo dei conuerſari, quæ eſt eccleſia Dei viui, colūna & firmamentū veritatis. (1. Ad Tim. cap. 3.) *Cùm verò teſtante ſcriptura, omnis homo ſit mēdax, nō hominis ſed dei eſt ſpiritus, qui in eccleſia, quæ eſt columna & firmamentū veritatis, loquitur. Quare cū Deus per catholicam eccleſiā et per ſacrā ſcripturā loquatur ad ſyncerā fidē tenendam, ordine à Deo inſtituto, ſcilicet ꝑ eccleſiæ doctrinā, credere verbo Dei eſt neceſſe. Ordo certè in credendis dogma-*

dogmatibus à Deo institutus & ab omnibus fidelibus obseruandus beatus Paulus per capitis & corporis similitudinẽ exposuit. Siquidem Christum, caput, ecclesiam verò, corpus: singulos autem fideles vnius capitis & vnius corporis, nempe Christi & Ecclesiæ, mẽbra constituit. Quæ quidem similitudo Ecclesiam esse quandam Rempublicam, in qua homines non humano, sed diuino iure, seu potius diuina religione sociantur apertè satis significatur. Vnde ex legitima Reipublicæ institutione sumatur exemplum ad Ecclesiæ ædificationem. Tullius quidem ait: Videtis igitur Magistratus hanc esse vim, vt præsit : præscribatq́ recta, & vtilia, & coniuncta cum legibus, vt enim Magistratibus leges, ita populo præsunt Magistratus: vereq́ dici potest Magistratum legem esse loquentem: legem autem mutum Magistratum. Sic in vera quidem religione, vt Dei verbum Ecclesiæ, ita singulis fidelibus praeest Ecclesia. Quæ nimirum præscribit dogmata coniuncta cum verbo Dei. Dei quidem verbum siue scripturam praeesse Catholicæ Ecclesiæ certißime credendum est. Nam fidei articulus, Credo sanctam Ecclesiam, synceram fidem perpetuò praeesse Ecclesiæ apertè satis tradit, vtpote sine fide impoßibile est Ecclesiam esse sanctam. Quicunq́ igitur fidelis credat syncerum Dei verbum praeesse Catholicæ Ecclesiæ est necesse. Quod si syncerum Dei verbum Ecclesiæ praeest, dogmata à Catholica Ecclesia præscripta sint coniuncta cum rectißima fide oportet. Quandoquidem si dogmata à Catholica Ecclesia tradita cum fide pugnassent, non Dei sed Sathanæ ver-

Tul. de le. l. 3.

bum praeesset illi, & per consequens Catholica Ecclesia non sancta sed impia fuisset, & in terris desiuisset: quod impoßibile est. Quare omnes fideles in proponendis & exponendis & credendis fidei dogmatibus, atque in dirimendis religionis controuersiȷs, si Catholicæ Ecclesiæ, Christi corporis sunt membra non proprium sed communem Ecclesiæ sensum firmiter teneant est necesse. Siquidem vt verbum Dei Ecclesiæ, ita omnibus fidelibus præsit Ecclesia oportet. Illa quippe Dei verbum loquens est. Quanquam enim fides non est alligata Ecclesiæ, siquidem Deus non paucos Prophetas & Apostolos per reuelationem sine Ecclesiæ ministerio fidem docuit, tamen fideles alligati sunt Ecclesiæ ab illaq; dependent. Nam nisi quis Catholicam Ecclesiam obseruet, eiusque communionem colat, in Deum syncere non potest credere. Quandoquidem ad credendum necessaria est Ecclesiæ doctrina.

Sectariorum inconstantia eorum testimonium reddit suspectum.

Cap. 88. *VErùm vt peruersi homines huius mundi, rebus miro ac ineffabili ordine à Deo constitutis præposterere vtuntur, ita sectarij credendi ordinem à Deo institutum peruertunt. Illi enim non scripturæ expositionem, nec religionis dogmata, per Ecclesiam præscripta recipiunt, sed à se excogitata dogmata retinent. Atque illa Catholicæ Ecclesiæ obtrudere satagunt, vtpote quæ sunt impudentia insolentiaq;,*

cr-

erroris ac ignorantiæ sanctam Ecclesiam impiè condemnant. Verùm illi misere falluntur: nam syncera fides non est quam singuli sectarij comminiscuntur, sed quam Catholica Ecclesia à Christi Apostolis accepit, & retinet, & docet. Quæ nimirum fides quo vna est, eo non à pluribus magistris, sed ab vno est tradenda. Vnus inquam magister, nō solùm primarius, vt Deus, sed etiam secundarius, vt ecclesia, ad docendam fidem est opus. At sectarij non vnus, sed plures sunt magistri, quod sapientißimè beatus Augustinus exponit dicens: Plures autem magistros tūc fieri existimo, cum diuersa atq; inter se aduersa sentiunt, cū verò idipsum dicunt omnes, & verum dicunt: ab vnius veri magistri magisterio non recedunt, offendunt autem non cum illius multa dicunt, sed cum addunt sua. Sic quippe incidunt ex multiloquio etiam in falsiloquiū. Etsi Christus sit vnus fidei magister, tamen per sectarios fit plures, quod Paulus Corinthiorum dißidia arguēs exponit dicens: Diuisus est Christus? sectariorum nimirum testimonium in exponendis & proponendis dogmatibus eße suspectum, res ipsa loquitur. Siquidem quum illi non vnus sed plures sint magistri, oportet aut omnium illorum testimonium, aut nullius sit fide dignum. Non omnium, quādoquidem sectarij circa fidē è diametro pugnāt, ergo nullius testimonium est idoneum ad religionem astruendam, quoniam non est potior ratio de Lutheri, quàm Caluini testimonio, aut cæterorum. Quemadmodum enim in humanis disciplinis doctorum inconstātia, & discordia apud pbos viros authoritatē ener-

August. in Prolo. retracta.

eneruat. Sic & multò profectò magis prædicatorum inconstantia & discordia testimonium circa religionem reddit suspectum. De magistrorum autem discordia Theophylactus ait: Nihil enim ita offendit discipulos, vt diuelli, & non idem sentire doctores? Quomodo enim persuadebunt, qui non idē sapiunt. Quanta certè sectariorum fuerit discordia & inconstantia, Germanorum tum principum & ciuitatum bella, tum ciuium factiones, tum subditorum rebellio, tum hominum clades, tum religionis variatio, seu potius abolitio (quæ omnia Lutheri prædicatio peperit) apertè satis docent. Cæterùm quanta Lutheri fuerit rit in tradendis dogmatibus inconstantia, Ioannes Faber Viennensis Episcopus præclarè manifestauit. Is quidem in quinquaginta & duobus locis communibus ducentas & nouem Lutheri antilogias annotauit. Laurentius etiam Surius Lutheri gesta exponens ait: Incredibile dictu est, quanta in hoc monstroso homine fuerit conuiciandi & mentiendi libido. Doctor Ioannes Dietenbergius, vt alios taceamus, in duabus duntaxat confutationibus conuicit eum, octingenta septuaginta & quatuor mendaciorum, quod posset incredibile videri illis, qui eius hominis scripta non legerunt. Sed quid non ausit, qui nihil nō ausus fuit. Illius etiam discipuli (etsi in dogmatibus vix vnus aut alter cum eo consentit, vtpote ferè oēs secum & cū illo pugnant) mentiendi licentia nullus transuersum, vt aiunt, vnguem ab illo discedit, quandoquidem illorum commentaria nihil aliud sunt, quàm naues onustæ conuitijs, nullum quippe dogma

Theop. super Ioan.

Ioā Faber Viennen.

Laurcn. Surius.

con-

controuersum aut confirmant aut oppugnant sine mordacibus argumentis. Huiusmodi esse sectariorũ mores Tertullianus testatur dicens: Nihil enim inuerum est illis, licèt diuersa tractantibus, dum ad vnius veritatis expugnationem conspirent. *Eandem sententiam Irenaus aduersus Valentinum exponit dicens*: Et de conditione quidem talia dicentes, quotidie adinuenit vnusquisq; eorum quemadmodum potest, aliquid noui. Perfectus enim nemo nisi qui maxima mendacia apud eos fructificauerit. *Et infrà de Christi tentatore differens ait*: Ille autem legaliter explosus, tentabat & ipse per mendacium rursus legitimè facere congreßionem. *Et paulò post, inquit*, Mendacium abscondens per scripturam, quod faciunt omnes hæretici. *Verùm quæ est hominum innouandi religionis temeritas, quantum Lutheri mentiendi licentia eius testimonium magis suspectum apud probos viros reddebat, tantum apud religionis nouitatum cupientißimos maiorem obtinuit autoritatem. Et quo Lutherus apud suos maiorem in prædicando honorem obtinuerit, eo illum non Dei sed sathanæ Prophetam fuisse in confesso est, quandoquidem ex verbo Dei quod permanet inæternum scimus neminem esse Prophetam sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. Quæ profectò sententia non de pseudoprophetis, sed de veris est vera, siquidem illi diuino testimonio destituti humanum fauorem ad suos errores persuadendos conciliant. Sed aduersus huiusmodi beatus Augustinus ait*: Si ergo nec scripturarum authoritatis antiquitas, nec miraculorum potestas, nec morum

Tertul. de præs. hære.

Ire. li. 1. ca. 15. & libr. 5

Matth. c. 13

morum sanitas, nec rationis veritas, vos asserit: abite confusi. Quare sectarijs de fidei dogmatibus, tum singulis sibi non constantibus, tum omnibus secum pugnantibus, tum non vnam in vinculo pacis communionem, sed varios in contentione conuentus colentibus, tantum abest, vt in exponendis proponendisq́; religionis dogmatibus fides habenda sit, quod potiùs qui illis diuinarum scripturarum lectionem seuerissimè interdiceret, & de Catholica Ecclesia & de Republica futurus sit benè meritus. Quandoquidem illi, tum in religionis, tum in Reipublicæ perniciem sacram scripturam deprauant. Quibus Catholica Ecclesia meritò (vt inquit Tertullianus) dicit: Qui estis, quando & vnde venistis? quid in meo agitis nō mei? quo denique Marcion iure syluam meam cædis? qua licentia, Valentine fontes meos transuertis? qua potestate Appelles limites meos commoues? quid his cæteri ad voluntatem vestram seminatis & pascitis? Mea est possessio, olim possideo: habeo origines firmas, & ipsis autoribus quorum fuit res. Ego sum hæres Apostolorum. Sicut cauerunt testamento suo, sic vt fidei commiserunt, sicut adiurauerunt, ita teneo. Vos certè exhæredauerunt semper & abdicauerunt, vt extraneos, vt inimicos. Vnde autem extranei & inimici Apostolis hæretici, nisi ex diuersitate doctrinæ, quam vnusquisque de suo arbitrio, aduersus Apostolos, aut protulit, aut recepit? Illic igitur & scripturarum & expositionum adulteratio deputanda est, vbi diuersitas inuenitur doctrinæ, inuenitur verò inter Germanicos sectarios Confessioni-

Aug. cont. Faust. libr. 13. cap. 6.

Tertul. de præs. hære.

nistas, sacramentarios, anabaptistas, & Suuenckfel dianos, & cæteros. Siquidem quæuis istarum contrariarum sectarum Dei purum verbum se profiteri, atque sua falsa dogmata ex germano scripturæ sensu collegisse iactat.

Ad germanè intelligendam diuinā scripturam non scripta Ecclesiæ traditio est necessaria.

Religionis quidem dogmatum quædam solo viua vocis oraculo tradita, quædam verò literis mandata fuerunt, atq; istorum quædam expressis verbis traduntur: nō quædam autem, expressis verbis, sed ex illis colliguntur. Quam distinctionem beatus Augustinus contra Maximinum Arianum exponit dicens: Et vos Spiritumsanctum non permittitis adorari, vt ipsi Dei gratiæ remaneatis ingrati. Sed da inquis, testimonia vbi adoratur Spiritussanctus, quasi non ex ijs quæ legimus, aliqua etiam quæ non legimus, intelligamus. Sed ne quærere multa cōpellar, tu vbi legisti patrē Deū ingenitū vel innatū: & tamen verum est? Quod verò aliquotiens dixisti, etiam filio esse incomparabilem patrem: nec legitur nec verum est. Si autem religionem qua colitur Deus, sicut dignum est cogitâras, multò plus esse cerneres, quod habet spiritussanctus templum, quam si eum legeres adoratum. Fidei igitur dogmatū ob diuina mysteria in illis tradita, vix vnū aut alterum est, qđ verbis nō scriptis q̄bus germane exponatur nō indigeat: illud quidē, Ego & pater vnū sumus sine ὁμȣσιȣ, nō scri-

Cap. 89.

Aug. cont. Max. l. c. 3.

scripto verbo germanè non potuit exponi. Quod sectarij ad suos astruendos errores frequenter faciunt. In dogmate quippe de iustificatione, illam voculam non scriptam, scilicet solam, (ad astruendum quod sola fides iustificat) addunt: Scramētarij etiam illam voculam scilicet, est, in Christi verbis, hoc est corpus meum, per significandi non scriptum verbum (ad negandam Christi realem existentiam in Eucharistiæ sacramento) interpretantur. Vnde illi ex non scriptis verbis à se adinuentis ad suos errores astruendos, ad Ecclesiæ non scriptas traditiones recipiendas coguntur. Quod sapientissimè exponit Theodoretus dum ait: Sed etiam hîc Episcopi videntes eorum dolum, collegerunt ex scripturis splendorem, fontem, et fluuium, & figuram ad substantiam pertinere. Et illud: In lumine tuo videbimus lumen: et Ego & pater vnum sumus. Et clarius iam ac breuiter conscripserunt consubstantialem patri filium. Omnia namque prædicta hanc significationem habent. Murmuratio siquidem eorum, quasi verba hæc non fuissent ex scripturarū autoritate prolata, per eos quoq; inanis esse conuincitur. Ex non scripto nāq; ipsi impiè proferrentes, quippe quod nusq̃ penitus inuenitur, ex nō extantibus: & fuit aliquando quādo non fuit, alios culpāt: propterea ex non scriptis sermonibus, piè tamen intellectis damnati sunt. Summè animaduertendum est quòd ὁμοούσιον verbum nō fuit ad inuentum à Niceno Concilio, nec patres in Niceno Concilio illum locum, Ego & pater vnum sumus, de patris et filij cōsubstantialitate primò exposuerunt: quandoquidem illam

Hist. Trip. lib. 2.

lam expositionem à priscis patribus habuerũt, quod Theodoretus aduersus omnes sectarios & dogmatum nouatores ibidem sapientissimè annotauit dicens: Verùm Episcopi non sibimet ad inuenientes verba, sed habentes hæc à patribus, testimonia conscripserunt. Veteres enim sacerdotes ante eos penè centum triginta magnæ Romæ ciuitatisq́; nostræ, accusauerunt omnes, qui dicunt facturam aut creaturam esse filium, & non consubstantialem patri. Et hoc sciebat Eusebius Cæsariensis Episcopus, qui primùm defendebat Arianorum sectam, nouissimè verò subscripsit Nicæno Concilio: scripsit autem & ciuibus suis, confirmans, quia & antiquorum aliquos doctos & illustres Episcopos & conscriptores agnouisset, nomine consubstantialitatis vsos in patris & filij deitate. Quare omnes tam Catholici quam sectarij consubstantialitatem recipientes, non scriptam traditionem necessariò recipiunt, quandoquidem illa germana verbi Dei non scripta expositio, non à Concilij Nicæni patribus adinuenta, sed recepta fuit: atq; quod de Nicæno Concilio Theodoretus asserit, Illud non primò adinuenisse diuinarum personarum consubstantialitatem. Idem de Romano est sentiendum, videlicet, patres Romanos illius dogmatis, non inuentores sed assertores fuisse. Quandoquidem Christi discipulos viua voce patris & filij consubstantialitatem docuisse firmiter tenendum est: atq; illam traditionem à Catholica Ecclesia & præcipuè à Romana custoditam fuisse, vtpote tum latinarũ, tum græcarum ecclesiarum doctrice. A Concilio enim Roma-

no patres Nicæni concilij de consubstantialitatis articulo fuerunt edocti. Quod si Arius illum verbi Dei germanum sensum non scriptum, sed viua voce traditū non recepit, ob eam causam hæresis fuit dānatus: & omnes etiam non recipientes sacram scripturā, expositam secundum ecclesiæ auctoritatem hæretici cēsentur. Ariani certè scripturarum non scriptam expositionem (vt Maximinus Arianorū Episcopus apud Augustinum exponit) humanam traditionem vocāt: ait enim: Si quid de diuinis scripturis protuleris, quod commune est cum omnibus, necesse est vt audiamus. Hæ verò voces quæ extra scripturam sunt, nullo casu à nobis suscipiūtur. Præterea cùm ipse dominus monet nos, & dicat: Sine causa colūt me, docentes mandata & præcepta hominū, &c. Huiusmodi profectò sunt nostri seculi sectarij, quandoquidem pleraq; ecclesiastica dogmata ab apostolis viua voce tradita, quæ diuinarum scripturarum germanæ sunt expositiones, humana statuta seu potius sathanæ adinuenta appellant, vt articuli de Christi corporis reali existentia, transubstantiatione, immolatione, & adoratione, de votis monasticis, de operum meritis, et cætera dogmata ab ecclesia ex diuina scriptura collecta. Quæ dogmata sectarij dānant, atq; ab ecclesia summouenda tanquam impia asserunt. Sed quemadmodum Arrius asserendo diuinarum personarum consubstantialitatem non esse dei verbum errauit: ita Caluinus cæteriq; sectarij asserētes ecclesiastica dogmata esse humanas traditiones, in fide errant. Siquidem Christi corporis realis existentia transubstantiatio, immolatio

Aug cont. Max. li. 2.

&

& adoratio in Eucharistiæ sacramento, tàm clarè quàm diuinarum personarum consubstantialitas ex sacris literis colliguntur. Vnde quemadmodum cũ Ario pertinaciter affirmanti consubstantialitatem, non contineri in verbo Dei, Caluinus cæteriq́; sectarij non consentiunt: ita Caluino cæterisq́; sectarijs pertinaciter asserentibus Christi corporis realem existentiam, transsubstantiationem, & cætera ecclesiastica dogmata non contineri in Dei verbo, non est credendum: siquidem vtriq; errant. Nam si de diuinarũ personarum consubstantialitate (quod dogma præ cæteris, tum ob rerum summã difficultatem, tùm ob diuinarum scripturarũ ineuidentia testimonia difficilimum est, atq; inter diuina mysteria præ cæteris videtur incredibile) per ecclesiæ traditionem siue auctoritatem facti sumus certiores: multò profectò magis de cæteris dogmatibus ecclesiæ censuram obseruare est necesse.

Non nuda scriptura, sed illius sensus iuxta catholicæ traditionem est purum Dei verbum.

Caput 90.

Ecclesiasticorum certè definitorum dogmatum quædam recipere, quædam verò reijcere, non catholicorum, sed hæreticorum est. Quid quod omnia dogmata ab ecclesia definita perinde ac sacra scriptura recipienda sunt. Nam non sacræ scripturæ verba ab Ario, Luthero, Caluino, cæterísque sectarijs exposita atque ad

suos astruendos errores, & ad oppugnanda ecclesiastica dogmata allegata, sed sacra Ecclesiastica doctrina, seu traditio per quam sacra scriptura syncerè exponitur, est purum Dei verbum, cui omnes fideles obedire tenentur. Quam sententiom beatus Augustinus mirificè illustrat dicens: Sine paululum ipse mecum considerem, Christum ipsum quomodo apparere hominibus voluit, qui istis etiam vulgaribus oculis visus esse prædicatur, ego non vidi: quibus de illo crediderim vt ad te iam tali fide præstructus accedam, nullis me video credidisse, nisi populorum atque gentium confirmatæ opinioni, ac famæ admodum celeberrimæ: hos autem populos Ecclesiæ Catholicæ mysteria vsquequaque occupasse. Cur non igitur apud eos potissimùm diligentissimè requiram, quid Christus præceperit, quorum authoritate cõmotus, Christum aliqud vtile præcepisse, iam credidi? Tu ne mihi melius expositurus es quid ille dixerit? Quem fuisse, aut esse non putarem, si abs te hoc mihi commendaretur esse credendũ. HOC *ergo credidi, vt dixi, famæ celebritate, consensione, vetustate roboratæ. Vos autẽ & tam pauci, & tã turbulenti, & tam noui nemini, dubium est, quin nihil dignum authoritate præferatis. Quæ igitur ista tanta dementia est? Illis crede, Christo esse credendum: & à nobis disce quid dixerit. Cur obsecro te? Nam si illi deficerent, nec me quicquam docere possent, multo faciliùs mihi persuaderem Christo non esse credendum, quàm de illo cuiquam, nisi ab ijs per quos ei credidissem, discendum. O ingentem confidentiam, vel potiùs ineptiam:*

Aug. de vtilit. cred cap. 14.

ego

ego te doceo, quid Christus praeceperit, cui credis. Quibus profectò verbis beatus Augustinus apertè satis docet, Catholicae ecclesiae authoritatem, cum sapientissimorum omnium, tum sectariorum authoritati praeferendam esse. Quod si ad Reipublicae legitimè institutae incolumem statum tenendum, & ad respublicas gerendas, non propriam sed magistratuum sequamur sententiam est necesse: longè certè magis in religione (quia diuina praestant humanis) idipsum est necessarium. Praecipuè cum Catholicae Ecclesiae iudicium, cui vnusquisq; credere debet, diuinum potius sit quàm humanum. Quandoquidem non per naturam, sed per Dei gratiam, Catholica Ecclesia sancta est columna & firmamentum veritatis. Quare sectarij contempta ecclesiae authoritate, iam non in ecclesiae aedificationem, sed in destructionem concionantur: sine Ecclesiae enim authoritate de Euangelio nullus potest perhibere fide dignum testimonium, quo fit vt reijcienda prorsus illorum doctrina sit, neq; vllo modo admittenda vt Augustinus docuit dicens: Quibus ergo obtemperaui dicentibus, credite Euangelio, cur eis non obtemperarem dicentibus mihi, Noli credere Manichaeo? Elige quid velis. Si dixeris, crede Catholicis, ipsi me monent, vt nullam fidem accommodem vobis. Quapropter non possum illis credens, nisi tibi non credere. Si dixeris, noli Catholicis credere: non rectè facies per Euangelium me cogere ad Manichaei fidem, quia ipsi Euangelio Catholicis praedicantibus credidi. Si autem dixeris rectè credidisti Catholicis laudantibus Euangelium,

Aug. cont. Epistol. Fund. c. 5.

sed non rectè illis credidisti vituperantibus Manichæum: vsque adeò me stultum putas, vt nulla reddita ratione, quod uis credam, quod non vis non credam. Multo quippe iustiùs & cautiùs facio, si catholicis, quoniam semel credidi, ad te non transeo, nisi me non credere iusseris, sed manifestissimè ac apertissimè scire aliquid feceris. Quocirca si mihi rationẽ redditurus es, dimitte euangelium: si ad euangelium te tenes, ego ad eos me teneam, quibus præcipientibus euangelio credidi: & his iubentibus tibi omninò non credam. Quàm clarissimè & quàm verissimè beatus Augustinus Lutherũ eiusq; successores nobis ante oculos ponit, satis ex his patet. Nihil enim magis Lutherus quàm Christi euangelium clamat, Zuinglius etiam idem euãgeliũ se profiteri asserit, Buzerus quoq; & cæteri sectarij idipsum concionantur. Verùm illorum doctrinam diuersam esse à Christi euangelio inconfesso est. Quoniam de principalibus fidei articulis non consentiunt. Quare qui fidem rectam vult tenere, cõtemptis sectarijs cum Augustino cæterisq; catholicis doctoribus catholicæ ecclesiæ adhæreat. Omnis enim fidelis securiùs doctrinæ ecclesiæ, quàm sacræ scripturæ adhæret, securiùs inquam, non quod sacræ scripturæ adhærere sit periculosum, siquidem ad fidem tenendam scriptura firmissimum est asylum: sed quod ob difficultatem scripturæ et sectariorum insolentiam, qui præterita auctoritate ecclesiæ existimant se veritatem scripturæ profiteri, difficillimum sit in ea retineri, sed illos decipi, sectariorum dissidia apertè satis testantur. Nam sectarij omnes euangelij

tantùm

tantùm voces sequuti modò sibi non constant, frequẽter verò, seu potiùs semper cum alijs pugnant, & à catholica ecclesia dissentiunt. Catholici autem econtrà doctores, cunctiq; fideles ecclesiæ doctrinam sequuti, vnitatem spiritus in vinculo pacis seruant, atq; quantò magis ecclesiæ traditioni, doctrinæ siue auctoritati sunt alligati, tantò synceriùs Dei verbum ab illis creditur, vtpote catholica ecclesia (quam illi obseruant, cuiusq; communionem colunt) sancta columna & firmamentum est veritatis.

In catholica ecclesia non quilibet fidelis pastoris & doctoris munere fungitur. Cap. 91.

IAm verò quoniam Dominus noster Iesus Christus, ad patris dexteram sedens, militanti ecclesiæ corporaliter non præest. Et quoniam fides ex auditu est, auditus autem per Dei verbum, vt fideles vnitatem spiritus in vinculo pacis seruent, perinde ac in ciuitate magistratus, in catholica ecclesia sint præpositi oportet, quibus omnes Christiani tum in asserendis dogmatibus, tùm in morum disciplina obediant. Quam sententiam beatus Paulus expressis ponit verbis, dicens: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationnm sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei Ad Ephes. cap. 4.

& agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: vt iam non simus paruuli fluctantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris. Quorum munerum ad fidei vnitatem tenendam tria prima in Ecclesiæ primordijs, alia verò in illius progressu necessaria & sufficientia sunt. Siquidem cum Catholica Ecclesia de diuinis mysterijs, non quibuslibet hominibus, sed Dei Apostolis, Prophetis, & Euangelistis fidem habeat: tum verbi Dei auditores, qui nec Prophetas, nec Apostolos, nec Euangelistas nacti sunt, de Catholicæ Ecclesiæ doctrina siue traditione (quæ syncera religionis dogmatum & propositio & expositio est) non quibusuis Catholicis viris nedum sectarijs, sed legitimis pastoribus & doctoribus habeant fidem necesse. De ista ecclesiasticorum munerum distinctione Caluinis ait: Habemus quæ in Ecclesiæ regimine temporaria ministeria fuerint, scilicet Apostoli, Prophetæ, Euangelistæ, & quæ ideo instituta vt perpetuo durent scilicet pastores, doctores. Illa igitur prophetandi & docendi munera in Dei Ecclesia, non singulis fidelibus, nec indefinite aliquibus, sed determinatè quibusdam ad publicam vtilitatem dantur. Cætera verò diuina dona vt Fides, Spes, & Charitas, quæ singulis fidelibus ad propriam spiritualem salutem sunt necessaria, omnibus conceduntur, quod & scriptura exponit dicens: Iustus in fide sua viuet. Quid verò & quale sit fidei donum ad priuatã vtilitatẽ datum, B. Chry-

Caluin. ca. 8. par. 19.

Chrysostomus docet, dum ait: Si dederit Spirituſſanctus cuipiam donum non habenti ſapientiam, vel nō habenti intelligentiam, ſed ſolam fidem, quales ſunt multi habentes dona, vt credant ſcripturis, ignorantes ſcripturas, vocatur donum illud ſpiritus fidei. Verùm ſicut in corpore humano præter tangendi ſenſum omnibus membris communem ſunt alij ſenſus ſiue facultates determinatis membris conuenie͂tes, de quibus Paulus ait: Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent. Ita præter diuina dona communia, quadā ſunt ſpecialia dona, non omnibus, ſed quibuſdam fidelibus data, de quibus ait Paulus: Habe͂tes autem donationes, ſecundum gratiam quæ data eſt nobis, differentes, ſiue prophetiā ſecundum rationem fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in doctrina &c. Quid verò & quale ſit doctoris munus, cum Paulo alio loco beatus Hieronymus exponit dicens: Tito præcipit, vt inter cæteras virtutes Epiſcopi, quem breui ſermone depinxit, ſcientiam quoq; in eo eligat ſcripturarum, obtine͂tem (inquit) eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem: vt pote͂s ſit exhortari in doctrina ſana, & contradicentes reuincere. Quam donorum ſiue munerum diſtinctionem beatus Auguſtinus in hunc modum exponit, dicens: Nos enim quos in loco iſto, de quo periculoſa ratio redditur, dominus ſecundum dignationem ſuam, non ſecundum meritum noſtrum cōſtituit, habemus duo quædam, vnum quòd Chriſtiani ſumus: alterum quòd præpoſiti ſumus. Illud quòd Chriſtiani ſumus,

Habac. 1. c. Chryſ. ho. de ſancti ado. ſpir.

Ad Rom. cap. 12.

Hieron. ad ad Pau.

Auguſt. de paſ.

propter nos est: quod autem præpositi sumus, propter vos est. In eo quod Christiani sumus attenditur, vtilitas nostra: in eo quod præpositi, non nisi vestra. Sunt autem multi Christiani & non præpositi, qui perueniunt ad Deum faciliore fortaßis itinere, & tantò fortè expeditiùs ambulantes, quantò minorem sarcinam portant. Nos autem excepto quod Christiani sumus, vnde rationem reddemus deo de vita nostra, sumus etiam præpositi, vnde rationem reddemus deo de dispensatione nostra. Munus igitur doctoris si in Catholica ecclesia non commune, sed speciale donum est: contrà sectarij, dùm nulla re vulgariùs quàm doctoris functione vtuntur, quandoquidem in illorum cœtibus vix vnus aut alter est, qui ad fidei rationem reddendam, & hæreses propugnandas, seu potiùs astruendas, doctoris officium non sibi vindicet, quod Irenæus apertè satis testatur, dicens: *Ab his autem qui prædicti sunt, iam multæ propagines multarum hæresum factæ sunt, eò quod multi ex ipsis, imò omnes volunt doctores esse, & abscedere quidem ab hæresi in qua fuerunt. Aliud autem dogma ab alia sententia, & deinceps alteram ab altera componentes, noua docere insistunt, semetipsos adiuuentores sententiæ quamcunque compegerint, enarrantes, aduersus quos Paulus ait:* Si totum corpus oculus, vbi auditus? *Et infrà:* Nunquid omnes apostoli? Nunquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores, &c. *Tertullianus etiam insolentiam hanc manifestat, hæreticorum mores exponens: Omnes, inquit, scientiam pollicentur, antè sunt perfecti*

Iren. lib. 1. cap. 30.

1. Co c. 12.

Tertul. de præs. adue. hæres.

catechu-

cathechumeni, quàm edocti. ipsæ mulieres hæreticæ, quàm procaces, quæ audeant docere, contendere, etc. Quod malum in præsenti seculo vt alia innumera Erasmo acceptū referri par est. Siquidē ille: Vehemēter inquit, ab istis dissentio, qui nolint ab idiotis legi diuinas literas, in vulgi linguā transfusas. Optarim vt omnes mulierculæ legant euangeliū, legāt Paulinas epistolas. Atq; vtinā hæ in ōes omniū linguas essēt trāslatæ. Et infrà: Cur ꝓfessionē omnium cōmunē ad paucos cōtrahimus? Et paulò post ait: Vereor enim ne inter theologos reperire liceat, qui multū absint à suo titulo, hoc est, qui terrena loquantur, nō diuina. Cū quibus conueniunt quæ posteà dixit: Doctos esse vix paucis contingit, at nulli non licet esse christianū, nulli nō licet esse pium, addā audacter illud, nulli nō licet esse theologū. Verùm enimuero ille de grāmatico sensu cō tendit, dùm theologos esse existimat diuina verba legentes aut loquētes. Quia si ita est, nō modo mulierculas, sed loquaces picas theologos dixerit. At apud probatos auctores nō dei verba loquētes, sed qui verborū dei habent scientiā, theologi & vocantur et sunt. Theologi quippe sunt de quibus Paulus ait: Alij quidē per spiritū datur sermo sapientiæ, alij aūt sermo scientiæ secundū eundē spiritū. Quem locū beatus Augustin. in hunc modū exponit: Nō vtiq; inqt, quicquid sciri ab homine potest in rebus humanis, vbi plurimū supuacuæ vanitatis, & noxiæ curiositatis est, huic scientiæ tribuens, sed illud tantùmmodo, quo fides saluberrima, quæ ad verā beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur: qua scientia non pollent fideles

Eras. ad lect. in Athan.

1. ad Cor. cap. 12.

August. de Tri. 14. c. 1.

fideles plurimi, quamuis polleāt ipsa fide plurimùm. Aliud est enim scire tantummodò quid homo credere debeat propter adipiscēdam vitam beatam, quæ non nisi æterna est: aliud autem scire, quēadmodum hoc ipsum, & pijs opituletur, & contra impios defendatur, quam proprio appellare vocabulo scientiam videtur Apostolus. In alio loco etiam eandem confirmans
Aug sup. Ioan. trac. 58. *sententiam ait: Solidam inquit, profectò voluit scientiam esse spiritualium, vbi nō sola fides accommodaretur, sed certa cognitio teneretur, ac per hoc illi ea ipsa credebant, quæ spirituales insuper agnoscebant. Diuinorum igitur qui habet cum fide eruditionem verborum, Christianus Theologus dicēdus est: qui verò sine eruditione, diuinis aßentitur verbis, non Theologus, sed Christianus appellatur. In baptismo namq; fideles non Theologiam, sed fidem profitentur, Christianæ siquidem religionis principium non scire, sed credere est. Quare in Dei ecclesia Theologorum siue Doctorum opera sunt, intelligendo legere scripturas, illas exponere, & docere, cæterorū verò fideliū actus sunt, obediēter audire scripturas, id est, legitimis doctoribus credere. Catholica quidem Ecclesia quæ est erga suos filios pietate repleta, nō sciendi, sed credendi Dei mysteria munus singulis fidelibus iniungit. At sectarij, quæ sunt temeritate legendi scripturas, munus omnibus indiscriminatim (quò facilius à vera fide deficiant) iniungit, cùm melius & vtilius sit, vt*
Irene. li. 2. cap. 45. *Ireneus ait: Idiotas & parùm scientes existere, et per charitatem proximum fieri Deo: quàm putare multum scire, & multum expertos in suum Deum blasphemos*

phemos inueniri, alterum Deum patrem fabricātes: & ideò Paulus clamabat: Sciētia inflat, charitas autem ædificat. Non quia veram scientiam de Deo culparet, alioquin seipsum primùm accusaret: sed quia sciebat quosdam sub occasione scientiæ elatos excidere à dilectione Dei, et ob hoc opinari seipsos esse perfectos. Sicut enim Mathematicus, Architectus, & Faber, etsi circa idem argumentum versantur, tamen non Faber sed Mathematicus habet scientiam: ita in Dei ecclesia, etsi omnes fideles mysteriorū fidem profitentur, tamen non omnes, sed Doctores tantùm, cū fide eruditionem iniunctam habent. Neq; varia eruditio fidē variat, quod Ireneus manifestè docet, dùm ait: Plus autem aut minus secundum prudentiā nosse quosdam intelligentiam, non in eo quod argumētum mutatur, efficitur. Ire. lib. 1. cap. 4.

Catholica ecclesia semper habet idoneos verbi Dei ministros.

Catholicam quidem Ecclesiam ad synceram fidem docendam, & reuincendas hæreses, idoneis pastoribus & doctoribus nunquam carere sectarij modò aiunt, modò negant. Caluinus enim ait: Sequuntur pastores & doctores, quibus carere nunquam potest ecclesia. Sed infrà apertè satis secum pugnat, dùm catholicā ecclesiam carere idoneis pastoribus asserit, dicens: Omnium ferè seculorū exemplis mouemur, nec veritatē semper in sinu pastorum ali, nec ecclesiæ incolumitatem ab eorum statu pendêre. Quæ nimirum sententia cùm in priscos patres contumelia Caput 92. Cal. cap. 8. par. 18. para 80.

contumelia, tum in Christum ecclesiæ caput blasphemia est, atq; cum dei verbo manifestè pugnat. Nam Christus non quales quales pastores & doctores, sed idoneos se daturum ecclesiæ manifestißimè promisit, vt Paulus diuino afflatus spiritu exposuit, dicens: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autẽ Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, & in mensurã ætatis plenitudinis Christi: vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia, ad circumuentionem erroris. Illa profectò verba, scilicet in opus miuisterij in ædificationem corporis Christi, idoneos pastores & doctores nunquam deesse in ecclesia expreßè docent. Quãdoquidem corpus Christi, quod ædificatur, catholica est ecclesia, quæ vsque in sæculi consummationem ædificatur. Igitur idonei pastores & doctores, tam diu sint quàm diu ædificatur ecclesia, est neceßè. Illa etiam verba: vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, pastores & doctores esse idoneos, apertè satis significant. Fluctuare siquidem & circumferri varijs dogmatibus, non catholicorum sed sectariorum est doctorum, catholici enim ecclesiæ doctores à Christo sunt instituti, ideoq; fit vt ad stabiliendos cæteros in fide, idonei sint ministri, & per consequens catholica ecclesia, iuxta Christi promißionem, ad

Ad Ephes. cap. 4.

synce-

synceram fidem docendam, & reuincendas hæreses idoneos pastores & doctores perpetuò habebit, quod & diuina ipsius eccclesiæ constitutio requirit, de qua Paulus ait: Et omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. Sicut enim Deus optimus maximusq́;, mundi singularumq́; rerum conditor, viuentibus vnicuique iuxta suum genus, corpus omnibus numeris & partibus perfectum dedit, vtpote ad operandum idoneum instrumentum. Quod Aristoteles exponit, dicens: Est itaque inter principia istud recipiendum, quod animalibus omnibus, quæ motum erant exercitura, adhunc ipsum vsum, aut neruos, aut quæ ijs proportione responderet, partem aliam natura adnexuit. Deinde ad motum cuique peculiarem, sua quoque rursus instrumenta affinxit: velut pedestribus futuris, pedes. Homo enim per oculos videndi officium facit, & sine oculis & cæteris membris non potest agere sua officia. Vnde si animalium species caruissent idoneis membris, Deus frustrà illis dedisset animæ facultates, imo res à se quàm maximè bonas creatas despexisset. Ita Deus Christum humani generis redẽptorem catholicæ ecclesiæ omnibus numeris, et suis partibus pfectè perinde ac caput corpori pfecit. Quæ inquã ecclesia Christi est plenitudo, siquidẽ illa idoneos ministros habet, per quos Christus redemptionis officia verbi inquã dei, synceram prædicationẽ, et sacramentorũ legitimã administrationẽ, perpetuò exequitur.

Ad Ephes. cap. 1.

Arist. li. de spirit.

Quod

Quòd si catholica ecclesia idoneis ministris caruisset, frustrà Christus illius caput esset, quandoquidem per eam nullum officium fecisset: atq; Clemētissimus Deus (qui infimas creaturas à se nullo negotio creatas nunquam neglexit) catholicam ecclesiam, quam sibi maximo comparauit negocio, pro nihilo duceret. Immò illa orbata idoneis ministris, velut corpus mancum, & mutilū ad redēptionis ministeria exequenda non modò inutilis, sed perniciosa esset: quæ omnia tàm impoßibilia, quàm impia sunt. Nam quo catholica ecclesia Christi est corpus, & eius plenitudo, eò Christus, vt Paulus ait, omnia in omnibus adimplet, siue adimpletur, id est, sua dona impartitur ecclesiæ ministris, quibus illi fiunt idonei ad synceram fidem prædicandam, & ad legitimè administrandum sacramenta. Quare vt diuina ordinatio, per quā Christus ecclesiæ est caput, firma & stabilis permaneat, non minùs perpetua & continua sit oportet idoneorum pastorum & doctorū succeßio in ecclesia, quàm in humana specie, singulorum hominum generatio. Quoniam quemadmodum per hanc generationem humanum genus, ita per illam doctorum succeßionē ecclesia propagatur ac durat. Gratiæ enim promißio de idoneis ministris non minùs, imò longè efficacior est, quàm quæ facta est naturæ de hominis propagatione. Quippe qui dixit, crescite & multiplicamini, dixit etiam, dedit quosdam apostolos &c. Tandem sicut Dei ordinatione dies perseuerat, cœlumq; astris non orbatur: ita catholica ecclesia perpetuò habet pastores & doctores. Qui si in ecclesia sunt necessarij,

profectò

profectò ſint etiam idonei oportet, quandoquidem ſi tales non eßent, perinde ac ſi nunquam fuiſſent, fo ret. Atque non ſolùm in catholica eccleſia idonei miniſtri verbi Dei nunquam deficient, imò quemadmo dum omnipotens deus circa mundi huius adminiſtra tionem non defuit in neceſſarijs, ita nec in hæreticorum temporibus deerit, quin potiùs idoneos magis verbi dei miniſtros, quàm alijs temporibus ſuæ eccleſiæ ſubminiſtrabit. Quod beatus Auguſtinus ſapientißimè exponit, dùm ait: Cham porrò qui interpretatur calidus, medius Noë filius, tanquam ſe ab vtroque diſcernens, & inter vtrumq; remanens, nec in primitijs Iſraëlitarum, nec in plenitudine gentiũ, quid ſignificat niſi hæreticorum genus calidum, non ſpiritu ſapientiæ, ſed ſpiritu verſipellis aſtutiæ, quo ſolent hæreticorum feruere præcordia, & pacem perturbare ſanctorum? Sed hæc in vſum cedunt proficientium, iuxta illud Apoſtoli: Oportet hæreſes eſſe, vt probati manifeſti fiant in vobis. Vnde etiam ſcriptũ eſt: Filius eruditus ſapiens erit: imprudente autẽ miniſtro vtetur. Multa quippe ad fidem Catholicam pertinentia, dùm hæreticorum calida inquietudine agitantur, vt aduerſus eos defendi poßint, & conſiderantur diligentiùs, & intelliguntur clariùs, & inſtantiùs prædicantur: & ab aduerſario mota quæſtio, diſcendi exiſtit occaſio. Quare illa Pauli verba, Nempe fiduciam autem talem habemus per Chriſtũ ad Deum: non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſuffitientia noſtra ex Deo eſt: qui et idoneos nos fecit miniſtros noui teſta-

Aug. de ciuit. dei li. 16. cap. 2.

2. ad Cor. cap. 3.

menti, &c. non minus ad Catholicam ecclesiam, quã ad Christi discipulos referuntur: quandoquidem si Catholica ecclesia ad aliquid idonea est, id ex deo est, qui illam idoneam fecit ministram noui testamenti. Deus quippe à mundi primordijs, vsque ad illius consummationem Catholicæ ecclesiæ ministerio, id est, per Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Pastores et doctores, nunquam destitit docere veram religionem, illos qui Ecclesiæ essent obseruatores, illiusq́ communionis cultores. Ex quo omnes illi in vnius Catholicæ ecclesiæ communione persliterunt, tum fidei dogmata ad veram religionem pertinentia, pari consensu prædicauerunt. Prophetæ enim nullum dogma aduersus Patriarcharum fidem, Apostoli verò nihil contrarium fidei Patrum, & Prophetarum, Pastores quoq; & doctores nihil pugnans cum Apostolorum, prophetarum & patriarcharum fide & doctrina, siue traditione docuerunt, quod certè euidentissimum est veritatis indicium. Nam si doctores varij fuissent circa fidem, profectò iam Catholica ecclesia, quæ illorum doctrinam, & traditionem sequitur, non vnã, sed variã fidem habuisset. Vt enim ego non possũ alios colores videre præter illos, quos meis oculis video: sic Catholica Ecclesia non potest tenere diuersam ab ea fidem, quàm eius ministri profitentur, præsertim cùm illi Ecclesiæ communionem coluerint, eamq́; obseruarint.

Ecclesiæ pastoribus et doctoribus, de iustitiæ via declinantibus, fideles obediant oportet.

sectarij

SEctarij profectò ne videantur temerè contemnere Ecclesiæ Pastorum & doctorum auctoritatem, illos aut desiuisse, aut à fidei synceritate defecisse, sacræ scripturæ testimonijs perperam expositis, astruere satagunt. Caluinus enim Isaiam et Ieremiam prophetas in testes adducit. Speculatores eius, inquit Isaias, cæci omnes, nesciuerunt vniuersi: canes muti nō valentes latrare, &c. Ieremias etiam ait: A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ student, & à propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Quæ scripturæ loca, & similia, etsi vniuersim significent, tamen huiusmodi vniuersalitas non de singulis generum est intelligenda, quod beatus Augustinus ex diuinarum scripturarum circumstantia sapientissimè colligit, dicens: Siquidem & quando dictum est: omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum: in vtroque Psalmo, vbi hæc verba sunt, & hæc leguntur: Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam in cibo panis? Erat ergo etiam tunc populus dei: vnde illud quod dictum est: Non est qui faciat bonū, non est vsque ad vnum, de filijs hominum dictum est, nō de filijs Dei. Simili modo sectarijs respondendū est, quod in eodē Esaia vbi scriptū est: speculatores eius cæci omnes, hæc etiam leguntur: Adducam eos in montē sanctū meū, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocausta & victimæ corū placebūt mihi sup altari meo, etc. Erāt ergo etiā tunc idonei pastores et doctores. Vnde illud quod dictum est: speculatores eius cæci

Caput 93.
Calu. ca. 8, para. 30.
Isai. ca. 56.
Ierem. 6. c.
Aug. de ciuit. dei lib. 16. ca. 10.

omnes, non de Catholicæ ecclesiæ præpositis, sed de se-
Cal. cap. 8. *ctariorũ pastoribus & doctoribus dictum fuit. Verùm*
par. 86. *Caluinus aduersus Catholicæ ecclesiæ præpositos ait: Manere tamen verbum Domini quod præpositis obedire iubet, ita ne vero? quid si præpositos esse negent, qui tales sunt. Et infrà: Illi igitur spirituales erunt nobis præfecti, quià lege domini neq; huc neq; illuc deflectent. Quibus nimirum verbis, si ille ecclesiæ pastores & doctores propter conuersationis peccata Ecclesiasticam spiritualem auctoritatem amisisse asserit, admodum fallitur. Nam diuina scriptura, Catholicæ ecclesiæ autenticorum pastorum & doctorum*
Matt. ca. 5. *duos ordines statuit, dùm ait: Qui ergo soluerit vnũ de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum. qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Quos doctorum ordines Christum non secundum doctrinæ varietatem, sed iuxta legis adimpletionem discreuit. Vnde illi doctores licèt in conuersando non seruabant eandem iustitiæ normam, tamẽ in prædicando eandem veritatis regulam sequebantur. Quod si ex morum varietate colligenda esset doctrinæ varietas, Christus profectò veritatis magister præpositos de iustitiæ regula declinantes cauendos præcepisset. Verùm tantùm abest vt ab eorum doctri-*
Matth. 23. *na ille suos fideles arceat, quod potiùs huiusmodi doctores obseruare præcipiat. Super Cathedram (inquit Christus) Moysi sederunt scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, seruate & facite: secundum opera verò eorum nolite facere, dicũt enim*

enim & non faciunt. Quem scripturæ locum de malis ecclesiæ præpositis intelligendum, beatus Augustinus testatur, dicens: De pastoribus malis, quos nomine scribarum & pharisæorum significare voluit, docentes bona, & facientes mala. Igitur Ecclesiæ præpositi etiam si in conuersatione à lege Domini huc ac illuc deflexerint, nihilominùs nobis spirituales erũt præfecti. At sectarij dùm propter pastorum & doctorum abusus ab Ecclesia exeunt, Donatistarum hæresim profitentur. Siquidem illi perinde ac Donatistæ ecclesiasticorum abusuum prætexta, ex Catholica ecclesia exierunt. Prætereà Caluinus Ecclesiæ præpositos verbum Dei non administrantes, non re, sed nomine esse episcopos affirmat, dùm ait: Dicant igitur qua ratione velint habere episcopum, qui nullam officij partem minimo digito, vel in speciem saltem attingit. Quæ profectò sententia contradicit Dei verbo. Quia fideles Dei dona aut ad priuatam, aut ad publicam vtilitatem frustrà nonnunquam recepisse, Paulus testatur, dùm ait: Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Euangelica quoq; talentorum parabola aliquos Ecclesiæ pastores Dei dona ad publicam vtilitatem frustrà accepisse, apertè satis testatur, dùm ait: Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti: & timens abij, & abscõdi talentum tuum in terra, ecce habes quod tuum est. Ecclesiæ enim prælati otio vacantes, quamdiu ab officio non deponuntur, veri sunt prælati, atque illis

Aug. epist. 209.

Caluin. c. 8. par. 67.

2. ad Cor. cap. 6.

Matth. c. 5.

Aug. epist. 209. *obedire & honorem deferre oportet. Quam sententiam beatus Augustinus sapientissimè exponit, dicēs: Vnde te admoneo, ne grauiùs perturberis his scandalis, quæ ideo ventura prædicta sunt, vt quando venirent reminisceremur esse prædicta, & non eis valde commoueamur. Nam hæc ipse Dominus in Euangelio ita prædixit: Væ mundo ab scandalis. Oportet venire scandala, væ autem homini illi, per quem scandalum venit. Qui sunt isti homines, nisi de quibus dicit Apostolus, sua quærentes, non quæ Iesu Christi. Alij sunt ergo qui propterea tenent pastorales Cathedras, vt Christi gregibus consulant: alij verò qui propterea in eis sedent, vt suis honoribus temporalibus, & commodis secularibus gaudeant. Ista duo genera pastorum, alijs morientibus, alijs nascentibus, in ipsa Catholica Ecclesia necesse est vsque ad finem sæculi, & vsque ad domini iudicium perseuerent. Si enim temporibus Apostolorum fuerunt tales, inter quos falsos fratres Apostolus gemeret, et diceret, periculis in falsis fratribus, nec eos per superbiā separaret, sed per tolerātiam sustineret: quantò magis tēporibus nostris necesse est vt sint, cùm de tēpore huius seculi, quod propinquat ad finem, apertissimè dominus dicat: Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Verùm Caluinus hæretica licentia, reges otio torpentes non amittere Reipublicæ magistratum, Episcopos verò Ecclesiasticum gradum, propter administrandi defectum amisisse affirmat, dicens: Non ita de Episcopo est vt de rege: hic enim etsi non exequatur quod proprium est regis, honorem nihilominus ac titulum*

Calu. ca. 8. para, 63.

retinet: at in Episcopo dijudicando respicitur Christi mandatum, quod semper in Ecclesia valere debet. Quam sententiam in Regum gratiam & Episcoporum inuidiam à Caluino asseri inconfessoest. Quandoquidem Dei mandatum de administranda republica, itam respicitur in dijudicando rege, quàm Dei mandatum de pascendis ouibus in Episcopo. Vnde si rex nullam officij partem minimo digito, vel in speciem saltem attingens, honorem & titulum retinet, multò magis Episcopus otio vacans gradum Episcopatus tenebit. Siquidem Episcopatus specialiùs quàm ciuilis magistratus est à Deo institutus, sed Caluini error reuincitur: si Episcopus, sui non immemor officij, pœnitentia ductus, quantò in officio fuit negligentior, tantò in Ecclesia officiosior existat. Huiusmodi nimirum præpositi non indigent altera vocatione, sed ordinatione, vt fiant Episcopi. Ex quo manifestè colligitur, quod illi muneris executionem omittentes, non statim amiserunt Ecclesiasticum munus. Verum quidem est, quod huiusmodi Pastores tantò magis Dei Ecclesiam labefactant, quantò diutiùs in officio non sunt. De illis profectò beatus Augustinus ait: Sed quoniam sunt Pastores, Pastorum nomine gaudere volunt Pastoris, autem officium implere nolunt. Et infrà: Pastoribus malis dicit, pastoribus falsis, pastoribus sua quærentibus, & non quæ Iesu Christi, ex commodo lactis, & lanæ gaudentibus, oues omninò non curãtibus, & quod malè habuit, nõ corroborãtibus, etc. Auguft. de past. li. 1. ca. 1. et 16.

illi inquam falsi pastores ab Augustino appellantur, non quòd penes illos, verè non sit Episcopale munus, sed quod nō exequantur, quod proprium est pastorū. Vnde non assero illos esse veros pastores, quod eos excusem à peccato, sed quo fideles propter præpositorum peccata, à Catholicæ *ecclesiæ communione non separantur: quandoquidem huiusmodi mali pastores, à nobis pastoribus, non in doctrinæ varietate, sed in morum prauitate discernuntur, vtpote illi non aliam doctrinam, quàm boni profitentur. Quam sententiam beatus Augustinus sapientissimè exponit, dicens: Habet ouile domini præpositos, & filios & mercenarios. Præpositi autem qui filij sunt, pastores sunt: si pastores, quomodo vnus pastor: nisi quia sunt illi omnes vnius membra pastoris, cuius sunt oues propriæ: nam & ipsi membra sunt ipsius vnius ouis, qui sicut ouis ad immolandum ductus est. Audite autem, quia & mercenarij necessarij sunt: Multi quippe in Ecclesia, commoda terrena sectantes, Christum tamē prædicant, & per eos vox Christi auditur: & sequuntur oues non mercenarium, sed vocem pastoris per mercenarium. Audite mercenarios ab ipso Domino demonstratos. Scribæ inquit, & pharisæi, super cathedram Moysi sedent: quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Quid aliud dixit, nisi per mercenarios vocem pastoris audite? Sedendo enim super* Cathedram *Moysi legem Dei docent, ergo per illos* DEus *docet, &c. Verùm quanquā aliqui Ecclesiæ præpositi, non exequantur quod proprium est Episcoporum, & alij officium pastorum tantùm verbo faciant,*

Aug. sup. Ioan. tract. 46.

ant, dum aliter quàm docent viuunt, tamen non ideò in Catholica ecclesia boni pastores & doctores verbo & doctrina pascentes Christi oues deficiunt. Quā sententiam beatus Augustinus exponit, dicens: Hic inuenio omnes pastores bonos in vno pastore: non enim verè pastores boni desunt, sed in vno sunt. Multi sunt, qui diuisi sunt. Hic vnus prædicatur, qui vnitas commendatur. Neque enim verè modò ideo taceutur pastores, & dicitur pastor, quia non inuenit dominus cui commendet oues suas: tunc autem ideò commendauit, quia Petrum inuenit. Imo verò & in ipso Petro vnitatem commendauit. Multi erant Apostoli, & vni dicitur: Pasce oues meas. Absit, vt desint modò boni Pastores, absit à nobis vt desint, absit à misericordia ipsius, vt non eos gignat atque constituat. Vtique si sunt bonæ oues, sunt & boni Pastores: nam de bonis ouibus, fiunt boni pastores Sed omnes boni pastores in vno sunt, vnum sunt. Illi pascunt, Christus pascit, &c. Augus*t*. de past. ca. 13.

Pastores & doctores, Christi Euangelium aliter prædicantes, quàm Catholica ecclesia tenet, falsi sunt prophetæ.

Cap. 94.

SEctarij certè verbi Dei testimonijs conuicti, idoneos Pastores & doctores, nunquam in Catholica ecclesia deesse affirmant. Caluinus enim illud Pauli: Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, exponens, ait: His verbis cùm illud ostendit hominum ministerium, quo Deus in gubernanda Ecclesia vtitur, præ- Calu. cap. 8. par. 16.

cipuum eſſe neruum, quo fideles in vno corpore cohæreant: tum verò etiam indicat non aliter incolumem ſeruari Eccleſiam poſſe, quàm ſi his præſidijs fulciatur, in quibus ſalutem eius reponere Domino placuit. Sed infrà contrariam aſſerit ſententiam, dicens: Omnium ferè ſæculorum exemplis mouemuur, nec veritatem ſemper in ſinu paſtorum ali, nec Eccleſiæ incolumitatem ab eorum ſtatu pendere. In quibus ſanè locis Caluinus ſibi non conſtat. Siquidem Paſtorum miniſterium præcipuum eſſe neruum, quo fideles in vno Chriſti corpore nempe Eccleſia cohæreant, ſine quo etiam Eccleſiam non poſſe incolumem ſeruari, & veritatem non ſemper ali in ſinu paſtorum, inter ſe manifeſtè pugnant.

Et par. 80.

Quam contradictionem ſectarij videntur ſe dirimere, cùm idoneos quidem paſtores & doctores in ſuis cœtibus (quos reformatas Eccleſias vocant) eſſe comminiſcuntur, quod Philippus exponit, cùm ait: Idem accidit poſt Apoſtolos amiſſa luce Euangelij, in qua promittitur remiſsio peccatorum gratuita. Et infrà: Et nunc voce Lutheri magis perſpicuè reſtituta & illuſtrata eſt Euangelij doctrina, &c. Eiuſdem ſententiæ eſt Caluinus, dicens: Quanquam non nego, quin Apoſtolos poſteà quoq; vel ſaltem eorum loco Euangeliſtas interdum excitarit Deus, vt noſtro tempore factum eſt, talibus enim qui Eccleſiam ab antichriſti defectione reducerent, opus fuit. Paſtores verò & doctores, in quorũ ſinu non ſemper alitur veritas, eſſe Cathol. eccleſiæ epiſcopos aſſerunt, quod Caluinus de Catholicæ eccleſiæ miniſtris differẽs, exponit

Philip. in rep. cont. de rem. & iuſt.

Cal. cap. 8. par. 18.

nit in hūc modū: Quod si nulla hæsitatione accipiēda Caluin. c. 8. par. 86.
est quorumuis pastorū doctrina, quorsum attinebat
cauere nobis à falsis prophetis. Verùm catholicæ eccle
siæ pastores et doctores esse idoneos ministros, p quos
deus incolumē seruat suam Ecclesiā. Lutherū verò, et
illius successores esse falsos prophetas, per quos diabo-
bolus in Christi ecclesia seminat zizaniā, Dei verbū Ad Galat. cap. 1.
expressè docet, dicens: Miror quod sic tā citò transfe-
rimini ab eo qui vos vocauit in gratiā Christi, in ali-
ud euangeliū: quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui
vos cōturbant, et volunt cōuertere euangeliū Christi.
Quæ pfectò sententia tam cōuenit Germanis, quàm
Galatis. Siquidē Luthero, illiusq; successoribus, Chri-
sti Euangeliū conuertētibus, id est deprauantibus, nō
pauci Germani, ab antiquæ et catholicæ Ecclesiæ cō-
munione, et fide translati sunt, nedùm transferūtur
in aliud euangeliū. Sed ne euangelij prætextu fideles
à doctoribus decipiantur, illico Paulus veros et falsos,
doctores discernit, dicēs: Sed licet nos, aut angelus de
cælo euāgelizet vobis, præterquā quod euangelizaui
mus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc
iterum dico, si quis vobis euangelizauerit, præter id
quod accepistis, anathema sit. Quibus nimirum ver
bis significatur, veros doctores esse, qui antiquum
Euangeliū prædicant, falsos verò qui nouum anunci
ant: vnde nō illos, sed istos Christus cauendos præce-
pit. Neque hæc doctorum distinctio est confun-
denda, cum præcedenti distinctione. Siquidem illa
per vitæ prauitatem, hæc verò per doctrinæ varieta-
tem doctores distinguit. Inter has etiam distinctiones

hoc

hoc interest, quod doctor qui vitæ prauitate discernitur, non mutandus sed obseruandus est: qui verò doctrinæ varietate discernitur, is profectò non est obseruandus. Quia præter id quod Catholica ecclesia accepit, euangelizat. Huiusmodi enim doctores cauendos Christus præcepit, dicens: Attendite à falsis pro-
Matt. c. 7. *phetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, à fructibus ipsorum cognoscetis eos. Quæ quidem sententia non de pastoribus & doctoribus docentibus Christi Euangelium, iuxta Catholicæ ecclesiæ communem sensum, quales sunt Catholicæ ecclesiæ præpositi: sed de Luthero illiusq́ successoribus est intelligenda. Quandoquidem illi variè & contra Catholicæ ecclesiæ communem sensum docent. Nam veri prophetæ siue doctores sunt, qui perseuerantes in Catholicæ ecclesiæ cõmunione, & fide, atq; legitimo docendi munere functi, concorditer cum Catholica ecclesia docent: falsi verò Prophetæ sunt, qui non perseuerantes in Catholicæ ecclesiæ communione & fide, atque docendi munus sibi assumentes, aliter quàm credit Catholica ecclesia prædicant.* Inter veros & falsos Prophetas de scripturæ grammatico sensu conuenit, quæ quidem consensio, de sacræ scripturæ litera per ouile vestimẽ-
Vincentius Lirinensis. *tum significatur, quod Vincentius Lirinensis apertè satis exponit, cùm ait: Quid est vestitus ouium? nisi Prophetarum & Apostolorum proloquia, quæ eidem ouili quadam synceritate agni illi immaculato, qui tollit peccatum mundi, tanquam vellera quadam texuerunt? Qui sunt lupi rapaces, nisi sensus hæreti-*
corũ

corum feri & rapidi? qui caulas Ecclesiæ semper infestant, et gregem Christi quaqua possunt dilacerãt. Sed vt fallacius incautis ouibus obrepant, manente luporum ferocia, deponunt lupinam speciem, & sese diuinæ legis sententijs, velut quibusdam velleribus obuoluũt, vt quum quisque lanarum molliciem præsenserit, nequaquam aculeos dentium pertimescat. Iudæi profectò & hæretici ad astruendos suos errores literis vtuntur sacris: Verumtamen scripturæ natiuum sensum non apud sectarios, sed apud Catholicam ecclesiam esse testante Christo ex doctorum fructibus cognoscitur. Sectariorum siquidem fructus Vincentius Lirinensis exponit, dicens: Sed quid ait saluator? Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Id est, quum cœperint diuinas illas voces non iam proferre tantùm, sed etiam exponere, nec adhuc iactare solùm, sed etiam interpretari: tunc amaritudo illa, tunc acerbitas, tunc rabies intelligitur, tunc nouitium virus exhalabitur, tunc profanæ nouitates aperiuntur, tunc primùm scindi sepem videas, tunc transferri patrum terminos, tunc Catholicam fidẽ cædi, tunc Ecclesiasticum dogma lacerari. Tales erant hi, quos percutit Apostolus Paulus in secunda ad Corinthios dicens: Nam eiusmodi, inquit, Pseudoapostoli, operarij subdoli, transfigurant se in Apostolos Christi. Quid est, transfigurantes se in Apostolos Christi? Proferebant Apostoli diuinæ legis exempla, proferebant & illi: Proferebant Apostoli Psalmorum auctoritates, proferebant & illi: Proferebant Apostoli sententias Prophetarum, & illi nihilominùs Vincent. Lirinen.

profere-

proferebãt. Sed cùm ea quæ similiter protulerant, interpretari nõ similiter cœpissent, tunc simplices à subdolis, tunc infucati ab fucatis, tunc recti à peruersis, tunc postremò veri apostoli, à falsis apostolis discernebãtur. Huiusmodi esse Lutherum, ac illius successores res ipsa loquitur: quandoquidem illos non tantùm cũ Catholica ecclesia, sed secũ pugnare neminem latet. Quæ nimirum religionis dißidia, non spiritussancti fructus, sed carnis sunt opera. Paulus enim fructus spiritussancti, charitatem & pacem appellat: contra verò carnis opera, inimicitias, contentiones, æmulationes, iras, rixas, dissensiones, sectas & inuidias constituit. Quorũ fructuum post Lutheri prædicationẽ tanta est in germanica natione copia, quanta nunquam fuit in orbe. Siquidem Lutheri euangelium omnium sectarũ feracißimum est, tũ ad seditiones et bella, in Republica, tùm ad religionis dißidia germinanda.
Fructus igitur, ex quibus falsi prophetæ cognoscũtur, varia fidei doctrina est. Quare cùm omnis doctrina à cõmuni Catholicæ ecclesiæ sensu discordans sit hæresis, sectarij euangelizantes, præterquam quod Catholica ecclesia tenet, falsi sint prophetæ oportet: cõtrà verò pastores & doctores, euangelizantes id, quod Catholica ecclesia tenet, veri sunt prophetæ. Vnde fructus ex quibus veri prophetæ cognoscuntur, cõcors fidei doctrina est. Pastores siquidẽ & doctores non ad variam, sed ad vnam fidem docendã vocantur à deo, quod Paulus apertè satis testatur: Nam cùm dixisset: Et ipse dedit quosdã quidem Apostolos, &c. Subdidit donec occurramus omnes in vnitatem fidei. Et infrà: Ad Ephes. cap. 4.
Vt

Vt iã nõ ſimus paruuli fluctuantes, & circũferamur omni vento doctrinæ. Fidei certe & vnitas, & ſtabilitas non in cœtibus Confeßioniſtarum, Anabaptiſtarũ, & ſacramentariorum, ſed in Catholica eccleſia reperiuntur. Ante Lutheri quippe prædicationẽ Germanicarum eccleſiarum paſtores et doctores, quales quales fuerũt, populum ſibi commiſſum in fidei vnitate & pacis vinculo continebant, atq; Germanicæ eccleſia ſecum & cum cæteris Catholicis eccleſijs de fidei dogmatibus conſentiebant: tandem religionis tranquillitatem, quã beatus Paulus in Corinthijs deſiderabat, Germanica Eccleſia & Catholica, per paſtores & doctores, quos ſectarij falſos prophetas men daciter appellant, obtinebat. Obſecro autem, inquit, vos fratres, per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & nõ ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſcientia. At per ſectarios (qui reformandi Eccleſiam, offici um ſibi contra Dei ordinationẽ aſſumunt) Germanica Eccleſia tantùm abeſt vt vnitatẽ doctrinæ ſeruet, vt potiùs in illa maiora ſchiſmata, & plures ſectæ ſint, quàm vnquam fuerunt in alia natione. Vnde illa Pauli verba: Cùm enim ſit inter vos zelus & contentio, nonnè carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? Tam germanè de ſectarijs Germanis, quàm de Corinthijs vera ſunt. Quare paſtores & doctores Catholicæ eccleſiæ communionem & fidẽ conſeruantes, veri ſunt prophetæ, ſectarij verò diſſidia et hæreſes in Catholica eccleſia ſeminantes, falſi prophetæ & ſunt, & dicuntur.

1. ad Cor. cap. 1.

1. ad Cor. cap. 3.

In Catholica Ecclesia, Pastorum et doctorum continua succesione, fidei synceritas non est interrupta.

Cap. 95.

VErùm sectarij se quidem docere Euangelium, quod primitiua Ecclesia ab Apostolis accepit: Ecclesiæ verò Pastores & doctores docuisse præter-
Calu. ca. 9. para. 48. *quàm quod Apostoli euangelizarunt, constanter asserunt. Quod Caluinus testatum reliquit, dicens: Parùm autem me mouet, quæ in veterum scriptis de satisfactione passim occurrunt, video quidem eorum nonnullos, dicam simpliciter omnes ferè, quorum libri extant, aut hac in parte lapsos esse, aut nimis asperè ac durè locutos. Infrà etiam eandem confirmās*
Et ca. 8. para. 45. *sententiam, ait: Nec ipse ignoro, quàm vetustus sit chrismatis & exufflationis in baptismo vsus, quam non longè ab ætate Apostolorum, cœna Domini tacta rubigine fuerit, sed isthæc scilicet humanæ confidentiæ procacitas est, quæ se continere nequit, quin semper in Dei mysterijs ludat & lasciuiat. De pœ-*
Et cap. 19. para. 11. *nitentiæ quoque sacramento differens, inquit: Emen titum hoc Sacramentum ornarunt, quod decebat elogio secundam esse tabulam post naufragium. Et infrà: Sed dictum est Hieronymi cuiuscunq; sit, quin*
Philip. apolo. de miss. *planè impium sit, excusari nequit. Eiusdem sententiæ est Philippus, dùm ait: Et patrum magna dissimilitudo est, homines erant, & labi et decipi poterant, &c. Huiusmodi sanè, & alias similes calumnias sectarij aduersus priscos Ecclesiæ sanctos Pastores et doctores comminiscuntur, ne sanctorum auctoritatis*

pondere

pondere opprimi videantur. Nam etsi nonnullos Catholicæ ecclesiæ pastores & doctores propriam sequentes sententiam in aliquibus controuersis sententijs hallucinatos fuisse nemo dubitet, tamen pastores & doctores Catholicam ecclesiam obseruantes, eiusq; communionem colentes, circa fidei dogmata nunquam errasse, fide tenendum est. Nunquam errasse inquam, non quod illi prophetiæ donum habuerint, nec quòd in fide fuerint confirmati, sed quod illi in exponendis & proponendis dogmatibus iudicium suspẽdunt, & animum offirmant ad tenendam vnitatem cum Catholica ecclesia, vtpote fundata & confirmata est in fidei synceritate. Vt enim prophetæ non à semetipsis, sed Deo reuelante locuti fuêre: ita pastores et doctores catholicam ecclesiã obseruãtes, dogmata non à se excogitata, sed à Catholica ecclesia antiquitus, semper & vniuersaliter tradita, docuerunt. Quare pastores & doctores in Catholicæ ecclesiæ communione & fide perseuerantes, nunquam docuerũt præter id quod Apostoli euangelizarunt, & Ecclesia accepit: quia si illi aliquando aliter quàm Apostoli docuissent, profectò Catholica ecclesia euanuisset, quod impossibile est vtique. De Catholicæ siquidem ecclesiæ perpetuitate inter sectarios & catholicos conuenit: iuxta fidei articulum, Sanctam ecclesiam, vsque ad seculi consummationem permansuram omnes profitentur. Quod si præsentis vitæ Catholica ecclesia non semper constat ex eisdem hominibus, siquidem in Christo credentium quidam moriuntur, quidam verò nascuntur: Catholica ecclesia nihilominus

vna & eadem permanet. Sicut enim humana species in tam perpetuo hominum ortu & interitu non interrumpitur, imò propter continuam hominum successionem eadem perseuerat. Ita Catholica ecclesia credentium perpetua successione conseruatur, conseruatur inquam, non quod à credentibus pendeat Dei ecclesia, sed quod in syncera fide semper aliqui credẽtes succedant, ex quibus ecclesia cogitur. hoc enim est Ecclesiam esse perpetuam, & non defuturam. Igitur Apostolis, Apostolicisq; viris decedentibus, alij credentes, vsq; ad seculi consummationem sine intermißione succedant est neceße. Succeßores vero Apostolorum & apostolicorum virorum voco illos, quorum communione fide & ministerio Catholica ecclesia perpetuò continuatur. Atque huiusmodi esse priscos illos Patres, ac ordinarios pastores, & doctores, quorum auctoritatem sectarij contemnunt, vnius Sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ inchoatio & progressus euidentißimè docet. Dominus quidem noster Iesus Christus (cui nullus succedit, vtpote ille non deceßit) sua prædicatione Euãgelicam ecclesiam inchoauit. Quam posteà Ecclesiam, Christi Apostoli syncerum euangelium prædicando euexerunt. Istorum quoq; discipuli, scilicet viri Apostolici, doctrinã Apostolicam docendo eadem dilatarunt. Deniq; vna sancta Catholica & Apostolica ecclesia, illa met inquã, quam Christus inchoauit, & Apostoli prouexerunt. & Apostolici viri dilatarunt, ordinariorũ pastorũ et doctorum ministerio, vsq; ad Lutheri prædicationem fuit progreßa. Neque in hoc mirabili progres-

su Apostoli aliter quàm Christus, nec Apostolici viri aliter quàm Apostoli: nec ordinarij Pastores & docto res aliter quàm apostolici viri prædicauerũt. Siquidẽ vna sancta Catholica & apostolica ecclesia omniũ il lorum prædicatione propagata, cõtinuata et perpetu ata fuit. Quod tamẽ apud hæreticos nõ fit. Quippe il lis aliter prædicantibus quàm ordinarij Pastores, & doctores prædicabãt, catholica ecclesia illorũ ministe rio nõ continuata, sed interrupta fuit. Interrupta in quã, non quod Catholica ecclesia tunc nõ continuare tur per ordinarios præpositos, sed quod sectarij separã tes se à Catholica ecclesia, & varios et dißidẽtes cõsti tuerũt cœtus, ex quibus nullus est, qui Catholicæ eccle siæ cõmunionem colat, vt beatus Cyprianus exponit, dicens: Et dominus quoq; in Euangelio, cùm eũ loquẽ tem discipuli derelinquerẽt, cõuersus ad duodecim di xerit: Nunquid & vos vultis ire? Respõdit ei Petrus di cens: Domine ad quem ibimus? verbum vitæ æternæ habes, & nos credidimus & cognouimus, quoniam tu es filius Dei viui. Loquitur ille Petrus, super quẽ adi ficãda fuerat ecclesia, docẽs quia etsi cõtumax ac su perba obaudire nolentiũ multitudo discedat, Ecclesia tamẽ Christianorũ nõ recedit, et illi sunt ecclesia & plebs sacerdoti adunata, et pastori suo grex adhærẽs. Per Lutheri prædicationem Catholicã ecclesiam non fuisse cõtinuatã, res ipsa loquitur. Nã cùm ex Lutheri prædicatione tres illæ mõstrosæ & cõtrariæ sectæ, Ana baptistarũ scilicet, Sacramẽtariorũ, et Cõfeßionistæ rũ ortæ fuerint, impoßibile est, vnã Catholicã ecclesi am per illas tres continuari, nec etiam per singulas

Cypr. Epist. li. 4. episto. 9.

quoniam illarum vnaquaq; concionatur præter id, quod Catholica ecclesia accepit, quod scriptura etiã apertè satis testatur, dicens: Sed licet nos, aut angelus de cælo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus, et nunc iterum dico: Si quis vobis euangelizauerit, præter id quod accepistis, anathema sit. Quæ sententia sectarios apertè demonstrat: Lutherus quippe euãgelizauit, præterquam quod euangelizauerat, & præter id quod acceperat. Siquidem ille priusquam à fide defecisset, iuxta Catholicæ ecclesiæ communem sensum prædicauit, quod ex illius antilogijs manifestum est. Vnde Tertulliani sententia aduersus Marcionem, Lutherum euidenter reuincit. Et eò inquit magis mortuus es, qui non es Christianus: qui cùm fuisses, excidisti: rescindendo quod retrò credidisti: sicut & ipse confiteris in quadam epistola, & tui non negant, & nostri probant. Igitur rescindens quod credidisti, iam non credens rescidisti: non tamen quia credere desisti, rectè rescidisti. At qui rescindendo quod credidisti, probas, antequam rescinderes aliter fuisse. quod credidisti aliter. Illud ita erat traditum. Porrò quod traditum erat, id erat verum, vt ab eis traditum, quorum fuit tradere. Ergo quod erat traditum rescindens, quod erat verum rescidisti. Nullo iure fecisti. Sectarios nimirùm nullo iure recessisse ab Ecclesia, manifestè docuit Paulus, cùm non solùm prohibuit omnibus prædicare, præterquam quod Apostoli euangelizarunt, sed etiam prohibuit docere præter id quod Catholica ecclesia accepit. Quoniam idem

Ad Gala. cap. 1.

Tertul. lib. de carn. Christ.

idem Euangelium quod Apostoli tradiderunt, Catholica ecclesia & accepit, & custodit, & docuit. Quod nimirum Euangelium tam diu permansurum est, quàm diu Catholica ecclesia est duratura. Quod Irenæus sapientissimè exponit, dicens: Firma est autem & non ficta, & sola vera, quæ secundum nos est, fides, manifestam ostensionem habens ex his scripturis, quæ interpretatæ sunt, illo modo, quo prædiximus, & Ecclesiæ annunciatio sine interpolatione. Etenim Apostoli cùm sint his omnibus vetustiores, cõsonant prædictæ interpretationi, & interpretatio cõsonat Apostolorum traditioni. Eandem sententiam infrà euidentiùs exponit, dùm ait: (Agnitio vera est Apostolorum doctrina, & antiquus ecclesiæ status, in vniuerso mundo, & charactere corporis Christi, secundum successiones Episcoporum, quibus illi eam, quæ in vnoquoq; loco est ecclesiam tradiderunt, quæ peruenit ad nos, custodita sine fictione scripturarum, tractatione plenissima) neq; ablationem recipiens lectio sine falsatione & secundum scripturas expositio legitima, & diligens, & sine periculo, & sine blasphemia, & præcipuum dilectionis munus, quod est preciosiùs quàm agnitio, gloriosiùs autem quàm prophetia, omnibus autem reliquis Charismatibus supereminens: tantùm ille. Quod si cessantibus prophetiæ & miraculorum donis Catholica ecclesia Irenæi temporanea in fidei synceritate perseuerabat adhuc, igitur cum illamet Ecclesia sine interruptione progressa fuerit, vsq; ad præsens tempus, & progredietur vsq; ad sæculi consummationem, in eadem fidei synce-

Iren. li. 3. c. 25. et li. 4. cap. 63.

ceritate perseueret oportet. Siquidem illa easdem promißiones, quas tunc habuit, nunc quoq; habet. Vnde Philippi sententia, nempe idem accidit post Apostolos amissa luce Euangelij, &c. hæretica est. Siquidem Euangelica lux, non in catholica ecclesia, sed in cœtibus sectariorum est amissa. Quandoquidem sectarij docuerunt præterquam quod apostoli euangelizarunt, & præter id quod Catholica ecclesia accepit. Sicut enim olim circa diuinarum personarum consubstantialitatem non Catholica ecclesia, nec ordinarij pastores & doctores in ecclesiæ communione, & fide perseuerantes: sed Arius illiusq; sectatores ab Euāgelica luce aberrarūt, ita circa religionis dogmata in præsenti sæculo controuersa, non catholica ecclesia, nec eius ordinarij pastores & doctores: sed Lutherus, Caluinus, Philippus, cæteriq; sectarij errant. Catholica siquidem Ecclesia, quò in sui vniuerso progressu semper est vna atque non alia, sed eadem quæ fuit à principio, permanet, eò vnam fidei doctrinā, non variam, sed concordem perpetuò profitetur. Ex quo necesse est, quod fideles succedentes in Catholica ecclesia cum decedentibus in fide consentiant.

Catholicæ ecclesiæ perpetua episcoporū successione, fidei synceritas conseruatur.

Cap. 96. *QVare decedentibus Christi discipulis tantùm abest, vt Catholicæ ecclesiæ ordinarij præpositi de fidei regula declinauerint, vt potiùs illorū ministerio Catholica ecclesia in fidei synceritate permanserit. Quandoquidē cum Catholica ecclesia,*

nō modo ex præsentibus, verùm ex decedētibus, et succedentibus fidelibus cōstat, tum continua fideliū successio sine Episcoporum perpetua successione perseuerare non possit. Siquidē perpetua Episcoporum successione in Catholica ecclesia syncera fides propagatur. Verùm sectarij ad deturbandā vnam sanctā catholicam & apostolicam ecclesiā, & stabiliendos suos dissidentes cœtus episcoporū, cōtinuam successionē, nō solùm non esse necessariam, sed esse perniciosam asserunt. Philippus enim ait: Quare cùm hæc nomina audis, successio ordinaria, potestas interpretationis, potestas ferendarū legum, scias insidias veræ doctrinæ strui, & quæri prætextus ad stabiliendos errores in ecclesia. Eiusdē sententiæ est Caluinus, dicens: Perpetua Episcoporū successione conseruatā fuisse, (scilicet fidem et ecclesiam) ne intercideret. Cōmemorāt quanti hanc successionem fecerint Irenæus, August. & alij. Quàm friuola sint ista, & planè ludicra, &c. Sed illos in hac parte contra fidem errare manifestū est, quandoquidem Episcoporum successione ecclesia propagatur, quod diuina scriptura manifestè docet, dùm ait: In Christo Iesu per Euangeliū ego vos genui. Quo in loco Paulus sanè per generandi verbū, prædicandi officium significat. Sicut enim excepto primo parente, nullus homo nascitur sine parentibus, & homines steriles & vacātes à generandi officio, nō pcreāt: ita in Catholica ecclesia excepto Christo, ecclesiæ capite, & prophetis, nullus fidelis ordinariè credit sine prædicante, nullus etiam syncerè prædicat, nisi fuerit à Catholica ecclesia legitimè vocatus. Quę

Philipp. in locis de Ecclesia.

Calu. ca. 8.

duo Paulus apertè satis explicauit, cùm dixit: Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? Quibus certè verbis beatus Paulus verbi Dei auditores ordinarijs concionatoribus, ordinarios verò concionatores, catholicæ ecclesiæ alligauit. Siquidem illis neruis diuina ordinatione institutis, cùm successio, & fidelium & Episcoporum continuatur, tum in catholica ecclesia syncera fides conseruatur. Ad conseruandam enim in Ecclesia viuæ vocis doctrina, synceram fidem, nihil magis commodare potuit, quàm diuina illa ordinatio, quam Paulus exposuit, cùm dixit: Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? Diuina sanè ordinatio est, quod nemo Dei verbum prædicet, nisi fuerit vocatus: vocatus inquã, ordinaria & solẽni vocatione, quæ ad publicũ ecclesiæ magistratũ spectat. Siquidẽ Paulus huiusmodi vocationem in prædicante requirit, qua syncera fides in Catholica ecclesia conseruetur. Quod fit, dum concionatores ad prædicandam fidem, quam Catholica ecclesia profitetur, legitima vocatione astringuntur. Nam qui ab alio est missus, non suas cogitationes, sed mittentis exponat oportet: idonei verò pastores & doctores à Catholica ecclesia ritè vocati, suum retinentes officium, nunquam deficiunt, ex quo perpetua pastorum & doctorum successione, syncera fides ne intercideret, fuit conseruata. Quam certè sententiam sectarij in Episcoporum inuidiam constanter negant, quandoquidem illæ voculæ, perpetua Episc oporum successio, opprimunt eos. Quibus

exclusis

exclusis cum Catholicis consentiunt, quod Caluinus illud Pauli, Et ipse dedit quosdam quidem Aposto-los,&c. exponens apertè satis testatur, dicens, His verbis, cùm illud ostēdit hominum ministerium, quo Deus in gubernanda Ecclesia vtitur, præcipuum esse neruum, quo fideles in vno corpore cohæreant: tum verò etiam indicat, non aliter incolumem seruari ecclesiam posse, quàm si his præsidijs fulciatur, in quibus salutem eius reponere domino placuit. Notandū tamen, quòd Caluinus non dixit Episcoporum, sed hominum ministeriorum. In quo ille manifestè deprauat Dei verbum. Paulus siquidem non dixit: Qui prædicabunt, nisi homines? sed quomodo prædicabunt, nisi mittantur? quibus nimirum verbis significatur, quòd prædicatio, cui habenda est fides in religione, non est tantùm hominis, sed hominis ritè vocati, ad ecclesiasticum munus, quod certe munus, nō humanum, sed diuinum est, vt Paulus exposuit, dicens: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & doctores, &c. Ad quæ munera, etsi aliqui homines per alios vocantur, id est, ordinantur, tamen huiusmodi ministrorum ordinatio, non humana, sed diuina est. Sicut enim fideles, quos Ecclesia baptizat, non homo, sed Christus baptizat, vtpote homo per ministerium, Christus verò per potestatem baptizat: ita Pastores & doctores quos Catholica ecclesia mittit, id est ordinat, non homo, sed Christus est, qui mittit ac ordinat, quandoquidem Ecclesia Christi est ministra in conferendis illis diui-

Calu.ca. 8. para. 16.

nis muneribus. Quorum duo scilicet Pastores & doctores perpetuò durare in Catholica ecclesia omnes affirmant. Vnde dicendum fuerat Caluino, illud Episcoporum ministerium, quo Deus in gubernanda ecclesia vtitur, &c. Atque ita secundum illius sententiam diuina præsidia, quibus Dei ecclesia fulcitur, & sine quibus illa non potest seruari incolumis, & in quibus ecclesiæ salutem reponere domino placuit, Pastorum & doctorum, à Catholica ecclesia, vocatorũ ministeria sunt. Quæ etiam cum Catholica ecclesia perpetuò duret, perpetua sint oportet. Quoniam nisi his præsidijs fulciatur, incolumis seruari Ecclesia non potest. Ministeria etiam perpetua, perpetuos ministros requirunt (vt cælorum perpetuus motus perennem mouentem requirit) igitur vt Episcoporum ministeria, in quibus Ecclesiæ salus à Domino est reposita, perpetuò durent, perpetua Episcoporum successione est opus. Neq; à perpetua Episcoporum successione diuina promissio est submouenda. Quippe sicut remissionis peccatorum promissionem habet baptismus: ita etiam ordinatio Ecclesiasticorum ministrorum prædicandi syncerum Euangelium promissionẽ habet. Quæ quidem promissio etsi in singulis Episcopis (non Dei promittentis defectu, sed ordinati hominis culpa) non adimpletur, tamen in perpetua Episcoporum successione semper est efficax. Nam prædicandi syncerum Euangelium promissio, definitè non singulis Episcopis, sed perpetuæ Episcoporũ successioni facta est. Vt testatur scriptura: Matt. c. 28. *Euntes ergo, inquit, docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine*

ne Patris, & Filij, & Spiritussancti, docentes eos seruare omnia quæcunq; mandaui vobis, et ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsq; ad consummationẽ sæculi. Quibus verbis expreßè significatur, Christũ suam specialẽ aßistentiam nõ solum discipulis, sed etiam perpetuæ Episcoporũ succeßioni promisisse. Quandoquidẽ nõ discipuli, qui tũc aderant et mortui sunt, sed perpetua Episcoporũ succeßio vsq; ad sæculi consummationẽ in prædicandi officio est. Atq; ita diuina ordinatio de prædicando Euangelio pseuerat, tùm etiam diuina promißio Episcopis facta est efficax, et perpetua quoq; Episcoporum succeßione syncera fides ne intercidat, in Catholica ecclesia cõseruatur: cõseruatur inquã fides, nõ succedentiũ hominũ viribus aut ingenio, sed diuina promißione perpetui Episcopatus muneri iniuncta. vtpote perpetuã Episcoporũ succeßionẽ concorditer prædicare syncerã fidem, nõ Episcoporũ naturæ, sed dei gratiæ tribuendũ est. Quam obseruationẽ non attendentes sectarij, Episcoporũ odio, diuinæ ordinationi, nẽpe Episcopatui resistunt, imò diuinã gratiam iniũctam ministrorũ vocationi, modò negant, modò affirmant: negant quidẽ, cùm Episcopatus continuam succeßionem, friuolam, ludricam, et insidias contra Euangelij synceritatem appellant. Affirmãt verò, cùm Ecclesiam sine Episcoporũ ministerio nõ posse incolumẽ seruari cõcionantur. Calui. certè perpetuã Episcoporũ succeßionẽ habere diuinas pmißiones, illud Pauli, qui omnia in omnibus adimplet, exponẽs, apertè satis testatur, dùm ait: Hæc autẽ adimplendi ratio. Quod per ministros quibus officiũ Calu. ca. 8. para. 17.
hoc

hoc mandauit, & muneris obeundi gratiam contulit. sua dona distribuit Ecclesiæ, seq; adeò ipsum præsentem quodammodo exhibet, spiritus sui virtutem in sua hac institutione exercendo, ne inanis sit vel otiosa. Quibus nimirum verbis Caluinus aduersus suam sententiam, euidenter affirmat, perpetua Episcoporum successione synceram fidem conseruari in Ecclesia. Siquidem diuina illa institutio, id est, pura Dei verbi doctrina, non ab alijs, quàm ab ordinarijs Pastoribus & doctoribus, syncerè profitetur, sine qua Catholica ecclesia, non minus non potest perstare, quàm sine baptismo. Igitur ne diuina institutio intercidat in Ecclesia, perpetua Pastorum & doctorũ successione conseruetur est opus. Episcoporum enim successio ad prædicandi munus vocata, semper est in officio, quandoquidem illi Deus suas promissiones ad munera obeunda confert, ne ministrorum verbi dei ordinatio inanis sit, vel otiosa.

Vbi legitima Episcoporum successio, ibi vera Ecclesia et syncera fides.

Cap. 97. *PErpetua certè Episcoporum successione, non solùm syncera fides, sed etiam Apostolorum Episcopatus in Catholica ecclesia continuatur. Nã episcopatus sub quo Euangelica ecclesia initium habuit, non est variatus. Vt videre licet in Romana ecclesia, in qua beati Petri episcopatus perpetua episcoporum successione continuatur, quæ nimirum episcopatus tam perpetua successio, Dei donum est vtiq;. Imò ut Christi baptismus in Catholica ecclesia temporis*

succ essu non est variatus, sed vnus & idem perseuerat, ob idq; semper easdem promissiones habet: ita Ecclesiasticorum ministrorum ordinatio in Catholica ecclesia nunquam variata, sed eadem perseuerans, easdem promissiones habet, & habebit etiam. Quare Irenæus, Augustinus, cæteriq; prisci & neoterici Catholicæ ecclesiæ Patres, perpetuæ episcoporum successioni detulerunt, vtpote episcopatus diuina est ordinatio, diuinasq; promissiones habet. At sectarij ingrati diuinæ gratiæ, dei ordinationi resistũt, dùm perpetuæ episcoporum successioni resistunt. Catholici quidem patres, in perpetua episcoporum successione, non hominũ naturam, nec mores, sed diuinam ordinationem, quam Christus constituit, coluerunt. Siquidem Dei donum cæteris rebus ad conseruandam in ecclesia syncer im fidem, præstat. Christus quippe Pastores & doctores dedit ecclesiæ, vt illorum ministerio, Dei assistente dono, syncera fides cõseruetur. Sicut enim homo non videt sine oculis, nec loquitur sine lingua, oculi etiã separati à corpore nõ vident, nec lingua præcisa loquitur, ita Catholica ecclesia sine pastoribus & doctoribus non docet, ne pastores & doctores à Catholicæ ecclesiæ communione & fide separati, synceram fidem docent. Nemo siquidem testante Apostolo credit sine prædicante, nemoq; prædicat nisi ab ecclesia vocatus, vtpote Pastores et doctores sunt ecclesiæ oculi & lingua. Hinc est, quod vbi perpetua episcoporum successio reperitur, ibi esse Catholicam ecclesiam & synceram fidem, firmiter credendum est. Quandoquidem Catholicam ecclesiam

siam

ſiam ſeparari à perpetua Epiſcoporum ſucceſsione, aut perpetuam Epiſcoporum ſucceßionem ſeparari à Catholica *eccleſia eſt impoßibile. Quoniam perinde ac naturale corpus membrorum & commiſſuris & compagibus perſtat, ita Catholica eccleſia perpetuò Paſtorum & doctorum miniſterio in pacis communione, & fidei ſynceritate conſeruatur. Epiſcoporum ſanè cum cæteris fidelibus compagem Cyprianus ſapientiſsimè exponit, dicens: Illi ſunt eccleſia & plebs ſacerdoti adunata, & Paſtori ſuo grex adhærens (vnde ſcire debes, Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo, & ſi qui cum Epiſcopo non ſint, in Eccleſia non eſſe) & fruſtrà ſibi blandiri eos, qui pacem cum ſacerdotibus Dei non habentes obrepunt, & latenter apud quoſdam communicare ſe credunt: cùm Eccleſia, quæ Catholica vna eſt, ſciſſa non ſit, neque diuiſa, ſed ſit vtique connexa, & cohærentium ſibi inuicem ſacerdotum glutino copulata. Ex quo extra Catholicam eccleſiam, nec purum Dei verbum, nec idoneos Paſtores & doctores reperire licet. Syncerum quidem Dei verbum, ſi diuina ſcriptura non ſtaret, perpetuò Paſtorum & doctorum miniſterio conſeruatur. Siquidē ante ſcriptā legem, patriarcharū ſucceſsione, et ante apoſtolicarū ſcripturarū editionem, & promulgationem apoſtolorum & doctorum Catholicæ eccleſiæ communionem obſeruantiū prædicatione, ſyncerum Dei verbū fuit conſeruatum, ne intercideret. Atque illorum aucto-*

Cypri. l. 4. Epiſt. 9.

ritate

ritate fideles hæresin & fidem discreuere. Verùm si quis nullam vspiam Ecclesiam esse fingat, concedat oportet, nullum esse Dei verbum, nullosq́; esse idoneos pastores & doctores. Sed pastores & doctores ad Dei verbum prædicandum, esse ab Ecclesia vocatos, testatur Paulus, cùm ait: Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Quare Ecclesia non existente, aut illa penitus ignota, nulli pastores & doctores ritè vocarentur, nulliq́; fuissent idonei pastores. Quod si ita esset, Quomodo audient populi verbum Dei sine prædicante? nempe à Catholica Ecclesia ritè vocato: quomodo etiam credent eum quem non audierunt? quomodo etiam diuinam & humanam scripturam, fidem, & hæresin distinguēt? Solo enim Dei verbo illa non possunt discerni quoniam non aliter quàm per Ecclesiā Dei verbum innotescit. Vnde si nulla Ecclesia vsquam fuisset, nulla religio, nullumq́; Dei oraculum fuisset, immò sicut si nullum animal fuisset, nec oculus, nec auris, nec lingua fuisset: ita si fingamus nullam vsquam Ecclesiam esse, nec Apostoli, nec Prophetæ, nec Euangelistæ, nec pastores & doctores, & per consequens nec Dei verbum erit, quia sicut corporis membra nō sunt sine corpore, ita nec Apostoli, Prophetæ, euāgelistæ, pastores et doctores esse possūt sine ecclesia. Vbi igitur pꝑetua pastorū & doctorū successio, ibi & Cathol. Ecclesia & syncerum Dei verbum est. Quam sententiā sacri antiqui doctores cōcorditer exponūt. Iren. lib 3. cap. 3. *Irenæ. enim ait: (Traditionē itaq; Apostolorū in toto mūdo manifestatā in ecclesia adest pꝑspicere omnibus q̃ vera velint audire, & habemus annumerare, eos q*

ab

ab Apostolis instituti sunt episcopi in ecclesijs, & suc cessores eorũ vsq; ad nos) qui nihil tale docuerũt, neq; cognouerũt, quale ab his deliratur. Et infrà: Sed quo niam valde longum, in hoc tali volumine omnium ec clesiarum enumerare successiones, maximæ & antiquissimæ & omnibus cognitæ, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo, Romæ fundatæ & constitutæ ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per successiones episcoporum peruenientem vsque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam præterquam oportet, colligunt. Et paulò post eandem sententiam clariùs exponit, dùm ait: Quapropter eis, qui in ecclesia sunt presbyteris, obaudire oportet, his qui successionem habent ab Apostolis, sicut ostendimus, qui cum episcopatus successione charismata veritatis certũ, secundum placitũ patris acceperunt. Reliquos verò qui absistũt à principali successione, et quocũq; loco colligũtur, suspectos habere, vel quasi hæreticos & malæ sententiæ, vel quasi scindẽtes & elatos, & sibi placentes: aut rursus vt hypocritas, quæstus gratia & vanæ gloriæ hoc operantes. Eandẽ sententiã beatus Augustinus sapientissimè exponit, dicens: Cùm igitur tantum auxilium Dei, tantum perfectũ fructumq; videamus, dubitabimus nos eius ecclesiæ condere gremio, quæ vsq; ad confessionem generis humani ab Apostolica sede per successiones Episcoporũ, frustrà hæreticis circum latrantibus, & partim ple-

Iren. lib. 4, cap. 3.

Aug. de vtilit. cred. cap. 17.

bis

bis ipsius iudicio, partim conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis, culmē auctoritatis obtinuit. Cui nolle primas dare, vel summa profectò impietatis est, vel præcipitis arrogantiæ. Nam si nulla certa ad sapientiam, salutemq́; animis via est, nisi cùm eos ratione præcolit fides, quid est aliud ingratum esse opi atque auxilio diuino, quàm tanto labore prædita auctoritate velle resistere.

Catholicæ Ecclesiæ episcoporum succesſio, legitima electione continuatur. Cap. 98.

VErùm Caluinus aduersus perpetuam Episcoporum succeſsionem obijcit, dicens: Hoc constat à centum annis, vix centesimum quemq; fuiße electum, qui sacræ doctrinæ aliquid teneret: si de moribus fiat censura, paucos aut propemodum nullos reperiemus, quos non indignos veteres canones iudicassent: si hæc vera sunt, nulla hodie, neque diuino, neq; ecclesiastico iure canonica electio in toto papatu superest. Quæ sanè sententia, quàm impudentiſsimum mendacium sit, res ipsa loquitur. Siquidem in Tridentino concilio Caluini sæculo celebrato, Episcoporū, rara tū virtute, tùm eruditione magna fuit frequētia. Sed ille hæretica licentia, Pastorū & doctorū, in Catholica ecclesiæ communione, & fide perseuerantium, electiones, tùm sacræ eruditionis defectu, tùm morum malitia non fuisse canonicas comminiscitur. Verùm illius insolentia & temeritas beati Cy-

Gal. cap. 8. para. 37.

Cypr.li.4. epist. 9. priani, in Pupianum verbis, faciliter retunditur. Animaduerto inquit, te mores nostros diligenter inquirere, & post Deum iudicem qui sacerdotes facit, te velle, non dicam de me (quantus enim ego? sed de dei & Christi iudicio iudicare) hoc est, in Deum non credere, hoc est, rebellem aduersus Christum & aduersus euangelium eius existere, & cùm ille dicat: Nonnè duo passeres asse veneunt, & neuter eorum cadit in terram sine patris voluntate? & probat maiestas eius, & veritas sine consensu, & permissu Dei, etiam minima non fieri (tu existimes sacerdotes Dei sine consensu eius in ecclesia ordinari? Nam credere quod indigni & incerti sint qui ordinantur, quid aliud est, quàm credere quod non à Deo, nec per Deum sacerdotes eius in ecclesia constituantur?) Infrà etiam ait: Quis autem nostrûm longe est ab humilitate, vtrumné ego (qui quotidie fratribus seruio, & venientes ad ecclesiam singulos benignè, & cum voto & gaudio suscipio) an tu, qui te Episcopum episcopi, & iudicem iudicis ad tempus à Deo datis constituis? cum quibus etiam conueniunt hæc quæ sequuntur. Annue aliquando & dignare pronunciare de nobis, & Episcopatum nostrum cognitionis tuæ auctoritate firmare, vt Deus & Christus eius, agere tibi gratias possint, quod per te antistes & rector altari eorum pariter & plebi restitutus sit: tandem mutato non argumento sed Pupiani nomine, in Caluini nomen, cum beato Cypriano perpetua Episcoporum successio, inquit: Caluinus solus integer, inuiolatus, sanctus, pudicus, qui nobis miscere se noluit, in paradiso atque in regno

gno cælorum solus habitabit: tantùm ille. Etsi Catholica ecclesia aliquos quidem Episcopos non fuisse canonicè electos, alios verò, non idoneos fuisse canonicè electos, iuxta humanam imbecillitatem affirmare non est temerarium, tamen existimare à centum annis in continua Pastorũ & doctorum successione vix centesimum quemq; fuisse canonicè electum, hæreticum nedum temerarium est. Siquidem non solùm in Christi ministros est contumelia, sed in Christum catholicæ ecclesiæ caput est blasphemia. Catholica certè ecclesia in ordinandis quidem ministris, quantũ attinet ad ordinis sacramentũ, secundum diuinam scripturam & Ecclesiæ traditionẽ certam regulam tenet. Presbyteri namq; ab Episcopo, episcopi quoq; ab episcopis perpetuò ordinati, et cõsecrati fuerunt: quantũ verò attinet ad ministrorũ electionẽ ad munera obeũda, vti est electio Episcoporũ, nec ex sacra scriptura, nec ex traditione potest peti certa regula: quandoquidẽ ecclesiæ præpositi aliquãdo à plebe, aliquãdo à clero, aliquãdo à magistratibus, aut ecclesiasticis, aut ciuilib. eligebãtur. Et licèt de eligẽdis ecclesiæ ministris in diuina scriptura expressè non tradatur certa regula, illa maximè quã catholica ecclesia instituit, obseruãda est. Quã sententiã Calui. modò affirmat, modò negat. Est quidẽ et illud fateor et optima ratione sancitũ in Laodicẽsi concilio, ne turbis electio pmittatur. At infrà ait. Verũetiã si nihil aliud mali foret, qui tamẽ hoc excusare poterũt, quod ita spoliauerint suo iure ecclesiã? Sed sicut enim catholica ecclesia, nõ quòd verbi Dei & sacramentorum habet determinatos

Calu. ca. 8. p. 25. et 57.

ministros eò potestate administrandi priuatur, ita non quod ad eligendos Pastores & doctores habet determinatos ministros eò spoliatur suo iure, nempe eligendi potestate. Quandoquidem tales ecclesiæ ministri instrumenta sunt, quibus perinde ac homo lingua loquitur, ita ecclesia pastorum & doctorum ministerio omnia & singula ecclesiastica munia exequitur. Nam ministrorum electores sunt ecclesiæ membra, & illorum ministerio, ecclesia eligit Pastores, & Pastores etiam electi ab illis, à Deo, & ab ecclesia eliguntur. Ad publicum quidem ecclesiæ bonum, eligendi prouinciam non esse penes populum, præstat. Sicut enim rerum dominia, etsi lege diuina non fuerint distincta, tamen ad publicam pacem, rerum distinctio non tantùm expediens, sed necessaria est: ita quamuis diuina lege non sit definitum, quibus priuatis personis eligendi ecclesiæ ministros, potestas conueniat, tamen ad conseruandam ecclesiæ pacem eligendi prouincia non penes plebem, sed penes determinatos fideles, siue ecclesiasticos, siue seculares, sit oportet. Verum quidem est, quod ad transferendum eligendi prouinciam à populo in clerum, aut à clero in præpositos iusta causa, tum legitima potestas requiritur. Iusta autem est causa, quam beatus Augustinus exponit, dicens: Ergo si populus sit benè moderatus & grauis, communisq; vtilitatis diligentissimus custos, in quo vnusquisque minoris rem priuatam, quàm publicam pendat, nonnè rectè lex fertur, qua huic ipsi populo liceat creare sibi magistratus, per quos sua res, id est, publica administretur?

Aug. 1. de li. ar. ca. 6.

tur? EV. Rectè prorsus. AV. Porrò si paulatim deprauatus idem populus, rem priuatam reipublicæ præferat, atque habeat venale suffragium, corruptusq; ab eis qui honores amant, regimen in se flagitiosis consceleratisq; committat, nonne item rectè, si quis tunc extiterit vir bonus, qui plurimùm possit, adimat huic populo potestatem dandi honores, & in paucorum bonorum, vel etiam vnius redigat arbitrium? EV. Et id rectè. Laudicensis quidem concilij statutum de eligendis ministris optima ratione fuisse sancitum, Caluinus asseruit: sed illud ob electorum abusum damnat, atq; abrogari desiderat vt exponit dùm ait: Cur ergo eligēdi prouinçia à populo ad istos *translata est? quia scilicet inter populi tumultus & factiones non exaudiebatur Dei verbum, & cur hodie ab istis rursum non transfertur? qui non modò leges omnes violant. Et infrà: deniq; in hunc finem conferuntur sacerdotia, non vt ecclesijs sit prospectum, sed his qui accipiunt. Verùm etsi idoneorum Episcoporum electio ab ecclesia summo affectu desideratur, & electores in eligendis Episcopis publicæ vtilitati, priuata commoda præferunt, tamen nō ob istas causas omnes electiones sunt irritæ, nec eligēdi regula, ab ecclesia sancita, à quouis est abroganda. Sectariorum enim ingenium est, ob legum abusus, leges tollere, quod si fit, vniuersus profectò mundus è medio esset tollendus, quandoquidem plures sunt qui malè, quàm qui benè hoc mundo vtuntur. Quod si publico Catholicæ ecclesiæ bono mutare regulam eligendi ministros expedierit, variandi nimi-*

Calu. ca. 8. p. 37. et 38.

rum potestas, non penes Reipublicæ magistratus, nedum penes sectarios, & schismaticos, sed penes Catholicam ecclesiam est. Laudicense siquidem concilium, à sexta generali synodo confirmatum, eligendi prouinciam à populo in clerum transtulit, nō reipublicæ magistratus, non hæretici, nec schismatici. Quare cùm Catholica ecclesia circa ministrorum electionē tantam potestatem habeat in præsenti sæculo, quantā olim habuit, ad illā spectat variare regulā eligēdi ministros, & abusus extirpare. Quorum cùm neutrū executioni mandatur, religionis synceritas sensim labefactatur, & hæreses & schismata indies magis magisq; grassantur. Siquidem eligere in ecclesiæ Episcopos non idoneos ad docendam plebem, nec ad fidei rationem reddendam, & Episcopum ciuilia munia per se, ecclesiastica verò sacramenta, & verbi dei ministerium per cōductitios ministros exequentem, ab officio non deponere, & ei, qui vix ad vnum beneficium, aut potiùs ad nullum est idoneus, conferre plura beneficia, religionis christianæ pernicies, nedum mōstra sunt. De huiusmodi enim & similibus Christus ait: Væ mundo à scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala: Verùntamen væ homini illi, per quem scandalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proijce abs te. Verum enimuero schismata & hæreses maiorē calamitatē ecclesiæ intulerunt, quàm iniquæ pastorum & doctorum electiones. Nam illis ecclesiæ pax turbatur, illis fidei vnitas scinditur, per malos verò Episcopos licèt disciplina corrumpatur, & fides quodāmodo

dămodo iaceat, non inde fit, quin plebs fidelium in catholica ecclesia communione & fide contineatur. Siquidem penes Catholica ecclesia Episcopos Christi promißiones sunt efficaces. Efficaces inquam, non malorum Episcoporum merito, sed Dei munere iniuncto canonici ordinationi, quod munus penes sectariorum & schismaticorum concionatores non reperitur, siquidem extra Catholicam ecclesiam, non est reperire canonicam electionem.

Pastores & doctores à Catholica ecclesia non ordinati, à Deo non sunt vocati.

Caput 99.

Christi quidem discipuli non ab ecclesia, sed à Christo ecclesiæ capite fuerunt vocati, illorum verò successores omnes (nemine excepto) ecclesiæ ministerio ad prædicandi munus vocentur est necesse. Siquidem Paulus Apostolus ab ecclesia Antiochena ordinatus fuit Apostolus. De qua ordinatione Caluinus ait: Quanquam sic Paulum singulari prærogatiua Dominus per se ipsum designauit, vt disciplina ecclesiæ vocationis interim vteretur. sic enim refert Lucas: Ministrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis Spiritussanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quos assumpsi eos. Tunc ieiunantes, & orantes, imponentesq́; eis manus, dimiserunt illos. Quæ verba in hunc modum exponit Caluinus. Quor- AdCor.13. Calu.ca.8. par. 25.

Quorsum isthæc segregatio & manuū impositio, postquam suam electionem testatus est spiritus sanctus, nisi vt ecclesiastica disciplina in designandis per homines ministris conseruaretur? Quam profectò sententiam, si ille cum suis colleigs obseruasset, ecclesiasticorum dissidiorum bona pars è medio sublata fuisset. Sectarij igitur postquam ex Catholica exierint, illorum nullus à Catholica ecclesia ad prædicandi munus est ritè vocatus. Quam sententiam Caluinus non negat, dùm ait: Iam verò quod reos schismatis & hæreseos nos agunt, quia dissimilem doctrinam prædicamus, & suis legibus non paremus, & seorsum conuentus, etc. infrà etiam eandē affirmat sententiam, dicens: Et clamitent hæreticos nos esse, qui ab ipsorum ecclesia recesserimus, cùm nulla alienationis causa fuerit, nisi hæc vna, quod puram veritatis professionem nullo modo ferre possunt. Quibus profectò verbis Caluinus se esse hæreticum fatetur, vtpote de illo & similibus scriptura ait: ex nobis exierūt, sed non erant ex nobis. Ecclesia siquidem à qua ille recessit, & à qua se alienauit, Catholica ecclesia est vtique. De qua, & de separantibus se ab illa, Cyprinus ait: Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est & pudica. Vnam domum nouit, vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. Hæc nos Deo seruat, hæc filios regno quos generauit, assignat. Quisquis ab ecclesia segregatus adulteræ iungitur, à promissis ecclesiæ separatur. Nec pertinet ad Christi præmia, qui relinquit ecclesiam Christi. Alienus est, profanus est, hostis est, habere iam non

Caluin.c.2. 8.par.12.

Cypria. de simp.præl.

non potest Deum Patrem, qui ecclesiam non habet matrem. Sectarijs certè prætexendi diuinam vocationem non relinquitur locus, quandoquidem Paulus etsi à Deo miro modo fuit uocatus, ecclesiæ vocationem non subterfugit, illos verò non fuisse à Deo vocatos, à posteriore demonstratur. Nam dogmata in quibus à Catholica ecclesia discordant, non audierũt à prædicante. Sic Arius illud hæreticum dogma, quod filius non esset patri consubstantialis, non didicit à prædicante, siquidem ille fuit inuentor illius erroris. Lutherus etiam quarundam hæresum inuentor, aliarum verò antiquatarũ sectator extitit. Quas tamen ille à prædicante non didicit. Sectarij igitur in credendis suis sectis, Catholicam ecclesiam non habent matrem, & per consequens nec Deum habent Patrem, siquidem Deus neminem generat per euangelium sine prædicante, à Catholica ecclesia ritè vocato. Deinde non habent etiam ecclesiam matrem, quia non Catholicæ ecclesiæ sensum, sed propriũ prædicant, ex quo manifestè constat, illos in prædicandis religionis dogmatibus ecclesiæ vocationem non seruare. Quod si illi se non præsentis, sed antiquæ ecclesiæ & Dei sensum, à quo se fuisse missos gloriantur, exponere dixerint, sciant oportet, se in hac parte hallucinari. Quandoquidem profitentes contraria & noua dogmata, non Dei, nec ecclesiæ sensum, sed sathanæ cogitationes exponunt. Quare si Lutherus suum Euangelium à nullo Catholico prædicante accepit, tùm ad prædicandi munus à Catholica ecclesia non fuit vocatus, illius, ac successorum eius prædica-

tione tantum abest, vt vna sancta Catholica & apostolica ecclesia continuetur, vt potiùs discindatur. Lutherum verò eiusq́; successores non fuisse à Deo vocatos, sed illos prædicandi munus sibi assumpsisse, Cyprianus apertè satis exponit, dicens: Hi sunt qui se vltro apud temerarios conuenas, sine diuina dispositione præficiunt, qui se præpositos sine vlla ordinationis lege constituunt, qui nemine Episcopatum dante, Episcopi sibi nomen assumunt. Quos designat in Psalmis Spiritussanctus, sedentes in pestilentiæ cathedra, pestes & lues fidei, serpentis ore fallentes, & corrumpendæ veritatis artifices, venena lethalia linguis pestiferis euomentes. Quorum sermo, vt cancer, serpit.

Cypri. de simp præl.

Eandem sententiam in alio loco euidentiùs exponit, dicens: Ecclesia enim vna est, quæ vna & intus esse, & foris non potest. Si enim apud Nouatianum est, apud Cornelium non fuit. Si verò apud Cornelium fuit, qui Episcopo Fabiano legitima ordinatione successit, & quem præter sacerdotij honorem, martyrio quoque Dominus glorificauit: Nouatianus in ecclesia non est, nec Episcopus computari potest, qui Euangelica & apostolica traditione contempta, nemini succedens, à seipso ordinatus est: habere namq; aut tenere ecclesiam nullo modo potest, qui ordinatus in ecclesia nō est. Item infrà ait: Si autem grex vnus est, quomodo potest gregi annumerari, qui in numero gregis nō est? aut pastor haberi quomodo potest, q manente vero Pastore, et in ecclesia Dei? ordinatiōe succedanea præsidēte, nemini succedens, à se ipso incipiens, alienus fit & profanus dominicæ pacis, ac diuinæ vnitatis

Cypri. li. 1. Epist. 6.

tatis inimicus non habitans in domo Dei? id est, in ecclesia Dei, in qua nisi concordes atq; vnanimes habitant. Quæ profectò sententia tam vera est de Luthero illiusq; successoribus, quàm de Nouatiano, Ario, Manichæo & cæteris hæreticis, vtpote illi omnes ab vna sancta catholica & apostolica ecclesia exeuntes, ecclesiastica traditione contempta, nemini succedentes, à se ipsis ordinati sunt. Cui rogo Episcopo Lutherus successit? aut quæ Catholica ecclesia Luthero prædicandi munus contulit? Lutheri quoq; successores, à qua Catholica ecclesia ad prædicandi munus fuerunt vocati? Illi quippe ex Catholica ecclesia exeuntes, varios & dissidentes cœtus constituerunt: tandem Augustana, Osiandrina, Tygurina, Geneuensis, Blandratina, & cætera varia & secum pugnantes confessiones, quas Lutheri successores profitentur, non à Catholicis prædicantibus in vna sancta Catholica & apostolica ecclesia, sed à sectarijs in varijs dissidentibus cœtibus buccinantur.

Doctores in Catholicæ Ecclesiæ communione perseuerantes, licèt de aliquibus sententijs discordent, tamen in Catholica fide, non discordant. Cap. 100.

SEctarij etiam Catholicæ ecclesiæ Pastores & doctores, vt illorũ testimonium reddãt suspectũ ignorantiæ, erroris, dissidiorũ, et inconstantiæ damnant. Philippus enim ait: Et Patrum magna dissimili

Philip. in Apol. de missa.

dissimilitudo est, homines erant & labi & decipi poterant. Eiusdem sententiæ est Caluinus, dicens: Multa præclarè ac sapienter ab illis patribus scripta sunt, in quibusdam verò ijs acciderit, quod hominibus solet. Et infrà: Quando multa ignorauerunt sancti illi viri, sæpe inter se conflictantur, interdum etiam secum ipsi pugnant. Quam sectariorum insolentiam beatus Basilius iam diu redolens, illorum procacitatem ad hunc mundum coarguit: Omnia, inquit, perscrutatus es? Omnia cogitationibus tuis sub diuisionem duxisti? nihil inexaminatum reliquisti? omnia mente comprehendisti? omnia comprehensione tua conclusisti? nouisti quæ sub terra sunt, nouisti quæ in profundo sunt? dæmonum sunt hæ arrogantiæ, mihi est numerus sabuli notus, mensuraq; Ponti. Verum quidem est, tum Catholicæ ecclesiæ Pastores & doctores, tùm Lutherũ eiusq; successores homines fuisse, sed inter vtrosq; hoc interest, quod catholici Pastores & doctores etsi homines fuerunt, in Catholicæ ecclesiæ cõmunione et fide perseuerãtes, tum modestè sapientes, fidelem populum in vnitate spiritus & vinculo pacis continuerunt. At sectarij homines nouitatũ amantissimi, à Catholicæ ecclesiæ communione & fide defecerunt, tum diuinorum mysteriorum eruditionem sibi arrogantes, Christi oues ab eadem abegerunt. Veræ quidem religionis, quædam dogmata, perinde ac disciplinarum principia sunt primaria: quædam verò dogmata perinde ac disciplinarũ conclusiones, ex primarijs dogmatibus colliguntur. Vti ex illo dogmate: Christi corpus realiter existit in

Caluin in præfat.

Basi. serm. cont Sabel. & Arium.

in eucharistia sacramento, colligitur eucharistiam esse adorandam de illo quidem primario dogmate, nempe, de Christi existentia in eucharistia apud Catholicos Patres nunquam fuit dubitatum, quandoquidem per illa verba, hoc est corpus meum, Catholica ecclesia semper realem Christi corporis existentiam intellexit, & primariorum dogmatum ignoratio nedum error, sinceritati repugnant. Vtpote illa religionis sunt primaria dogmata. Illud verò dogma, eucharistia est adoranda, & cætera huiusmodi dogmata ex primarijs collecta, ante illorum definitionem, aut ignorare, aut dubitare, aut circa illa aliter quàm res se habet, citra pertinaciam asserere, fidei synceritati non repugnat. Siquidem huiusmodi dogmata nec primo nec explicitè proposita fuerunt ad credendum, sed ex primarijs tantùm dogmatibus colliguntur. Ante huiusmodi enim dogmatum autenticam propositionem & expositionem, atque definitionem, illorum ignoratio aut error, modò sit citra pertinaciam, non pugnat cum fide. Vnde licèt aliqui Pastores & doctores aliquando huiusmodi dogmata ignorassent, aut de illis discordassent, aut circa illa errassent, nihilominus tamen in Catholicæ ecclesiæ communione & fide perseuerarunt. Quare catholici Pastores & doctores, propter illorum dogmatum varias opiniones, aut ignorationem, non sunt vituperandi, sed potiùs excusandi. Vt beatus Hieronymus testatur, dùm ait: Illud quoque de eodem Psalmo interrogare dignata es: Qui sint filij excussorũ. Miror te in Hilarij commentarijs non legisse, excussorum

Hieron. ad Maruin.

ſorum filios, credentium populos interpretari: quod ſcilicet apoſtolos illo nomine putauerit appellatos. & infrà: Quid igitur faciam? Tantum virum & temporibus ſuis diſertiſſimum reprehendere non audeo: qui & confeſsionis ſuæ merito, & vitæ induſtria, & eloquentiæ claritate, vbicunque Romanum nomen eſt, prædicatur: niſi quod non eius culpæ aſſcribendum eſt: quia Hebræi ſermonis ignarus fuit. Græcarum quoq; litterarum quandam aurulam ceperat, ſed Helidiori presbyteri, etc. Haud diſsimilē opinionē beatus quoq; Auguſtinus, de ſancto Cypriano habuit, dùm inquit: *Abſit autem, vt quoniam beatiſsimus Cyprianus de baptiſmo aliter ſenſit, quàm veritas, & anteà conſuetudine, et poſteà perfecta diligentiùs ratione monſtrauit: propterea quiſquam noſtrûm, qui hoc quod ille non ſapimus, ei ſe audeat anteponere. Cætera enim multa & magna eius merita, & animus præcipua charitate pleniſsimus, per quem cum collegis diuerſa ſentiētibus, placatiſsimus manſit, & in vnitate eccleſiæ paßio glorioſa, ſatis oſtenderunt eum fuiſſe ſarmentum in Chriſti radice fructuoſum: quod pater etiam ab iſta reprehenſione purgaret, vt fructum poſſet adferre maiorem.* Illud etiam dogma, quod verum baptiſmi ſacramentum non ſit apud hæreticos & ſchiſmaticos, Cypriani ſæculo non tam explicatum fuit in eccleſia, quàm poſteà, ob idq; Cypriani error non fuit hæreſis: contrà verò poſt eccleſiæ definitionem hæreticum eſt, aſſerere apud hæreticos & ſchiſmaticos non eſſe verum baptiſmi ſacramentum. In obſcurioribus ſanè reli-

Aug. cont Gaud. li. 3. cap. 10.

gionis dogmatibus asserendis, duo vicia esse maximè cauendà, beatus Augustin. exponit, dicens: Sed duo sunt quæ in errore hominum difficilimè tollerantur, præsumptio priusquam veritas pateat: & cùm iam patuerit præsumpta defensio falsitatis. A quibus nimirum vitÿs non sectarÿ, sed perpetua Pastorum & doctorum successio, in Catholicæ ecclesiæ communione & fide perseuerans abstinuit: quod beatus Augustinus sapientissimè exponit, dùm ait: Homines enim sumus: Vnde aliquid aliter sapere quàm se res habet, humana tentatio est. Nimis autem amando sententiam suam, vel inuidendo melioribus, vsq; ad præcidendæ communionis, & condendi schismatis vel hæresis sacrilegiū peruenire, diabolica præsumptio est. In nullo autem aliter sapere quàm res se habet, angelica perfectio est. Qui itaque homines sumus, sed spe angeli sumus, quibus æquales in resurrectione futuri sumus, quàm diu perfectionem angeli non habemus, præsumptionem diaboli non habeamus. Ideò dicit Apostolus: Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Humanum est ergo aliquid, aliter quàm res se habet, sapere. Perpetua certè Pastorum & doctorum successio, quo in Catholicæ ecclesiæ communione perseuerat, eò in syncera fide permanet. Nam omnes fideles Catholicam ecclesiam obseruantes, eiúsque communionem colentes, in credendis fidei dogmatibus iudicium suspendunt, animum autem offirmant ad tenendam cum ecclesia vnitatem. Huiusmodi regulam beatum Cyprianum, ac cæteros Patres in credendis dogmatibus obseruasse

Aug. de trin. t. l. 2. c. 3.

August. de baptis. côt. Don. li. 2. cap. 3.

obſeruaſſe in confeſſo eſt. Siquidem illorum nullus propter dogmatum cõtrouerſias à Catholica eccleſia ſeparauit ſe. Illi enim omnes Catholicæ eccleſiæ communionẽ, ſuis priuatis ſententijs prætulerunt. Quod beatus Auguſtinus Cypriani verba referens ſapientiſſimè annotauit, dùm ait: Cùm idem Cyprianus ita dixerit, quid ei videretur, vt in pace vnitatis eſſe voluerit, etiam cum eis qui de hac re diuerſa ſentient, quod indicat ipſius primus ſermo in eiuſdem concilij, quod ab iſtis profertur, exordio. Nam ita ſe habet: cùm in vnum Carthaginem conueniſſent, Cyprianus dixit: Audiſtis collegæ dilectiſſimi, quid mihi Iubaianus coëpiſcopus noſter reſcripſerit. & infra: Supereſt vt de hac ipſa re, quid ſinguli ſentiamus proferamus, neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem, ſi diuerſum ſenſerit amouentes: neque enim quiſquam noſtrûm Epiſcopum ſe eſſe Epiſcoporum conſtituit, aut tyrannico errore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuas adigit. Quibus profectò verbis beatus Cyprianus, apertè ſatis ſignificat, ſe nõ pertinaciter aſſerere ſuam ſententiam, ſiquidem cæteros contrariã ſententiã aſſerentes, hæreſis non damnauit, nec à ſua communione ſeparauit. Quæ procul dubio feciſſet, ſi ſuam ſententiam tam pertinaciter aſſeruiſſet, quàm Donatiſtæ & ſectarij ſua dogmata affirmant. Vtpote illi omnes, Catholicam eccleſiam, illiusq́ꝫ Paſtores & doctores circa controuerſos articulos erraſſe comminiſcentes, ex Catholica eccleſia exierunt. Doctores nimirum in Catholica eccleſiæ commmunione perſeuerantes, etſi in aliquo dogmate,

Auguſt. de bapti con. Dona li 2. ca. 1. & 2.

te, aliter quàm veritas se habet, opinantur, tamen hoc ipso quod Catholicam ecclesiam obseruant, & eius communionem colunt, controuersis dogmatibus pertinaciter non aßentiuntur, & per consequens in voto, siue implicitè pari consensu cum Catholica ecclesia vnam synceram fidem profitentur. Quandoquidem ecclesiæ communionem præferunt priuatis opinionibus: quam sententiam esse veram de beato Cypriano, beatus Augustinus exponit, dicens: Quapropter sanctus Cyprianus tantò excellentior, quantò humilior, q. documentũ Petri sic amauit vt diceret, documentum scilicet nobis & concordiæ & patiẽtiæ tribuens, vt non pertinaciter nostra amemus, sed quæ aliquãdo à fratrib. & collegis nostris vtiliter & salubriter suggeruntur, si sint vera & legitima, ipsa potiùs nostra ducamus. Satis ostendit, facilimè se correcturum fuisse sententiam suam, si quis ei demonstraret baptismum Christi sic dari posse ab eis qui foras exierunt, quemadmodum amitti non potuit, cùm foras exirent. Si igitur beatus Cyprianus circa fidei dogmata, aliter quàm veritas se habet asserens, quo in ecclesiæ communione permansit, eò non pertinaciter errauit, sed paratus fuit docente ecclesia emendare suam sententiam, multò profectò minus cæteri doctores Catholicæ ecclesiæ communionem obseruantes, pertinaciter errarunt. Vtpote illi in credendis dogmatibus cõmunem ecclesiæ sensum secuti fuerunt. Quare doctores in Catholicæ ecclesiæ communione perseuerantes, etsi aliquod falsum dogma asserant, non ideò sunt hæretici. At sectarij à Catholica ecclesia diuisi

August. de baptis. cõt. Don. li. 2. cap. 4.

uisi, si idem falsum dogma, quod Catholici aiunt, affirmant, hæretici sunt. Vtpote in asserendis dogmatibus, Catholicæ ecclesiæ censuræ suam sententiam præferunt. Quam sententiam Vincentius Lirinensis mirificè exponit, dicens: O rerum mira conuersio, auctores eiusdem opinionis Catholici, consectatores verò hæretici iudicantur: absoluuntur magistri, condemnantur discipuli: conscriptores librorum, filij regni erunt, assertores verò gehenna suscipiet. Nam quis ille tam demens est, qui illud sanctorum omnium, & Episcoporum, & martyrum lumen beatissimum Cyprianum, cum cæteris collegis suis in æternum dubitet regnaturum esse cum Christo? Aut quis tam contrà sacrilegus, qui Donatistas & cæteras pestes, quæ illius auctoritate cōsilij rebaptizare se iactitāt, in sempiternū neget arsuros esse cū diabolo?

Vincent. Lirinen.

Doctorum non priuatis, sed communibus sententijs Ecclesiasticæ traditioni concordibus adhærendum.

Caput 101.

P*Ræterea etiam sectarij perinde ac Donatistæ, Patrum auctoritate suas falsas sectas astruunt. Caluinus enim ad deturbandam auricularis cōfessionis diuinam legem, temerarium Nectarij factum in testimonium adducit, dicens: Si lex Dei erat auricularis confessio, qui ausus esset Nectarius eam refigere, & infra Nectarium sanctum Dei hominem, &c. Sicut enim beatus Cyprianus propter hæreticorum & schismaticorum malitiam, eorum baptismum execrabatur, ita Nectarius Episcopus*

Cal. ca. 9. par. 21.

propter

propter cuiusdam diaconi sacrilegam incontinentiam, auricularem confeßionem à sua ecclesia abstulit. Sed quemadmodum beati Cypriani Christi martyris testimonium, hæreticorum baptismum non abrogauit: ita immò multò minus Nectarij auctoritas, auricularis confeßionis legem abrogauit. Donatistæ quippe perinde ac Caluinus clamitarũt, dicentes: Si hæreticorum baptismus erat à Christo institutus, qui ausus esset Cyprianus eum refigere? Cyprianũ dicimus sanctum Christi martyrem. Vt enim sectarij ex non diuinæ scripturæ germano sensu, sed ex deprauato suas sectas colligunt: sic illi non doctorum autentica auctoritate, sed illorum sententijs aut falsis aut veris, perperam intellectis, suas sectas confirmant. Aduersus quos Vincentius Lirinensis ait: Captant (scilicet hæretici) plerunque veteris cuiuspiam viri scripta, paulò inuolutiùs edita, quæ pro ipsa sui obscuritate dogmati suo quasi congruant, vt illud nescio quid quodcunque proferunt, neq; primi neq; soli sentire videantur. Quorum ego nequitiam duplici odio dignam iudico, vel eò, quòd hæreseos venenum propinare alijs non pertimescũt, vel eò etiam, quòd sancti cuiusque viri memoriam, tanquam sopitos iam cineres, profana manu ventilant, & quæ silentio sepeliri oportebat, rediuiua opinione diffamant. Sed Caluinus illam Vincentij sententiam in Catholicam ecclesiam torquet, dicens: Præterea calumniosè nobis Patres opponunt, quorũ auctoritate si dirimendum certamen esset, melior victoriæ pars ad nos inclinaret: verũ cùm multa

Vinc, Lirinensis.

Caluin. in præfa.

præclarè, ac sapienter ab illis Patribus scripta sint, in quibusdam verò ijs acciderit, quod hominibus solet, isti pij scilicet filij quæ sunt ingenij & iudicij & animi dexteritate, eorum tantùm lapsus & errores adorant. Inter diuinam sanè scripturam, & ecclesiasticorum scriptorum monumenta hoc interest, quod illa quidem cum necessitate credendi suscipienda est. Doctorum verò sententiæ, non cum necessitate credendi, sed cum libertate iudicandi recipiendæ sunt, vt beatus Augustinus docet, dicens: De his enim libris dici potest, aliquid eos habere, non consonum fortasse occultiori, & ad dignoscendum difficiliori veritati, quod aut sic remanserit, aut in posterioribus correctū sit, qui non præcipiendi auctoritate, sed proficiendi exercitatione scribuntur à nobis. Inter hos enim sumus, quibus idem Apostolus dicit: Et si quid aliter sapitis, id quoq; vobis Deus reuelauit. Quod genus literarum non cum credendi necessitate, sed cum iudicādi libertate legendum est. Cum libertate inquam iudicandi, non soluta, sed alligata fidei regulæ, doctorū sententiæ sunt recipiendæ. Siquidem sectarij hæretica licentia, quales quales sententias suis erroribus cō uenientes, ad suas sectas astruendas proferunt. Regula quidem iuxta quam doctorum sententiæ sunt examinandæ, catholica est fides, vt beatus Hieronymus exponit, dicens: Meum propositum est, antiqnos legere, probare singula, retinere quæ bona sunt, & à fide ecclesiæ catholicæ non recedere. Eiusdem sententiæ est beatus Augustinus dùm ait: Ego huius epistolæ auctoritate non teneor, quia literas Cypriani non vt canonicas

Aug. cont. Faust. li. 11. cap. 5.

Hier. min. ri. & Alex.

nonicas habeo, sed eas ex canonicis considero: & quod in eis diuinarum scripturarum auctoritati congruit, cũ laude eius accipio: quod autem non congruit, cum pace eius respuo. Et infrà: Nunc verò quoniam canonicum non est quod recitas, ea libertate ad quam nos vocauit dominus, eius viri cuius laudem consequi nõ valeo, cuius multis literis mea scripta non comparo, cuius ingenium diligo, cuius ore delector, cuius charitatem miror, cuius martyrium veneror, hoc quod aliter sapuit non accipio. Non accipio, inquam, quod de baptizandis hæreticis & schismaticis beatus Cyprianus sensit, quia hoc ecclesia non accipit, pro quã beatus Cyprianus sanguinem fudit. Iuxta quam profectò regulam Catholicam nempe fidem, ordinarij Pastores & doctores ecclesiasticorum scriptorum, nõ lapsus, nec errores, vt Caluinus illis falsò imponit, sed germanum scripturæ sensum, & apostolicam traditionem ab eis literis mandatam sectantur. Christi namq; discipuli, cùm non omnia quæ prædicarunt literis memoriæq; mandaßent, illorum sententiæ ne animo exciderent, à priscis patribus scriptæ fuerũt. Atque qui illorum falsas & veras sententias discernere vult, variorum doctorum sententias adiuuicem & cum sacra scriptura, & cum catholicæ ecclesiæ traditione siue doctrina conferat oportet. Vti ad dijudicandum Nectarij de auriculari confeßione sententiam illam cum Clementis Papæ beati Petri discipuli, cæterorumq; patrum sententijs conferri est neceßarium. Clemens enim ait: *Quod si fortè alicuius vel cor, uel liuor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex*

Aug. cont. Cresc. gra. lib. 2. cap. 32.

Clem. Pa. ad Iacob. epist. 1.

his (quæ superiùs memorauimus) latenter irrepserit, non erubescat (qui animæ suæ curam gerit) confiteri hæc huic qui præest, vt ab ipso per verbũ dei & cõsilium salubre curetur, quo poßit integra fide & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad ꝑpetuæ vitæ præmia peruenire. Quã sententiam iterũ infrà exponit, dicens: Instruebat actus suæ vitæ omni hora custodire, et in omni loco Deũ respicere, firmiter scire cogitationes malas cordi suo aduenientes, mox ad Christũ allidere, & sacerdotibus domini manifestare. Eandem sententiã Origines quoq; illustrat, dicẽs: Est adhuc et septima, licet dura & laboriosa per pœnitentiã remißio peccatorũ, cùm lauat peccator in lachrymis stratũ suũ, et fiunt ei lachrymæ suæ panis die ac nocte: & cùm non erubescit sacerdoti domini indicare peccatũ suum et quærere medicinam secundum eum, qui ait: Dixi, pronunciabo aduersum me iniustitiam meam domino: & tu remisisti impietatẽ cordis mei. Orig. homi. 2. sup. Leuit. *Quas nimirũ sententias esse apostolicas, illarũ cum diuina tum scriptura, tùm traditione concordia apertè satis manifestat. Scriptura enim ait: Accipite spiritum sanctũ, quorum remiseritis peccata, remittũtur eis, et quorũ retinueritis retẽta sunt.* Ioan. c. 20. *Ecclesiastica etiã traditio in Lateranensi cõcilio explicata, inquit: Omnis vtriusq; sexus omnia sua peccata cõfiteatur fideliter, saltẽ semel in anno, etc.* Extra de pœnit. et remiss. C. Omnis. *Ex qua profectò collatione clarißimè constat, Nectarij circa auricularem confeßionem sententiam cum Dei verbo, nedum cum ecclesiastica traditione pugnare, et auricularis cõfessionis legem esse expressum Dei verbũ. Ad huiusmodi*

normam si patrũ sententiæ exigantur, facili negotio cõstabit, quæ patrum sententiæ sint accipiendæ, quæ verò sint reijciendæ. Quam sententiam Vincentius Li *rinensis præclarè exponit, dicens: Itaq; cùm primùm mali cuiusq; erroris putredo erumpere cæperit, & ad defensionem sui quædã sacræ legis verba furari, eaq; fallaciter, & fraudulenter exponere, statim interpretãdo canoni, maiorũ sententiæ cõgregandæ sunt, quibus illud quodcunq; exurget nouitiũ, ideoq; profanũ, & absq; vlla ambage prodatur, & sine vlla retractatione damnetur. Sed eorũ duntaxat patrum sententiæ conferendæ sunt, qui in fide & cõmunione Catholica, sanctè, sapienter, constanter viuentes, et permanẽtes, vel mori in Christo fideliter, vel occidi pro Christo fœliciter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendũ est, vt quicquid vel omnes, vel plures vno eodẽq; sensu manifestè, frequenter, perseueranter, velut quodam consentiente sibi magistrorum consilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmauerint, id pro indubitato, certo ratoq; habeatur. Quicquid verò, quamuis ille sanctus et doctus, quãuis Episcopus, quãuis confeßor & martyr, præter omnes, aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias et occultas et priuatas opiniunculas à communis et publicæ generalis sententiæ auctoritate secretũ sit, nec cũ summo æternæ salutis periculo, iuxta sacrilegã hæreticorũ et schismaticorũ consuetudinẽ vniuersalis dogmatis antiqua veritate dimissa, vnius hominis nouitiũ sectemur errorẽ. Vnde nec Cypri. sentẽtia de hæreticorũ baptismo, nec Nectarij sententia de auriculari confeßione, nec cæterorũ*

Vincen. Lirinens.

rorum patrum priuatæ sententiæ patrocinantur sectarijs aduersus Cathol.ecclesiã.quandoquidẽ huiusmodi sentẽtiæ à sacra tum scriptura,tùm traditione, nedum à perpetuæ Pastorũ & doctorũ successionis doctrina discordãt,seu potius pugnãt cũ eis:cõtrà verò: Doctorũ cõmunis sensus vti Cypriani sentẽtia de Missæ sacrificio,sacramentarios reuincit.Siquidẽ illa sententia concors est sacræ & scripturæ et traditioni,atque cum perpetuæ Pastorum & doctorum successionis doctrina consentit. Ex quo cùm cuiusdã doctoris quædam sententia apud Catholicam ecclesiam obtinuit auctoritatem, alia verò sententia eiusdem reprobata fuit, tum etiam aliquorum profanorum doctorum ac hæreticorum sententiæ in ecclesia recipiuntur. Quare Catholici fideles in aßerẽdis religionis dogmatibus,non hominum,qui falli & fallere solẽt,sed Cathol.ecclesiæ doctrinæ,quam perpetua Pastorũ & doctorum succeßio profitetur rationẽ habent. Quod
August. episto. 112. *etiam beatus Augustinus exponit,dicens: Quæ si approbas, tene mecum sancti viri Ambrosij sententiam iam non eius auctoritate,sed ipsa veritate firmatam. Neque enim & mihi propterea placet, quia per illius os potißimùm me dominus ab errore liberauit, & per illius ministerium gratiam mihi baptismi salutaris indulsit, tanquam plantatori & rigatori meo nimiùm faueã, sed quia de hac re & ipse hoc dixit, quod piè cogitanti, & rectè intelligenti loquitur etiam ille,qui incrementum dat Deus.Moysis sanè Pauli,& cæterorum prophetarum & Apostolorum sententiæ, quòd ab illis sunt scriptæ, à cunctis fidelibus*
recipi-

recipiuntur. Vtpote illi diuino afflati ſpiritu, locuti fuerunt. Sed Ambroſij, Hieronymi & aliorum doctorum ſententiæ, non quòd ab illis ſunt ſcriptæ, ſed quod cum Dei verbo, & Catholicæ eccleſiæ doctrina conſentiunt, à fidelibus recipiuntur. Vnde multùm, ſua opinio fefellit Eraſmum, dùm ait: At dixerit aliquis, Quid tantopere refert, cuius titulum habeat liber, modo bonus? id fortaſſis in Plautinis fabulis non ita magni referat. Cęterùm in ſacris viris, & eccleſiæ columnis, vnde Pontifices ac Theologi velut ab oraculis ſua, de bello, de Sacramentis, deq; grauiſſimis rebus ſumunt decreta, plurimùm opinor referet. Alioqui futurum eſt, vt in poſteris alicuius dictum immò ſomnium, Pauli aut Hieronymi nomine productum, cogat me vel tacere, vel ſequi quod rectum non eſt. id quod quotidie videmus in Theologicis diſputationibus factitari magno cum riſu bonas callentium literas, &c. Nam in ſcholis Theologorum, nec Hieronymi, nec Auguſtini dictum, quod illorum ſit, cogit facere, ſed quòd cum Catholica fide concordat, recipitur. Vnde in colligendis patrum ſententijs ſcholaſtici doctores plus iudicij, quàm ſtudij adhibent. Quandoquidem illi in quibuſdam articulis modò cum Auguſtino affirmant, modò in alijs cõtra illum negant, & ſic aliorum doctorum ſententias, modò recipiunt, modò reijciunt. quod ſit, quia Paſtorum & doctorum doctrina intantum à fidelibus eſt obſeruanda, inquantùm cum Dei verbo & Catholicæ eccleſiæ doctrina conſentit: quia ſi doctor de communi eccleſiæ ſenſu declinauerit, non eſt audien- Eraſ. ſtudi. in Hieron. tom. 2.

dus. Verùm sectarij quæ sunt ingenij & iudicij, et animi dexteritate, quorundam sacrorum doctorum priuatas sententias cum catholicæ ecclesiæ, nedum cæterorum doctorum doctrina, pugnantes, ad suas astruendas sectas proferunt, & doctorum seu potiùs Catholicæ ecclesiæ communes sensus neganti, ignorantes miseri quod in vera religione à perpetuæ Pastorum & doctorum successionis consensione dissentire perinde est, ac in Mathematicis disciplinis prima negare principia. Sectarij sanè priuatas doctorum sententias recipientes, & communes reijcientes, miserè falluntur. Quandoquidem qui doctorum priuatum sensum recipit, communes quoque recipiat est necesse. Quod beatus Augustinus exponit dicens: Quid quod etiam beati Cypriani mentionem facere audetis, velut ille auctor sit vestræ diuisionis, tantus defensor Catholicæ vnitatis & pacis? Primò esto in ecclesia, quam constat tenuisse ac prædicasse Cyprianum, et tunc aude velut auctorem sententiæ tuæ nominare Cyprianum. Primò imitare pietatem humilitatemq́; Cypriani, & tunc profer consilium Cypriani. Et post pauca ait: Vos autem qui scripta Cypriani nobis tanquam firmamenta canonicæ auctoritatis opponitis, quicquid de Cypriano contra vos proferre potuerimus, necesse est credatis, & iustum est vt victi taceatis, ac nos aliquando ab errore perniciosissimæ dissensionis ad vnitatem Catholicam conuertatis, &c. Tandem Lutherus illiusq́; successores perinde ac Donatistæ, beati Cypriani, quorundamq́; doctorũ priuatos lapsus & errores Catholicæ

Aug. cont. Era. lib. 2. cap. 31.

ecclesiæ communi sensui temerè præferentes, ab eccle siæ communione et fide recesserunt. Sed aduersus huiusmodi, qui propter priuatas sententias, Catholicam ecclesiam deserunt, Vincentius Lirinensis ait: Magna profectò res, & ad discendum vtilis, & ad recolendum necessaria, quam etiam atque etiam exemplorum molibus illustrare atque inculcare debemus, vt omnes fere Catholici nouerint, se cum ecclesia doctores recipere, non cum doctoribus ecclesiæ fidem deserere debere. Et paulò inferiùs eandem sententiam luculentiùs exponit, dùm ait: Secundum Deuteronomij leges luce clariùs intelligere debemus, quòd si quando aliquis ecclesiasticus magister à fide aberrauerit, ad tentationem id nostram fieri prouidentia diuina patiatur, vtrum diligamus Deum an non, in toto corde, & in tota anima nostra. Quæ quum ita sint, ille profectò est verus & germanus, & Catholicus, qui veritatem Dei, qui ecclesiam, qui Christi corpus diligit, qui diuinæ religioni, qui catholicæ fidei nihil præponit, non hominis cuispiã au ctoritatẽ, non amorẽ, nõ eloquentiã, non philosophiã, sed hæc cũcta despiciẽs, et in fide fixus, stabilis pmanẽs, quicqd vniuersaliter antiquitus ecclesiã catholicã tenuisse cognouerit, id solum sibi tenendũ credendũq́; decernit. Quicquid verò ab aliquo deinceps vno præter omnes, vel contra omnes sanctos nouum et inauditum subinduci senserit, id non ad religionem, sed ad tentationem potiùs intelligat pertinere.

Vincen. Lirinensis.

Catholicorũ quidẽ doctorũ de religionis dogmatibus controuersiæ cũ fide nõ pugnant

Præte-

Cap.102. PRaterea Sectarij, Ecclesiasticos doctores (ad illorum labefactandam auctoritatem) de nonnullis religionis argumentis inter se discordare, sibiq; ipsis non constare comminiscuntur. Caluinus enim inquit: Sancti illi viri sæpe inter se conflictantur, interdum etiam secum ipsi pugnant. Item quidam nõ minimus dißidiorum seminator ad schismata, & hæreses excusanda, librum edidit, quem non est veritus inscribere, de Papistarum dißidijs. Cuius certè procacitatem eius collega Philippus retundit, dicens: Hæc peruersitas manifesta est, in cuiusdam Flacci illyrici, & Galli maledictis & contumeliosis scriptis. Et infrà: His iam longo tempore hoc vnum curæ, & propositum est, vt harum regionum Ecclesiasticam doctrinam & cæremonias culpent, repudient, & prorsus condemnent. Et post pauca ait: Cum isto mirabilium hominum genere, nihil agi potest, qui suo arbitrio damnant quidlibet, nec personis auditis, neque dijudicatis rebus cogunt concilia, quando & vbi ipsis placet, atq; vendicant sibi maiorem, magisq; intollerabilem, & minus excusabilem auctoritatem et potestatem, quàm Papa Romanus vnquam. Veruntamen sectariorum calumnia aduersus doctores Ecclesiasticos, multùm decepit eos. Nam Pastorum & doctorum in Catholicæ ecclesiæ communione & fide perseuerantium d[illegible]ibusdam religionis materijs variæ & contrariæ opiniones, tantùm abest, vt cum fidei synceritate pugnent, quod potiùs illius veritatem illustrent. At sectariorum de fidei dogmatibus controuersiæ cum syncera fide pugnant. Inter

Caluin. in præfat.

Philip. in admon. ad lecto.

sectarios enim & Catholicos hoc interest, quòd sectarij suis controuersijs separantur ab Ecclesia, catholici verò non: quia istorum controuersiæ fiunt salua fide, illorum verò dissidia rumpunt fidem. Quod Augustinus *contra Pelagianos exponit, dicens:* Nunc illud *opórtet excutere, quod volentes hæreseos astutè inuidiam declinare, asserunt, istam præter fidei periculum esse quæstionem: vt videlicet, si in ea fuerint exorbitasse conuicti, non criminaliter, sed quasi ciuiliter errasse videantur. Sic enim Celestius apud Carthaginem gestis Ecclesiasticis est locutus: Iam inquit, de traduce peccati dixi, quia intra Catholicam constitutos plures audiui destruere, necnon & alios astruere, licèt quæstionis res sit ista, non hæresis. Et infrà: Sed multum eum ista fallit opinio. Longè aliter se habent quæstiones istæ, quas esse præter fidem arbitratur, quàm sunt illæ, in quibus salua fide, qua Christiani sumus, aut ignoratur, quid verum sit, & sententia definitiua suspenditur, aut aliter quàm est, humana & infirma ratione conijcitur. Veluti cùm quæritur, qualis vel vbi sit paradisus, vbi constituit Deus hominem, quem formauit ex puluere: cùm tamen esse illum paradisum fides Christiana non dubitet. Quemadmodum enim in humanis disciplinis, etsi conclusiones non euidenter ex principijs collectæ, sunt ambiguæ & controuersæ, non ideo fit, vt disciplinarum principia sint ambigua & controuersa, ita quãquam in Christiana religione aliquæ sententiæ, & quæstiones sunt controuersæ, non ideo sequitur statim, religionis principia esse ambigua &* contro-

Aug. cont. pel. li. 2. c. 22. 23.

controuersa. Christianæ nimirum religionis principia, Dei oracula diuinis literis mandata, & apostolorum prædicatio à Catholica ecclesia mirabiliter et syncerè conseruata sunt, immò et iuxta Catholicæ ecclesiæ sensum ab omnibus sine controuersia recipiantur est necessarium, de quibus non pauca apud sectarios sunt controuersa. Vt illa dogmata: Ego & pater vnum sumus, &, Hoc est corpus meum, à sectarijs in controuersiam trahuntur. Siquidem Ariani patris & filij consubstantialitatem, & sacramentarij Christi corporis realem existētiam in eucharistia, quæ sententiæ illorū dogmatum Catholicæ & germanæ sunt expositiones, non recipiunt. Vnde tam sacramentariorum de isto dogmate, Hoc est corpus meum, controuersia, quàm Arianorū de illo: Ego & pater vnum sumus, hæresis est. Vtpote huiusmodi cōtrouersiæ cū fide pugnant. At Catholici doctores nō de patris et filij consubstātialitate, nec de Christi corporis reali sacramētali existentia (siquidem istas sententias sine controsia illi recipiunt) sed de modis, quibus et diuinæ essentiæ vnitati, personarum trinitas, & Christi finito corpori, esse in pluribus locis, non repugnat, cōtrouersantur. Quæ nimirum controuersiæ non magis cum fide pugnāt, quàm illa euangelica interrogatio, Quomodo fiet istud, &c. Deniq; sectarij excussa fidei obedientia de religionis dogmatibus à Catholica ecclesia definitis cōtrouersantur. Catholici verò doctores retenta Catholica fide, de quibusdā tantùm sententijs à catholica ecclesia nondū definitis, dissentiuntur. Ex quo illorū controuersiæ fidem excludunt, istorū verò fidē

explicāt

explicant: quam sententiam beatus Augustinus exponit, dicens: Quomodo enim potuit ista res tantis altercationum nebulis inuoluta, ad plenarij concilij luculentam illustrationem confirmationemq; perduci, nisi primò diutius per orbis terrarũ regiones, multis hinc atq; hinc disputationibus & collationibus Episcoporum pertractata constaret? Hoc autem facit sanitas pacis, vt cùm diutius aliqua obscuriora quæruntur: & propter inueniendi difficultatẽ, diuersas pariunt in fraterna disceptatione sentẽtias, donec ad verũ liquidum perueniatur, uinculũ permaneat vnitatis, ne in parte præcisa remaneat insanabile vulnus erroris. Catholicorũ igitur doctorum in catholica ecclesiæ cõmunione et fide perseuerantium controuersiæ, tantùm abest vt pugnent cũ fide, vt potiùs ad indagandũ sacrorũ dogmatum germanũ sensum maxime cõducãt. Vnde nõ pij viri et eruditi, sed sectarij huiusmodi cõtrouersijs offenduntur, vt beatus Hierony. exponit, dicens: Cæterùm optimè nouit prudẽtia tua, vnũquenq; in suo sensu abũdare, et puerilis esse iactãtiæ (quod olim adolescentuli facere cõsueuerãt) accusando illustres viros, suo nomini famã quærere. Nec tã stultus sum, vt diuersitate explanationũ tuarũ me lædi putẽ, quia tu nec læderis si nos contraria senserimus. Catholicorũ siquidẽ doctorũ circa scripturæ expositionẽ discordes sentẽtiæ ecclesiæ consensionẽ nõ rũpunt. Quia etsi illæ expositiones inter se non constãt, tamẽ nulla illarũ cum fide pugnat. Quod beatus August. docet, dicẽs: Cùm enim interrogãdo disputas, et quæris acriter, et doces humiliter. Vtile est aũt vt de obscuri-

Augu$t$. de baptis. cõt. Don. li. 2. cap. 4

Augu$t$. epi$t$o. 13.

Augu. epi$t$ola 59.

obscuritatibus diuinarum scripturarum, quas exercitationis nostræ causa Deus esse voluit, multæ inueniantur sententiæ cum aliud alijs videtur, quæ tamen omnes sanæ fidei, doctrinæq; concordent. In exponendis enim diuinis scripturis, tum ob mysteriorũ difficultatem, tùm ob hominis ingenij tarditatem, varij varia senserunt. Quæ nimirum sensuum varietas non omnis, sed tantùm illa, quæ de fidei regula declinat, est vitanda. Quandoquidem diuina scriptura retenta fide varios sensus parit, vt beatus Augustinus testatur, dicens: Quamuis itaque diuini sermonis auctoritas etiam adhoc sit vtilis, quod plures sententias veritatis parit, & in lucem notitiæ producit, dum alius eum sic, alius sic intelligit: ita tamen, vt quod in obscuro loco intelligitur, vel à testatione rerum manifestarum, vel alijs locis minimè dubijs asseratur: siue cum multa tractantur, ad id quoque perueniatur, quod sensit ille qui scripsit: siue id lateat, sed ex occasione tractandæ profundæ obscuritatis, alia quædam vera dicantur. In alio etiã loco eãdem sententiam exponit, dùm ait: Quisquis igitur scripturas diuinas, vel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita vt eo intellectu non ædificet istam geminam charitatem Dei & proximi, nondũ intellexit. Quisquis verò talem inde sententiam duxerit, vt huic ædificandæ charitati sit vtilis, nec tamen hoc dixerit, quod ille quem legit eo loco sensisse probatur, non perniciosè fallitur, nec omninò mentitur. Igitur Catholicorum doctorum in exponendis dogmatibus varij sensus & controuersiæ, non modò non

Aug. de ciuit. dei li. 11. cap. 19.

De docto, christ. lib. 1. ca 36.

non pugnant cum fide, sed etiam non sunt mendacia. Cōtra quam sententiam Philippus ait: Chrysostomus & alij multi insulsè deprauant præcationem quam tradidit Christus, cùm panem quotidianum nolunt intelligi de corporali pane. Quàm impudenter ille mentiatur, beatus Chrysostomus exponens illud, panem nostrum, &c. Apertè satis ostendit, dùm ait: Tu verò considera vt etiā carnalibus rebus plurimùm spirituale societur. Non enim propter diuitias atque delitias, non ob pretiosæ vestis ornatum, & si qua alia sunt eius generis, sed pro pane dūtaxat et eo quidē quotidiano, ne pro crastina die solliciti simus, iussit orari: & idcirco subiunxit, panem nostrum, &c. In alio etiam loco ait. Ea enim de causa in præcationis nostræ verbis limites & regulas nobis dominus præscripsit, quatenus petenda sint temporalia, verba illa iubens nos dicere, quæ omni philosophia sunt referta: Panē nostrum quotidianū da nobis hodie, diei alimentum inquit. Id quod iustus ille, tametsi nihil horum audierat precatus est, dicens: Si dederit mihi dominus panem ad comedendum, et vestem ad tegendum. Ne igitur tēporale aliquid ab eo petamus, indignum enim valde est, à tam liberali, & tanta virtute præstanti huiusmodi petere, quæ in præsenti vita dissoluuntur, &c. Quibus certè verbis Philippi mendacium deprehenditur. Siquidem Chrysostomus non dixit, panem quotidianum non intelligi de pane corporali, sed monuit spiritualia bona potiùs, quàm temporalia petenda esse à Deo, iuxta illud: Primùm quærite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia ad-

Philipp. in loc. de inuocatio.

Chrys. homi. 20. sup. Mat. hom. 54. super Gene.

Matt. ca. 6.

Matt. c. 6.

adijcietur vobis. Vnde nõ solũ de corporali, sed etiã de spirituali pane oratio dominica germanè exponitur. Huiusmodi sunt innumera sæpe scripturæ loca, quæ iuxta fidei regulã varijs modis germanè exponũtur.

Caput 103. Etsi aliqui catholici doctores nonnulla falsa dogmata asseruere, tamẽ Ecclesiæ vnitatẽ sectando à fide non defecere

QVod si aliquæ doctorũ expositiones secũ, aut cũ fide pugnãt, tamẽ quia illi in catholicæ eccle. cõmunione et fide pſeuerarũt, et quia à catholica eccle. tũc tẽporis quid, et quomodo de illis sentiẽdũ esset, nõdũ fuerat definitũ, illos absq; omni ptinacia, imo meliori quo potuerũt iudicio, huiusmodi sentẽtias ꝓtulisse, nõ est dubitãdũ. De quocũq; enim catholico scriptore habere decet huiusmodi existimationẽ, qualẽ etiã Aug. sup. Gen. lib. 1. cap. 18. *B. August. de se ipso habuit, dũ dixit: Et in rebus obscuris atq; à nostris oculis remotissimis, si qua inde scripta etiã diuina legerimus, quæ possint salua fide qua imbuimur, alijs atq; alijs parere sentẽtijs, in nullã earũ nos præcipiti affirmatione ita ꝓijciamus, vt si fortè diligẽtiùs discussa veritas eã rectè labefactauerit, corruamus: nõ pro sentẽtia diuinarũ scripturarũ, sed pro nostra ita dimicãtes, vt eã velimus scripturarũ esse, quæ nostra est, cùm potiùs eã quæ scripturarũ est, nostrã esse velle debeamus. In alio etiã loco se in asserẽdis sentẽtijs modestè sapuisse, aptè satis exponit, dùm ait: In talibus aũt quæstionib. nõ multũ laboro, quia etsi defendi sententia mea liquida ratione nõ potest, mea est, non eius auctoris, cuius sensum improbare fas non est, etiã cùm eo nõ intellecto hoc inde sentitur, ꝙ improbã*

improbandũ est. Et paulò post: Cæteros ne de se teme rè existimẽt monet, dicens: Vos aũt qui me multũ diligitis, si talem me asseritis aduersus eos, quorum malitia, vel imperitia, vel intelligentia, reprehendor, vt me nusquã scriptorum meorũ errasse dicatis, frustrà laboratis, nõ bonã causam suscepistis, facilè in ea me ipso iudice superamini. Quoniã non mihi placet, cùm à charissimis meis talis esse existimor, qualis nõ sum. Profectò enim nõ me, sed pro me, aliũ sub nomine meo diligũt: si nõ quod sum, sed quod nõ sum diligũt. Quãtò igitur ecclesiastici pastores et doctores in catholicæ ecclesiæ cõmunione et fide magis perseuerarũt, tantò de illorũ sententijs modestius sentiendũ est. Nec existimandũ est, doctores temerè cõflictasse, quandoquidẽ illorũ de religione cõtrouersia, ambiguæ veritatis est elucidatio. Nec decet etiã viros doctos affirmare, doctores contrarias sententias asseruisse, decet tamẽ iuxta fidei regulã illorũ sententias concordare, vt Scotus patrũ sententias, circa articulum de spiritussancti ab vtroq; processione, concordare docet, dũ ait: In ista quæstione dicũtur græci discordare à latinis, vt videtur auctoritates Damasceni sonare, sed de ista discordia dicit Linconiẽ. in notula quadã super finẽ epistolæ de trisagio, quod sententia græcorũ est, quod spiritussanctus est spiritus filij, sed nõ procedens à filio: sed à solo patre, per filiũ tamen. Et videtur hæc sententia cõtraria nostræ: quia dicimus spiritumsanctũ à patre & filio procedentẽ. sed fortè si duo sapientes vnus græcus et alter latinus vterq; verus amator veritatis, & nõ propriæ dictionis. Vnde propria est, de hac visa cõ-

Auguſt. epistola 7.

Scot. lib. 1. senten. d. 11. q. 1.

trarietate disquirerent, pateret vtiq; tandē ipsam cōtrarietatē nō esse veraciter realē, sicut est vocalis, alioquin vel ipsi græci vel nos latini, sumus verè hæretici. Sed quis audet hūc auctorē Ioānē scilicet Damascenū, et beatos scilicet Basiliū, Gregoriū theologū, Gregoriū Nazian. Cyrillū et similes Græcos patres arguere hæreseos? Quid iterū argueret hæreseos B. Hieronymum, Augustinū, Ambrosiū, Hilariū et consimiles latinos: verisimile igitur est quod nō subest dictis, verbis contrarijs cōtrariorū sanctorū sentētia, multipliciter enim dicitur sicut hoc huius, sic hoc ex illo, vel ab illo: qua multiplicitate forte intellecta et distincta, pateret contrariorum verborum non discors sententia. Cuius theologi scholastici, et regularis animi pietatem et candorē si sectarij imitarentur, nō antiquos ecclesiæ patres, pastores et doctores, nō deniq; ipsam ecclesiā, neq; se inuicem erroris et hæresis damnarēt. Huius certe scholastici theologi christiana charitas et syncerıtas hoc calamitoso sæculo impluribus desideratur: atq; hæc magis, quàm eius præclari ingenij acumē celebranda est. Et proculdubio quod vir præclaro ingenio præditus, non plus quàm oportet, sed modestè sapiat, rarū dei donū est, quo carēt huius sæculi sectarij, q plus sapiūt, quàm oportet sapere. Quod si doctorū sententiæ tales sunt, vt cōcordari nequeāt, quod omnino secū aut cum fide pugnēt, illa sententia quæ à catholica eccle. approbatur, cæteris exclusis tenēda est. Si verò contrariorū opinionū neutra pars cum catholica fide euidēter pugnat, vtrāuis opinionē amplecti licet. Quandoquidē quo cōtrariæ opiniōes à catholica eccl. nō sunt dānatæ, eò sub ecclesiæ cēsura à

cathol. doctoribus asserũtur. Catholici siquidẽ docto res in catholicæ ecclesiæ cõmunione et fide pseuerãtes suas sententias cũ B. August. ecclesiastica cẽsura subij ciũt. Ego itaq; inquit ille, diu multũq; cõsiderãs, qua les oblatrantes, et quales quærentes expertus sim, vel qualis ipse, siue cum latrarẽ, siue quum quærerẽ, fuerim, hoc modo mihi vtẽdũ putaui: q̃ vera esse psp̃exeris, tene, et catholicæ eccle. tribue: quæ falsa, respue, et mihi qui homo sum ignosce: quæ dubia, crede, donec aut respuẽda esse, aut vera esse, aut semp credẽda esse, vel ratio doceat, vel p̃cipiat auctoritas. Vnde cathol. doctores, iuxta catholicæ eccle. censurã suas sentẽtias corrigunt, vt B. August. suã de cogẽdis hæreticis ad catholicã fidẽ, correxit dicẽs: His ergo exẽplis à collegis meis mihi ppositis cessi. Nã mea primitus sentẽtia erat neminẽ ad vnitatẽ Christi esse cogẽdũ, verbo esse agẽdũ, disputatiõe pugnandũ, ratione vincẽdũ, ne fictos catholicos haberemus, quos aptos hæreticos noueramus. sed hæc opinio mea, nõ cõtradicẽtiũ verbis, sed demõstrãtiũ superabatur exẽplis, etc. Per pastores q̃dẽ et doctores, in catholicæ eccle. cõmuniõe, et fide pseuerãtes, catholica fides nobis innotescit, et p illos deus nobis secretiora mysteria reuelat, q̃ etiã B. August. cũ Paulo exponit, dicẽs: Qui verò hæc legẽs dicit, intelligo quidẽ q̃d dictũ sit, sed nõ verè dictum est: asserat si placet sententiã suã, et redarguat meã, si potest. Quod si cũ charitate et veritate fecerit, mihiq; etiã, si in hac vita maneo, cognoscẽdũ facere curauerit, vberrimum fructũ huius laboris mei cœpero. Et infrà: Si quid autem aliter sapio, id quoq; mihi ipse reuela-

August de vera relig. cap. 10.

August. episto. 48.

August. de trini. lib. 1. cap. 4.

Cap.102. *PRaterea Sectarij, Ecclesiasticos doctores (ad illorum labefactandam auctoritatem) de nonnullis religionis argumentis inter se discordare, sibiq; ipsis non constare comminiscuntur. Caluinus enim inquit: Sancti illi viri sæpe inter se conflictantur, interdum etiam secum ipsi pugnant.* Item quidam nō minimus dißidiorum seminator ad schismata, & hæreses excusanda, librum edidit, quem non est veritus inscribere, de Papistarum dißidijs. Cuius certè procacitatem eius collega Philippus retundit, dicens: *Hæc peruersitas manifesta est, in cuiusdam Flacci illyrici, & Galli maledictis & contumeliosis scriptis. Et infrà: His iam longo tempore hoc vnum curæ, & propositum est, vt harum regionum Ecclesiasticam doctrinam & cæremonias culpent, repudient, & prorsus condemnent. Et post pauca ait: Cum isto mirabilum hominum genere, nihil agi potest, qui suo arbitrio damnant quidlibet, nec personis auditis, neque dijudicatis rebus cogunt concilia, quando & vbi ipsis placet, atq; vendicant sibi maiorem, magisq; intollerabilem, & minus excusabilem auctoritatem et potestatem, quàm Papa Romanus vnquam.* Veruntamen sectariorum calumnia aduersus doctores Ecclesiasticos, multùm decepit eos. Nam Pastorum & doctorum in Catholicæ ecclesiæ communione & fide perseuerantium d[illegible]ibusdam religionis materijs variæ & contrariæ opiniones, tantùm abest, vt cum fidei synceritate pugnent, quod potiùs illius veritatem illustrent. At sectariorum de fidei dogmatibus controuersia cum syncera fide pugnant. Inter

Caluin. in præfat.

Philip. in admon. ad lecto.

sectarios

sectarios enim & Catholicos hoc interest, quòd sectarij suis controuersijs separantur ab Ecclesia, catholici verò nón: quia istorum controuersiæ fiunt salua fide, illorum verò dissidia rumpunt fidem. Quod Augustinus contra Pelagianos exponit, dicens: Nunc illud *oportet excutere, quod volentes hæreseos astutè inuidiam declinare, asserunt, istam præter fidei periculum esse quæstionem: vt videlicet, si in ea fuerint exorbitasse conuicti, non criminaliter, sed quasi ciuiliter errasse videantur. Sic enim Celestius apud Carthaginem gestis Ecclesiasticis est locutus: Iam inquit, de traduce peccati dixi, quia intra Catholicam constitutos plures audiui destruere, necnon & alios astruere, licèt quæstionis res sit ista, non hæresis. Et infrà: Sed multum eum ista fallit opinio. Longè aliter se habent quæstiones istæ, quas esse præter fidem arbitratur, quàm sunt illæ, in quibus salua fide, qua Christiani sumus, aut ignoratur, quid verum sit, & sententia definitiua suspenditur, aut aliter quàm est, humana & infirma ratione conijcitur. Veluti cùm quæritur, qualis vel vbi sit paradisus, vbi constituit Deus hominem, quem formauit ex puluere: cùm tamen esse illum paradisum fides Christiana non dubitet. Quemadmodum enim in humanis disciplinis, etsi conclusiones non euidenter ex principijs collectæ, sunt ambiguæ & controuersæ, non ideo fit, vt disciplinarum principia sint ambigua & controuersa, ita quãquam in Christianæ religione aliquæ sententiæ, & quæstiones sunt controuersæ, non ideo sequitur statim, religionis principia esse ambigua & contro*

Aug. cont. pel. li. 2. c. 22. 23.

explicant: quam sententiam beatus Augustinus exponit, dicens: Quomodo enim potuit ista res tantis altercationum nebulis inuoluta, ad plenarij concilij luculentam illustrationem confirmationemq́; perduci, nisi primò diutius per orbis terrarũ regiones, multis hinc atq; hinc disputationibus & collationibus Episcoporum pertractata constaret? Hoc autem facit sanitas pacis, vt cùm diutius aliqua obscuriora quæruntur: & propter inueniendi difficultatẽ, diuersas pariunt in fraterna disceptatione sentẽtias, donec ad verũ liquidum perueniatur, uinculũ permaneat vnitatis, ne in parte præcisa remaneat insanabile vulnus erroris. Catholicorũ igitur doctorum in catholicæ ecclesiæ cõmunione et fide perseuerantium controuersiæ, tantùm abest vt pugnent cũ fide, vt potiùs ad indagandũ sacrorũ dogmatum germanũ sensum maxime cõducãt. Vnde nõ pij viri et eruditi, sed sectarij huiusmodi cõtrouersijs offenduntur, vt beatus Hierony. exponit, dicens: Cæterùm optimè nouit prudẽtia tua, vnũquenq; in suo sensu abũdare, et pueriliæ esse iactãtiæ (quod olim adolescentuli facere cõsueuerãt) accusando illustres viros, suo nomini famã quærere. Nec tã stultus sum, vt diuersitate explanationũ tuarũ me lædi putẽ, quia tu nec læderis si nos contraria senserimus. Catholicorũ siquidẽ doctorũ circa scripturæ expositionẽ discordes sentẽtiæ ecclesiæ consensionẽ nõ rũpunt. Quia etsi illæ expositiones inter se non constãt, tamẽ nulla illarũ cum fide pugnat. Quod beatus Augusti. docet, dicẽs: Cùm enim interrogãdo disputas, et quæris acriter, et doces humiliter. Vtile est aũt vt de obscuri-

August. de baptis. cõt. Don. li. 2. cap. 4

August. epist. 13.

Augu. epistola 59.

obscuritatibus diuinarum scripturarum, quas exercitationis nostræ causa Deus esse voluit, multæ inueniantur sententiæ cum aliud alijs videtur, quæ tamen omnes sanæ fidei, doctrinæq; concordent. In exponendis enim diuinis scripturis, tum ob mysteriorũ difficultatem, tùm ob hominis ingenij tarditatem, varij varia senserunt. Quæ nimirum sensuum varietas non omnis, sed tantùm illa, quæ de fidei regula declinat, est vitanda. Quandoquidem diuina scriptura retenta fide varios sensus parit, vt beatus Augustinus testatur, dicens: Quamuis itaque diuini sermonis auctoritas etiam adhoc sit vtilis, quod plures sententias veritatis parit, & in lucem notitiæ producit, dum alius eum sic, alius sic intelligit: ita tamen, vt quod in obscuro loco intelligitur, vel à testatione rerum manifestarum, vel alijs locis minimè dubijs asseratur: siue cum multa tractantur, ad id quoque perueniatur, quod sensit ille qui scripsit: siue id lateat, sed ex occasione tractandæ profundæ obscuritatis, alia quædam vera dicantur. In alio etiã loco eãdem sententiam exponit, dùm ait: Quisquis igitur scripturas diuinas, vel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita vt eo intellectu non ædificet istam geminam charitatem Dei & proximi, nondũ intellexit. Quisquis verò talem inde sententiam duxerit, vt huic ædificandæ charitati sit vtilis, nec tamen hoc dixerit, quod ille quem legit eo loco sensiße probatur, non perniciosè fallitur, nec omninò mentitur. Igitur Catholicorum doctorum in exponendis dogmatibus varij sensus & controuersiæ, non modò

Aug. de ciuit. dei li. 11. cap. 19.

De docto, christ. lib. 1. ca 36.

non

non pugnant cum fide, sed etiam non sunt mendacia. Cōtra quam sententiam Philippus ait: Chrysostomus & alij multi insulsè deprauant precationem quam tradidit Christus, cùm panem quotidianum nolunt intelligi de corporali pane. Quàm impudenter ille mentiatur, beatus Chrysostomus exponens illud, panem nostrum, &c. Apertè satis ostendit, dùm ait: Tu verò considera vt etiā carnalibus rebus plurimùm spirituale societur. Non enim propter diuitias atque delitias, non ob pretiosæ vestis ornatum, & si qua alia sunt eius generis, sed pro pane dūtaxat et eo quidē quotidiano, ne pro crastina die solliciti simus, iussit orari: & idcirco subiunxit, panem nostrum, &c. In alio etiam loco ait. Ea enim de causa in precationis nostræ verbis limites & regulas nobis dominus præscripsit, quatenus petenda sint temporalia, verba illa iubens nos dicere, quæ omni philosophia sunt referta: Panē nostrum quotidianū da nobis hodie, diei alimentum inquit. Id quod iustus ille, tametsi nihil horum audierat precatus est, dicens: Si dederit mihi dominus panem ad comedendum, et vestem ad tegendum. Ne igitur tēporale aliquid ab eo petamus, indignum enim valde est, à tam liberali, & tanta virtute præstanti huiusmodi petere, quæ in præsenti vita dissoluuntur, &c. Quibus certè verbis Philippi mendacium deprehenditur. Siquidem Chrysostomus non dixit, panem quotidianum non intelligi de pane corporali, sed monuit spiritualia bona potiùs, quàm temporalia petenda esse à Deo, iuxta illud: Primùm quærite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur

[Margin: Philipp. in loc. de inuocatio. — Chrys. homi. 20. sup. Mat. hom. 54. super Gene. — Matt. ca. 6. — Matt. c. 6.]

adijcietur vobis. Vnde nõ solũ de corporali, sed etiã de spirituali pane oratio dominica germanè exponitur. Huiusmodi sunt innumera sæpe scripturæ loca, quæ iuxta fidei regulã varijs modis germanè exponũtur.

Etsi aliqui catholici doctores nonnulla falsa dogmata asseruere, tamẽ Ecclesiæ vnitatẽ sectando à fide non defecere

Caput 103.

QVod si aliquæ doctorũ expositiones secũ, aut cũ fide pugnãt, tamẽ quia illi in catholica eccle. cõmunione et fide pseuerarũt, et quia à catholica eccle. tũc tẽporis quid, et quomodo de illis sentiẽdũ esset, nõdũ fuerat definitũ, illos absq; omni ptinacia, imo meliori quo potuerũt iudicio, huiusmodi sentẽtias ptulisse, nõ est dubitãdũ. De quocũq; enim catholico scriptore habere decet huiusmodi existimationẽ, qualẽ etiã B. August. de se ipso habuit, dũ dixit: Et in rebus obscuris atq; à nostris oculis remotißimis, si qua inde scripta etiã diuina legerimus, quæ poßint salua fide qua imbuimur, alijs atq; alijs parere sentẽtijs, in nullã earũ nos præcipiti affirmatione ita pijciamus, vt si fortè diligẽtiùs discussa veritas eã rectè labefactauerit, corruamus: nõ pro sentẽtia diuinarũ scripturarũ, sed pro nostra ita dimicãtes, vt eã velimus scripturarũ esse, quæ nostra est, cùm potiùs eã quæ scripturarũ est, nostrã esse velle debeamus. In alio etiã loco se in asserẽdis sentẽtijs modestè sapuiße, aptè satis exponit, dùm ait: In talibus aũt quæstionib. nõ multũ laboro, quia etsi defendi sententia mea liquida ratione nõ potest, mea est, non eius auctoris, cuius sensum improbare fas non est, etiã cùm eo nõ intellecto hoc inde sentitur, quod improbã

Aug. sup. Gen. lib. 1. cap. 18.

*improbandū est. Et paulò post: Cæteros ne de se teme-
rè existimēt monet, dicens: Vos aūt qui me multū di-* Auguſt. epistola 7.
*ligitis, si talem me asseritis aduersus eos, quorum ma
litia, vel imperitia, vel intelligentia, reprehendor, vt
me nusquā scriptorum meorū errasse dicatis, frustrà
laboratis, nō bonā causam suscepistis, facilè in ea me
ipso iudice superamini. Quoniā non mihi placet, cùm
à charissimis meis talis esse existimor, qualis nō sum.
Profectò enim nō me, sed pro me, aliū sub nomine meo
diligūt: si nō quod sum, sed quod nō sum diligūt. Quā-
tò igitur ecclesiastici pastores et doctores in catholicæ
ecclesiæ cōmunione et fide magis perseuerarūt, tantò
de illorū sententijs modestius sentiendū est. Nec existi
mandū est, doctores temerè cōflictasse, quandoquidē
illorū de religione cōtrouersia, ambiguæ veritatis est
elucidatio. Nec decet etiā viros doctos affirmare, do-
ctores contrarias sententias asseruisse, decet tamē iu-
xta fidei regulā illorū sententias concordare, vt Sco-* Scot. lib. 1.
tus patrū sententias, circa articulum de spiritussancti senten. d.
ab vtroq; processione, concordare docet, dū ait: In ista 11. q. 1.
*quæstione dicūtur græci discordare à latinis, vt vidē-
tur auctoritates Damasceni sonare, sed de ista discor
dia dicit Linconiē. in notula quadā super finē episto-
læ de trisagio, quod sententia græcorū est, quod spiri-
tussanctus est spiritus filij, sed nō procedens à filio: sed
à solo patre, per filiū tamen. Et videtur hæc sententia
cōtraria nostræ: quia dicimus spiritumsanctū à patre
& filio procedentē. sed fortè si duo sapientes vnus græ
cus et alter latinus vterq; verus amator veritatis, &
nō propriæ dictionis. Vnde propria est, de hac visa cō-*

trarietate disquirerent, pateret vtiq; tandē ipsam cōtrarietatē nō esse veraciter realē, sicut est vocalis, alioquin vel ipsi græci vel nos latini, sumus verè hæretici. Sed quis audet hūc auctorē Ioānē scilicet Damascenū, et beatos scilicet Basiliū, Gregoriū theologū, Gregoriū Nazian. Cyrillū et similes Græcos patres arguere hæreseos? Quid iterū argueret hæreseos B. Hieronymum, Augustinū, Ambrosiū, Hilariū et consimiles latinos: verisimile igitur est quod nō subest dictis, verbis contrarijs cōtrariorū sanctorū sentētiæ, multipliciter enim dicitur sicut hoc huius, sic hoc ex illo, vel ab illo: qua multiplicitate forte intellecta et distincta, pateret contrariorum verborum non discors sententia. Cuius theologi scholastici, et regularis animi pietatem et candorē si sectarij imitarentur, nō antiquos ecclesiæ patres, pastores et doctores, nō deniq; ipsam ecclesiā, neq; se inuicem erroris et hæresis damnarēt. Huius certe scholastici theologi christiana charitas et synceritas hoc calamitoso sæculo in pluribus desideratur: atq; hæc magis, quàm eius præclari ingenij acumē celebranda est. Et proculdubio quod vir præclaro ingenio præditus, non plus quàm oportet, sed modestè sapiat, rarū dei donū est, qao carēt huius sæculi sectarij, q plus sapiūt, quàm oportet sapere. Quod si doctorū sententiæ tales sunt, vt cōcordari nequeāt, quod omnino secū aut cum fide pugnēt, illa sententia quæ à catholica eccle. approbatur, cæteris exclusis tenēda est. Si verò contrariorū opinionū neutra pars cum catholica fide euidēter pugnat, vtrāuis opinionē amplecti licet. Quandoquidē quo cōtrariæ opiniōes à catholica eccl. nō sunt dānatæ, eò sub ecclesiæ cēsura à

*catbol. doctoribus asserũtur. Catholici siquidẽ docto
res in catholica ecclesia cõmunione et fide pseuerãtes* August. de
suas sententias cũ B. *August. ecclesiastica cẽsura subij* vera relig.
ciũt. Ego itaq; inquit ille, diu multũq; cõsiderãs, qua cap. 10.
*les oblatrantes, et quales quærentes expertus sim, vel
qualis ipse, siue cum latrarẽ, siue quum quærerẽ, fue-
rim, hoc modo mihi vtẽdũ putaui: q̃ vera esse pspexe-
ris, tene, et catholicæ eccle. tribue: quæ falsa, respue, et
mihi qui homo sum ignosce: quæ dubia, crede, donec
aut respuẽda esse, aut vera esse, aut semp credẽda esse,
vel ratio doceat, vel pcipiat auctoritas. Vnde cathol.
doctores, iuxta catholicæ eccle. censurã suas sentẽtias
corrigunt, vt* B. *August. suã de cogẽdis hæreticis ad ca
tholicã fidẽ, correxit dicẽs: His ergo exẽplis à collegis* August. e-
meis mihi ppositis cessi. NÃ *mea primitus sentẽtia e-* pisto. 48.
*rat neminẽ ad vnitatẽ Christi esse cogẽdũ, verbo esse
agẽdũ, disputatiõe pugnandũ, ratione vincẽdũ, ne fi-
ctos catholicos haberemus, quos aptos hæreticos noue
ramus. sed hæc opinio mea, nõ cõtradicẽtiũ verbis, sed
demõstrãtiũ superabatur exẽplis, etc. Per pastores q̃-
dẽ et doctores, in catholica eccle. cõmuniõe, et fide p-
seuerãtes, catholica fides nobis innotescit, et p illos de
us nobis secretiora mysteria reuelat, q etiã* B. AUGUST.
cũ Paulo exponit, dicẽs: Qui verò hæc legẽs dicit, in- August. de
telligo quidẽ qd dictũ sit, sed nõ verè dictum est: asse- trini. lib. 1.
rat si placet sententiã suã, et redarguat meã, si potest. cap. 4.
*Quod si cũ charitate et veritate fecerit, mihiq; etiã,
si in hac vita maneo, cognoscẽdũ facere curauerit, v-
berrimum fructũ huius laboris mei cœpero. Et infrà:
Siquid autem aliter sapio, id quoq; mihi ipse reuela-*

bit, siue per occultas inspirationes, atq; admonitiones, siue per manifesta eloquia sua, siue per fraternas sermocinationes. Quare Catholicorum *doctorum de quibusdam religionis argumentis sententiarum variatio, non animi leuitati, sed fidei obedientiæ ascribenda est. Vtpote illi in corrigendis sententijs, non priuatum, sed Catholicum sensum sequuntur. Atque ita ecclesiastici doctores, aut varias, aut contrarias opiniones, sub Catholicæ ecclesiæ censura asserendo, de fide nec inter se conflictantur, nec secum ipse pugnant. Quandoquidem illos Catholica ecclesia definiente, & docente, non proprias, sed communem sententiam secuturos esse, in confesso est. Vtpote illi in* Catholicæ *ecclesiæ communione et fide perseuerando, etsi non effectu, tamen affectu, seu voto suas sententias correxerunt. Si qui verò suas sententias effectu non correxerunt, non illorum culpa, sed diuinæ dispositioni ascribendum est, vt beatus Augustinus exponit, dicens: Et ideo plerunq; doctioribus minus aliquid reuelatur, vt eorum patiens et humilis charitas, in qua fructus maior est, comprobetur: vel quomodo teneant vnitatem, cùm in rebus obscurioribus diuersa sentiunt? vel quomodo accipiant veritatem, cùm contra id quod sentiebant, declaratum esse cognoscunt? Hinc est, quod doctores in* Catholicæ *ecclesiæ communione & fide perseuerantes, qui non correxerunt suas sententias, tam non fuerunt hæretici, quàm qui correxerunt. Quandoquidem omnes soliciti seruarunt vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vti Petrus & Paulus, ita Hieronymus & Augustinus*

Auguft. de bapt cont. Dona li. 2. ca. 5.

stiuus in controuersia de obseruatione legalium. Corneius etiam & Stephanus Romani pontifices, & Cyprianus de hareticorum baptismo varias & contrariis sentētias asserentes, in vna communione & fide permanserunt. Quorum pios mores neoterici scholastici doctores imitantes, etsi varias et contrarias sententias asserunt, tamen in Catholica ecclesia communione & fide perseuerant. Scholasticos certè doctores in asserendis suis sententijs, obsequentissimos ecclesiastica censura fuisse, Caietanus exponit, dicens: Citra limites quasiti aduerte primò, quod Scotus in 26. distinct. primi, nisi timeret ecclesia contradicere Ostendit se velle libenter tenere, quod in persona diuina prater essentiam communem tribus: ac relationem et originem cuiq; persona propriam sit quadam entitas absoluta incommunicabilis, qua est constitutiua diuina persona. Qua profectò sententia, quocunq; sit animo prolata, Scoti raram in asserendis dogmatibus modestiam commendat. Denique Caluin.ca. 2. par.8. *cùm Caluinus in articulo de libero arbitrio, sanctorum patrum auctoritate premeretur, ad hareticorum consueta arma confugit, nempe ad calumniandos sanctos patres, & de inconstantia atq; ignorantia coarguendos. Siquidem ille comminiscitur, quod quemadmodum actores et rei, in criminali causa colludunt, sic catholici doctores cum philosophorum erroribus Christi Euangelium ex parte concordarunt, et ex parte dissimularunt. Veteres, inquit, mihi videtur hoc consilio vires humanas sic extulisse, ne si impotentiam disertè essent confessi, primùm philosopho*

rum cachinnos, quibuscum tūc certamen habebāt, excuterent. Et infrà: Ergo ne quid cōmuni hominum iudicio absurdum traderent scripturæ doctrinā, cum philosophorum dogmatibus dimidia ex parte cōciliare studuerunt. Quibus certè locis Caluinus significare videtur, quod pastores et doctores (quos Deus dedit, vt iā nō simus paruuli, fluctuantes, et circumferemur omni vento doctrinæ) prædicādi synceri euāgelij officium deseruerunt. Mentitur tamen vt in omnibus, quia si apostoli veritatē nō dissimularunt, pfectò nec illorum successores, nēpe Basilius, Chrysostomus, et cæteri prisci pastores et doctores, scripturæ doctrinā cū philosophorum dogmatibus dimidia ex parte cōciliarunt. Vtpote illi tum in doctrina, tùm in contēnendis pro Christo principū minis, et philosophorum cachinnis, apostolorum fuerunt imitatores. Nunqd Ambrosius ille magnum Theodos. ab ecclesia arcēs? nunquid Chrysosto. Imperatorē Arcadium, eiusq; cōiugēm timēs, pter iustitiā secūdò exul? nunquid Hierony. August. et cæteri ecclesiæ pastores & doctores philosophorum cachinnos timuerunt? Nunquid patres illi, qui prædicarunt Christum crucifixum, Iudæis quidē scandalum, gentibus autem stultitiā, timuissent contra cōmune hominum iudicium aliquod dogma tradere? Quod enim dogma magis contrarium philosophiæ principijs, quàm deum ex muliere factum hominē, crucifixum, mortuum, et à mortuis resurgentem, prædicare potuerunt? Huiusmodi enim dogmata quorum nulla sunt communi hominum sensui magis absurda, nec ob Iudæorum scandalum, nec philosopho-

rum

rum derisiones, nec ob principium minas, perpetua pastorum et doctorum successio dissimulauit. Siquidem fidei confessionis dissimulatio, non modo in illis, quibus prædicandi munus est iniunctū, pnitiosissima est, sed etiam in omnibus fidelibus (præcipuè quando, et vbi fides periclitatur) flagitiosa existit. corde enim inquit, creditur ad iustitiā, ore autem confessio fit ad salutem. Item, qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & eum coram patre meo qui in cælis est. Quare cùm apud nullos homines magis quàm apud incredulos philosophos fides periclitaretur, nullibiq; oris confessio esset magis necessaria, compertum est coram illis, sanctos patres fidei veritatem non dissimulasse. Quandoquidem illis fuit datum à Deo præceptum de fide asserenda coram hominibus. Valeat ergo Caluinus cum mendacio suo, existimare enim patres tum ad uitandos philosophorum cachinnos, tum ne quid cōmuni hominū iudicio traderent dissimulasse veritatem, supremæ malitiæ, nedum stultitiæ est. Aduersus Caluini in sanctos patres impiam calumniam, Irenæus ait: Quemadmodum dicunt hi, qui sunt vanissimi sophistæ, quoniam Apostoli cum hypocrisi fecerunt doctrinā, secundum audientium capacitatē, & respōsiones secundū interrogantiū suspiciones, cæci, cæca cōfabulantes, secundū cæcitatē ipsorū, languentib. aūt secundū lāguores ipsorum, et errantibus secundum errorē eorū. Et infrà: Hoc aūt nō est sanantium. nec viuificantiū, sed magis grauātium, et augentiū ignorantiā ipsorū: et multò verior hic lex inuenitur, maledictum dicens omnem

Ad Roma. cap. 10.

Matt. c. 12.

Iren. lib. 3. cap. 5.

qui in errorem mittat cæcum in via. Qui enim ad inuentionem missi erant errantium apostoli, & ad visionem eorum qui non videbant, & ad medicinam languentium, vtiq; non secundum præsentem opinionem colloquebantur eis, sed secundum veritatis manifestationem. Nec enim quilibet homines rectè facient, si cæcos iam iamq; per præcipitium ferri incipientes adhortentur insistere periculosissimæ viæ, quasi verè rectæ, & quasi benè peruenturi sint. Quis autem medicus volens curare ægrotum, faciat secundum concupiscentias ægrotantis, & non secundum quod aptum est medicinæ?

Priscorum doctorum theologia, eadem est cum scholasticorum theologia.

Cap. 104.

ETsi controuersiæ de religione, cum Catholicæ ecclesiæ communione & fide pugnantes, sunt vitandæ, non ideo quæstiones in exponendis dogmatibus, maioris eruditionis ergò propositæ, sunt prætermittendæ. Quæ controuersiarũ distinctio, ex Dei verbo euidenter colligitur. Stultas autem et sine disciplina quæstiones deuita: sciens quia generant lites. 2. ad Tim. cap. 2. *Stultas dicit, quia eruditæ & cum disciplina coniunctæ quæstiones, non sunt contemnendæ, vt Chrysostomus illum Pauli locum differens, exponit dicens: Sunt autem aliæ perutiles quæstiones de scripturis, de alijs necessarijs, à quibus ille nos minimè prohibet: sed ita vt in conquirendo cessent lites, iurgia, rixæ, procul enim ista esse debent ab eo, qui Dei*

pacis

pacis seruus est. Eiusdem sententiæ est Augustinus, dùm ait: Sunt enim innumerabiles (scilicet quæstiones), sed planè retenta iam fide, ad exercendam piam dilectionem mentium fidelium studiosissimè requirendæ, & quod in eis eluxerit, sine typo arrogantiæ communicandum: quod autem latuerit, sine salutis dispendio tolerandum. Clemens etiam Alexandrinus illis longè vetustior eandem sententiam explicat, dicens: Nam eam quidem, quæ vna cum fide conuenit, quæstionem, quæ super fundamentum fidei super ædificat, splendidam, ac magnificam veritatis cognitionem, optimam esse scimus, &c. Quos nimirum patres, cæterosq́ priscos, in proponendis quæstionibus, scholastici doctores habent auctores. Atq́ horum sententiam sectãtes, retenta fide tum ad clariùs explicanda dogmata, tùm ad fidei reddendã rationem, quæstiones & argumenta proponunt. Immò ad illa duo exactiùs exequenda, illi non modo sacræ scripturæ, apostolicæ traditionis, catholicæ ecclesiæ, conciliorum & sanctorum patrum auctoritate, sed etiam naturali ratione, tum humanarum disciplinarum principijs, & philosophorum testimonijs vtuntur, siquidem omnibus illis testimonijs fidei veritas illustratur, roboratur & defenditur. Verùm sectarij animaduertentes se scholasticorum rationibus reuinci, huiusmodi stylum in exponendis religionis dogmatibus reprobantes, scholasticos doctores sophistas appellant. Quod certè malum quibusdam nostræ tempestatis linguarum peritis referri par est. Erasmus enim ait: Nos hoc quicquid est laboris, ne-

Augu. epistola 49.

Clem. Alex. strom, li. 5.

Eras. ad studi. Hieru. com. 2.

q; gloriæ, neq; quæstus gratia sumpsimus, sed in hoc duntaxat, quo nostra industria, veteris illius theologiæ candidatis consuleremus, quam ego sanè solam esse iudicarim theologiam, nisi vererer, tot agmina diuersa sentientium. Certè non dubitem hãc pronunciare longè magis cõducibilem, vel ad christianam eruditionem, vel ad vitæ pietatem, ea quæ nunc passim tractatur in scholis, sic Aristotelicis differta decretis, sic sophisticis nugis, ne dicam somnijs, contaminata, sic inanium quæstiuncularum inuoluta labyrinthis, vt si ipse reuiuiscat Hieronymus, aut etiã Paulus, inter eos nihil theologiæ scire videtur, etc. Sed bonus hic vir decipitur miserè, dùm existimat antiquorum patrum theologiam esse distinctam ab scholasticorũ theologia, tùm sacram theologiã philosophorum sententijs contaminari, & Paulum, nedum Hieronymum scholasticã theologiam ignorasse. Nã Erasmo cæterisq; linguarum peritis, patrum & scholasticorum theologiam nõ variam, sed vnam esse, nemo euidentiùs persuadere poterit, quàm Comicus ille (dignum profectò vt aiunt, patella operculum) dùm ait: Nunc, quã rem vitio dent, quæso animum aduertite.

Teren. in And.prol. *Menander fecit Andriam et Perinthiam. Qui vtrãuis rectè norit, ambas nouerit. Non ita dissimili sunt argumento, sed tamen dissimili oratione sunt factæ, ac stylo, &c. Huiusmodi esse theologiam, scholasticorum doctorum cõmentaria præ se ferunt. Illi enim ex Hilarij, Hieronymi, Augustini, & cæterorum priscorum patrum monumentis, sententias singulis religionis articulis conuenientes, in suos cõmentarios transtulerunt*

stulerunt. Vt videre licet in Petri Lombardi, Thomæ, Scoti, & aliorum scholasticorum cōmentarijs. Quorũ nimirum cōmentariorũ argumētum idē omninò est cum patris sentētijs. Hilarij enim et August. argumētum est in libris de trinitate, deũ esse trinũ in personis, et vnum in essentia, idē argumentum omninò ab omnibus scholasticis tractatur. Et nō solùm in illo articulo, sed etiã in cæteris religionis articulis scholastici doctores latũ (vt aiunt) vnguem à patrũ argumento non discedunt, vtpote scholastici doctores, retenta catholicæ ecclesiæ fide, de religionis dogmatibus disputant. Vnde licèt scholasticorũ in non exponendis dogmatibus, stylus à patrum cōmētarijs differat, tamen argumentũ idē cum patribus tractãt, et per cōsequēs patrum et scholasticorum theologia nō varia, sed vna est. Quod aũt argumentum patrum et scholasticorũ inter se nō differãt, sed quod cōmentaria etiam nō ita dissimili stylo sint facta, beatus Hieronymus cōmentariorum stylum describens, exponit dicens: Commentarij quid operis habent? Alterius dicta adiserunt: quæ obscurè scripta sunt, plano sermone manifestant: multorum sententias replicant, et dicunt, hunc locum quidam sic adisserunt: alij sic interpretantur, illi sensum suum & intelligentiam his testimonijs, & hac nituntur ratione firmare, vt prudens lector, cùm diuersas explanationes legerit, & multorum vel probanda vel improbanda didicerit, iudicet quid veriùs sit, & quasi bonus trapezita, adulterinæ monetæ pecuniã reprobet. Nunc diuersa interpretationis

Hieron. in Apol, aduers. ruf.

& contrariorum inter se sensuum tenebitur reus: qui in vno opere quod edißerit, expositiones posuerit plurimorum, huiusmodi esse scholasticorum doctorum commentaria nemo ignorat, nisi qui illa non perlegit.

Cap. 105.

Philosophia non ad assentiendum fidei dogmatibus, sed ad intelligendum illa est necessaria.

Lodo. viu. *SAcram etiam theologiam philosophorum sententijs contaminari, non solùm Erasmus, sed etiam beati Augustini nouus commentator asserit,*
Aug. de ciuit. dei lib. 21 cap. 7. *dùm ait: Cùm hic totus locus de resurrectione, de iudicio, de supplicijs impiorum, & beatitudine piorum, terminos captumq; huius naturæ excedat, miror scholasticos theologos, Thomam, Scotum, Occamum, Henricum Gandauensem, Durandum, Paludanum, de ijs omnibus ex dogmatibus Aristotelicis differere et definire. Et infrà: Et alia sexcẽta, quæ omnia tam philosophicè disputant, vt putes eos Athenis ethicis eße, non Parrhisijs Christianis. Huiusmodi certè scholasticam theologiam vituperantium pro*
Aug. conf. li, 3. ca. 7. *cacitas beati Augustini sententia, aduersus imperitos morum censores retunditur. Et non noueram inquit iustitiam veram interiorem, nõ ex consuetudine iudicantem, sed ex lege rectißima Dei omnipotentis. Et infra: Secundum quam iusti essent Abraham, & Isaac, et Iacob, & Moyses, & Dauid, & illi omnes laudati ore dei, sed eos ab imperitis iudicari iniquos, iudicantibus ex humano die, & vniuersos mores humani*

mani generis ex parte moris sui metientibus, tanquam si quis nescius in arma mentis, quid cuiq; mẽbro accommodatum sit, ocrea velut caput contegi, & galea calciari, et murmuret, quod non aptè conueniat, aut in vno die indicto, à pomeridianis horis iusticio, quisquam stomachetur, non sibi concedi quid venale proponere, quia mane concessum est, etc. Sic sunt isti qui ex linguarum disciplinis metiuntur Theologiam: siquidem in illis disciplinis, vt ait Augustinus, Quicquid valet, auctoritas valet. Quam etiam auctoritatem teste Fabio, consuetudo superauit. Analogia etiam in huiusmodi disciplinis parum aut nihil valet, quod ibidem ille exponit, dicens: Sed meminerimus, non per omnia duci analogiæ posse rationem, cùm sibi ipsa plurimis in locis repugnet. Illi quidem atque sectarij, existimantes in theologia tantam valere auctoritatem, omnes rationes, & per consequens omnes quæstiones de religionis dogmatibus, quibus fidei veritas illustratur, roboratur & defenditur, excludunt. Verùm in theologia non solùm auctoritas, sed etiam ratio valet. Quandoquidem theologia religionis dogmata non modò ad credendum, sed etiam ad intelligendum proponit. Quare etsi ad credendum auctoritas est necessaria & sufficiens, siquidem fides innititur auctoritati, tamen ad intelligendum fidei dogmata necessaria est ratio. Quam sententiã beatus August. exponit, dùm ait: Superiùs quippe in eadem ipsa epistola, in qua hoc petis, apud temetipsum definisse te dicis ex fide veritatẽ magis, quàm ex ratione percipi oportere. Et infrà: Vide ergo

Aug. musi. lib. 2. ca. 1.

Fabi. lib. 1. cap. 9.

August. episto. 222.

go secundum hæc verba tua, ne potiùs debeas, maximè de hac re, in qua præcipuè fides nostra consistit, solã sanctorum auctoritatem sequi, nec eius intelligentiæ à me quærere rationem. Ac paulò inferiùs: Quam si à me, vel à quolibet doctore irrationabiliter flagitas, vt quod credis intelligas, corrige definitionem tuam, nõ vt fidem respuas, sed vt ea, quæ fidei firmitate iam tenes, etiã rationis luce conspicias. Absit nanque vt hoc in nobis Deus oderit, in quo reliquis animantibus excellentiores creauit. Hinc est, quod scholastici doctores fidei rationem non ad credendũ, sed ad intelligendum religionis mysteria inquirunt, tum etiam de religionis dogmatibus quæstiones, & dubia mouent, nõ quòd de fidei dogmatibus dubitent, sed quo et illorũ explicitiorem noticiã habeant, & euidentiorem rationem aduersus hæreticos reddant, vt Clemẽs Alexand. testatur, dicens: Cùm sit autem demonstratio, necesse est descendere ad quæstiones, et per ipsas scripturas discere demõstratiuè, quemadmodum lapsæ quidem sunt hæreses: quemadmodum aũt in sola veritate & antiqua ecclesia sit perfectißima cognitio, & ea quæ est reuera optima hæresis, id est, electio. Ad huiusmodi enim quæstiones dissoluendas, et ad fidei explicitiorem noticiam habendam, nõ parùm humanas scientias conferre, Niceta apud Clementem Pontificem testatur, dicens: Vbi verò adoleuimus, etiam philosophorum studijs operam dedimus, quo poßimus religionis diuinæ dogmata, philosophicis disputationibus adserentes, confutare gentiles. Infrà etiã Apostolus Petrus apud eundem, illãmet sententiã cõfirmas

Clem. Alexa. strom. lib. 7.

Clem. Ponti. reco. li. 7. & 10.

mat, dùm ait: Cùm enim ex diuinis scripturis integrã quis susceperit, & firmã regulam veritatis, absurdũ nõ erit, si aliquid etiã ex eruditione cõmuni, ac de liberalibus studijs, quæ fortè in pueritia attigit, ad assertionẽ veri dogmatis cõferat. ita tamen, vt vbi vera didicit, falsa & simulata declinet. Clemens quoq; Alexand. eidem sententiæ subscribens, ait: Sed quemadmodum liberales, quæ stant in circulo disciplinæ, conferunt ad philosophiam, quæ est ipsarũ domina: ita etiã ipsa philosophia conducit ad parandã sapientiã. Est enim philosophia quidem exercitatio, sapientia verò scientia rerum diuinarum et humanarũ et causarum ipsarũ. Est enim sapientia domina philosophiæ, sicut illa eius, quæ prius auditur, disciplinæ. Hieronymus etiã de scriptoribus ecclesiasticis ait: Qui omnes in tantum philosophorum doctrinis atq; sententijs, suos refarciũt libros, vt nescias quid in illis primùm admirari debeas, eruditionẽ seculi, an scientiam scripturarum. Et infrà: Nec statim praua opinione fallaris, contra gentes hoc esse licitum, in alijs disputationib. dissimulandum, quia omnes penè omnium libri, exceptis his, qui cum Epicuro literas non didicerunt, eruditionis, doctrinæq; plenissimi sunt. Quibus nimirum verbis & cõmentarij descriptione suprà annotatũ Erasmi cõmentum reuincitur. Quandoquidem si Hierony. cæteriq; patres reuiuiscerent, scholasticorũ stylum tantùm abest vt abhorrerent, vt potiùs cum Cicerone cõmendarent, et doctores huiusmodi stylum in dicendo non obseruantes imperitiæ perinde, ac Epicureum damnarent. Sed de istis quidem Cicero ait:

Clem. Alexand. lib. 1.

Hieron. ad magn. ora.

Cic. de finib. li. 1.

Quid igitur est inquit? audire enim cupio, quid non probes. Principio inquam in physicis quibus maximè gloriatur, primũ totus est alienus. Et infrà: Iã in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi, ac disserendi, quæ λογικὴ dicitur, iste vester planè (vt mihi quidem videtur) inermis ac nudus est. tollit definitiones, nihil de diuidendo, ac de partiendo docet: non quomodo efficiatur, concludaturq́; ratio tradit: non qua via captiosa soluantur, ambigua distinguantur ostendit. De illis verò in alio loco, inquit: Itaq; mihi semper peripateticorum, academiæq́; consuetudo, de omnibus rebus in contrarias partes disserendi, non ob eam causam solùm placuit: quod aliter non posset, quid in vnaquaq; re verisimile esset, inueniri: sed etiam, quod esset ea maxima dicendi exercitatio, qua princeps vsus est Aristoteles: deinde eum qui secuti sunt. Quare etsi patrum commentaria de religionis articulis in contrarias partes disputatis non extant (quandoquidem aut illa fuerunt antiquata, aut non literis, sed viua voce mandata) tamen illos theologiam diuidendo, definiendo, & in contrarias partes disserendo, didicisse & docuisse in confesso est. Vtpote illi humanarum disciplinarum (vt illorum commentaria præ se ferunt) non fuerunt ignari. At apostolorum & prophetarum, qui Deo reuelante theologiam didicerunt, alia ratio est. Siquidem illi mysteriorum explicitiorem notitiam deo reuelante, quàm eorum successores, homine docente habuerunt. Vt Clemens Alexandrinus mirificè exponit, dùm ait: *Si autem prophetæ & apostoli artes non*

Cic. q. Tuscul. li. 2.

Clem. Alexa. strom. lib. 1.

non nôrant, per quas ostenduntur exercitationes, quæ sunt in philosophia, at mens prophetici, & docentis spiritus occultè loquens, propterea, quod non sint aures omniũ intelligentes, artificiosas doctrinas exigit ad explicationem. Securè enim nouerunt illarũ sensum prophetæ, & spiritus discipuli. Ex fide enim, & quàm dici non potest facilè, dixit spiritus, sed non tam facilè percipere possunt ij, qui non didicerunt. Quare apostoli prophetæq́ ad fidei rationem reddendam, & ad hæreticos reuincendos, humanis disciplinis non indiguerunt. Nam sicut nutritià pueritia inter homines integrè loquentes latinè, grãmatica arte ad rectè loquendũ nõ indigent: Ita docti à Deo per reuelationem sine humana disciplina, diuidere, definire, & in contrarias partes disserere cognouerunt.

Philosophia ad fidei reddendam rationem maximè conducit. Cap. 106.

P*Aulus quidem etsi philosophicam deceptionem cauendã monet, dùm ait: Videte ne quis vos decipiat, per philosophiã & inanem fallaciam, non ideò dãnat philosophiam. Quandoquidẽ illa nõ minus benè, ac cæteris creaturis potest homo vti. Philosophia, inquam, homo potest benè vti, ad fidei rationem reddendam, & reuincendas hæreses, non tamen quouis philosophico dogmate, sed illo tantùm, quod ex naturali ratione, et primis principijs colligitur, atq́ cũ fide nõ pugnat: quam sententiã Clemẽs Alexand. exponit, dicens: Philosophiam aũt nõ dico Stoicã, neq́ Platonicam, aut Epicureã, et Aristotelicam, sed quæcunque ab his sectis rectè dicta sunt, quæ docent* Ad Colo. cap. 2. Clem. Alexa. strom. lib. 4.

iustitiam cum pia scientia, hoc totum selectum dico philosophiam: quæcunq; autem ex humanis amputata cogitatis, adulterarunt, ea nunquam diuina dixerim. Verùm philosophia illa selecta ea tantùm ratione ad explicanda diuina mysteria conducit, quæ cũ fidei regula est alligata. Quia si philosophia fuerit à fide soluta, tantùm abest vt fidei reddat rationem, vt potiùs cum fide pugnet. Paulus certè philosophiam fidei esse alligandã docet, dùm ait: In captiuitatẽ redigentes omnem intellectum, in obsequium fidei. Philosophia certè in fidei obsequium captiuatur, quando à fide corrigitur, vt Alexandrinus exponit, dicens: Ece inquit, ancilla in manibus tuis, vtere ea vt lubet. Quasi diceret. sæcularem quidem amplector doctrinam, & vt iuniorem, & vt conseruam, scientiam autem tuam, vt perfectam dominam, honoro & colo. Et afflixit eam Sara. quod perinde est, ac correxit et admonuit. Inter philosophos credentes, & incredulos hoc interest, quod hi in credendis fidei dogmatibus, philosophiæ tanquam primæ regulæ innituntur, ex quo varias hæreses condiderunt. quippe fidem per philosophiæ regulam corrigunt, vt videre licet in illis dogmatibus: Deus est trinus in personis, & vnus in essentia, Verbum caro factũ est, christus simul est in cælo, & in Eucharistia, & similibus: quæ profectò dogmata ab Ario, sabellio, & Sacramentarijs non recipiuntur, quandoquidem iuxta philosophiæ regulas, huiusmodi dogmata sunt falsa. philosophi verò credentes, nempe scholastici doctores in credendis dogmatibus, non philosophiæ, sed diuinæ auctoritati innituntur

[Margin: 1. ad Cor. — Clem. Alexa. strom. lib. 1.]

tur

tur, vnde per fidem tanquam veritatis rectißimam regulam philosophiam corrigunt. Quare omnis ratio cum fide pugnans, est falsa, & omnis ratio fidei concors est vera, vt beatus Augustinus exponit, dicens: Si enim ratio contra diuinarum scripturarum auctoritatem redditur, quamlibet acuta sit, fallit verisimilitudine, nam vera esse non potest. Rursus si manifestißimæ certæ rationi, velut scripturarum sanctarum obijcitur auctoritas, nõ intelligit qui hoc facit, & scripturarum illarum sensum, ad quem penetrare non potuit, sed suum potiùs obijcit veritati. Nec quod in eis, sed quod in se ipso, velut pro eis inuenit, opponit. Catholici enim philosophi, in rebus, quas Deus vulgari, & consueto ordine administrat, philosophiam, & rationem habere locum sciunt: in cæteris verò rebus, quæ omnem naturam creatam excedunt, vt sunt illa, quæ ad Dei vnitatem, & personarum trinitatem pertinent, & in rebus quas Deus rarò & inconsueto ordine facit, nec philosophiam, nec naturalem rationem habere locum credunt. Siquidem huiusmodi mysteria non contra, sed supra naturam sunt. Vnde etsi philosophia, incredulis ad fidei dogmata aßentiendum obest, tamen credentibus ad fidei mysteria intelligenda prodest. Ad syncerè et exactè docendum Dei verbum, philosophia tantùm abest, vt impediat, vt potiùs conducat. Doctoris enim officium, Paulus exponit, dùm ait: Solicitè autem cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis. In alio etiam loco ait: Amplectentem eum, qui secun-

Augu∫t. epi∫tola 7.

2. ad Tim. cap. 2.

dum doctrinam est.fidelē sermonem,vt potens sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contra dicunt arguere. Ad Dei quidē verbum rectè tractandū,et hominibus illud persuadendum,in sana doctrina,et arguēdos contradicentes,opus est diuisionibus, definitionibus,ac disputationibus, quoniam sine illis aut nō,aut difficile Dei verbū potest rectè tractari. Quam sententiā Clemens Alexand. exponit, dicens: Nōnulli aūt qui se putāt esse ingeniosos,nec philosophiā attingere volunt,nec Dialecticam,sed nec contēplationem discere naturalem,sed solā et nudā fidem requirunt, perinde ac si cùm nullam vitis curā gesserint,velint ab initio statim botros accipere. Et infrà:Fidem non ociosam & solam, sed cum inquisitione ostendere oportere dicimus. Non hoc enim dico, nō oportere omninò quærere. Quære enim inquit,et inuenies. Quosdam quidem Patres alioquin catholicos,ob dogmatū reddendæ rationis inopiam, aliqua contra fidē, licèt nō pertinaciter asseruerūt, vt beatus Augustinus, exponit,dicens:Irruente itaq; tam magna quæstione, cùm de remissione peccatorū, et de spiritali hominis generatione vtrū posset,etc. Apud hæreticos vel apud schismaticos fieri,difficilè ratio redderetur,& præcederet auctoritas Agrippini, & nonnullorum qui ei cōsenserant, hominū in hac quæstione deficientium, qui maluerunt, aliquid nouum moliri, quàm tenere consuetudinem,cuius defensionem non intelligebant, irruerunt in oculos animæ verisimiles ratiōes, et intercluserunt iter peruestigandæ veritatis. Ratio certè quā illi soluere nesciebant huiusmodi est,vna fides,

Ad Tim cap. 1.

Clem. Alexan lib. 1. et 5.

August. de bapt. cont. Dona. l. 2. cap. 7.

Cæcil. in cōcil. Carthag.

vna

vna spes, vnũ baptisma, non apud hæreticos, vbi spes nulla est, et fides falsa, vbi omnia per mendaciũ agun tur, vbi exorcizat dæmoniacus sacramentũ, interrogat, cuius os et verba cancer emittunt. Fidem dat infidelis, veniam delictorũ tribuit sceleratus, & nomini Christi tingit Antichristus, etc. Talibus enim conuicti rationibus, Donatistæ apud hæreticos non esse Christi baptismũ dogmatizarunt. Verùm illæ rationes distinguendo causam efficientem, et instrumentũ siuè ministrum, faciliter dissoluuntur. Siquidẽ nõ homo, sed Deus per baptismum sanctificat, vtpote Deus sanctificationis est causa efficiẽs, homo verò instrumentũ et minister est. Ex quo manifestè colligitur, deum tã per malos, quàm per bonos ministros, sua dona hominibus impartiri. Simili ignoratione laborare non solũ sectarios, sed etiã aliquos mũdi sapientes, Cicero exponit, cùm ait: Alterũ est, quod fallacibus & captiosis interrogationib. circũscripti, atq; decepti quidã, cùm eas dissoluere nõpossunt, desciscũt à veritate. Oportet igitur et ea, quæ pro perspicacitate respõderi possunt, in prõptu habere. Nõnulli sanè dogmata, quæ nõ intelligũt, falsa esse existimãt, vt ille in alio loco exponit, dũ ait: Dicæarchus quidẽ, et Aristox. quia difficilis erat animi, quid aut qualis esset intelligẽtia nullũ omninò animũ esse dixerũt. Huiusmodi certè sunt sacramẽtarij, quippe illi, quia difficilis est Christi in patris dextera, et simul in Eucharistia realis existentiæ intelligẽtia, Christũ non esse in Eucharistia asserũt. Christi certè apostolos nõ solũ Euãgeliũ gentibus prædicasse, sed etiã cũ philosophis de fidei dogmatibus

Ci. Quæst. Acad. li. 2.

Cic. Tusc. q. li. 1.

disputasse, apostolicorum actorum historia euidenter testatur. Christus etiam cum Pharisæis disputasse euangelica historia tradit. Qui certè actus ad humanas disciplinas pertinere nemo dubitat. Vt Clemens Alexandrinus exponit, dicens: Quomodo autem non necesse est, vt de ijs quæ intelligentia percipiuntur, tractet philosophando, qui Dei velit potentiam attingere. Quomodo autem non est etiam vtile diuidere voces, quæ sunt ancipites, & quæ in testamentis efferuntur æquiuocè? Ex amphibología enim dominus sapienter eludit diabolum in tempore tentationis. Doctores igitur scholastici, consultò philosophiam coniunxerunt cum theologia. Quandoquidem philosophia ad exponenda dogmata, et ad hæreticos reuincendos, conducit multùm.

Clem. Alexan strom. lib. 1.

Scholastica quidem theologia, fidem & hæresim, atque credibilia & opinabilia dogmata, discernere docet.

Cap. 107.

Contra quam sententiam Augustana confessio ait: Huic parti doctrinæ Christianæ de pænitentia in primis magnas tenebras offuderunt Theologi & Canonistæ, idq; testantur non solùm ipsorum bibliothecæ, sed etiam omnium piorũ conscientiæ. Et infrà: Nusquam enim quidquam certi docent, &c. Verùm illis beatus Augustinus respondit, dùm ait: Dicet aliquis, quid tu tanta tritura disceptationis huius, quid granorum exuisti, quid euentilasti? Cur propemodum in quæstionibus, adhuc

Aug. conf. art. 3. de cont.

August. de gener. lib. 2. cap. 21.

huc latent omnia? Affirma aliquid eorum, quæ multa poſſe intelligi diſputaſti? Cui reſpõdeo, ad eũ ipſum me cibum ſuauiter perueniſſe, quod didici non hærere homini in reſpondendo ſecundum fidem, quod reſpondendum eſt hominibus, qui calumniari libris noſtræ ſalutis affectant: quicquid ipſi de natura rerum veracibus documentis demonſtrare potuerint, oſtendamus noſtris literis non eſſe contrarium. Scholaſticos quidem theologos, illuſtraſſe religionis myſteria, & in exponendis dogmatibus pro certis, quæ certa ſunt, & pro ambiguis quæ ambigua ſunt: ſectarios verò pro certis, quæ ſunt dubia, aut falſa aſſũpſiſſe, de religionis iſtorũ articulis controuerſiæ, et illorũ conſenſio, apertè ſatis manifeſtat. Theologia quidem vti cæteræ diſciplinæ, propria habet principia, quæ certè principia, omnes qui ſacram theologiam & diſcunt & profitentur, pari conſenſu recipiant oportet. Quandoquidem diſciplinarum principia, aut ſunt per ſe nota, aut credita ab omnibus. Diſciplinarum etiam principia non infinita, ſed determinata, concluſiones verò teſtante diuina ſcriptura, infinitæ ſunt. Faciendi, inquit, plures libros, nullus eſt finis. Vnde omnes ſcholaſtici theologi fideles, in ſacræ theologiæ principijs concordant, ſed in concluſionibus de quibuſdã conſentiunt, in quibuſdam verò diſſentiunt. Vtpote concluſiones quædam euidenter, quædam verò ineuidenter ex principijs colliguntur. Quæ verò ſint theologiæ principia, ab omnibus ſcholaſticis theologis fidelibus pari conſenſu recepta, Scotus exponit, dicens; Nihil eſt tenendum Eccle.c.12. Scot. Se.li. d.26. q. 1. et li. 4. d. 11. q. 3.

tanq̃ de substantia fidei, nisi quòd potest expresse haberi de scriptura, vel expresse declaratũ est per ecclesiam, vel euidenter sequitur ex aliquo planè contento in scriptura, vel planè determinato ab ecclesia. Et paulò pòst ait: Et etiã quod nullo istorum modorum habetur certũ, firmiter credere videtur leuitatis, quia nõ est auctoritas sufficiẽs, nec ratio, si nullũ istorum inueniatur. Atq; cùm scholastici omnes pari cõsensu omnia fidei dogmata recipiũt, tum omnes fideles cõmunẽ scholasticorũ theologorũ doctrinã sequẽtes, à fide catholica nõ aberrãt. Nõ aberrant, inquã, non quòd scholastici doctores sint fidei regula, sed quod fidei dogmata, tũ ex sacra scriptura, tùm ex catholica eccle. traditione et definitiõe collecta, apud illos determinatè sunt explicata. Vnde illud Clemẽtis Alexãd. de scholasticis dictũ est verũ, dùm ait: Si aũt pugnãtia quoq; aliqua dogmata videtur attrahere, ea sunt subducẽda, et eundũ ad eos, qui quieta dogmata efficiũt, et diuinis scripturis eos incantãt, q̃ sunt rudes et imperiti, et strepitũ pertimescũt. p testamentorũ consequentiã eis veritatẽ explanãtes. Cùm igitur in his dogmatib. quæ ad fidẽ pertinẽt scholastici theologi inter se nõ discordãt, necessariũ est vt dogmata, de quibus inter se nõ constãt, non ad fidẽ, sed ad opinionẽ ptineãt. Quæ pfectò cõtrouersa dogmata, licèt inter se differãt, tamen cũ fide nõ pugnant. Siquidẽ dogmata fidei cõtraria apud theologos scholasticos citra cõtrouersiã sunt hæreses. Ad theologũ certè spectat discernere fidei dogmata, et opinionũ assertiones: quandoquidẽ fidei dogmatibus firmiter nõ assẽtire, est in fide errare, quoniã

Clem. Alexa. strom. li. 7.

fides

fides eſt de illis rebus, quas aliter ſe habere quàm dei verbũ ſignificat, eſt impoßibile. Opinionũ verò dogmatib. firmiter aßẽtire, eſt errare, ſiquidẽ opinio eſt de illis rebus, quas aliter ſe habere, quàm homines aſſerũt, eſt poßibile. Quare ſcholaſtici theologi fidei dogmata aßumũt pro certis, cætera verò nõ fidei certitudine recipiũt. At ſectarij illa dogmatũ diſtinctiõe excluſa, falsũ dogma, nedum ambiguũ, ꝓ certo aſſerũt. Scholaſtici quidẽ theologi in aſſerẽdis et diſputãdis opinabilibus dogmatibus cũ Cicerone aiunt: Neq; noſtræ diſputationes quicq̃ aliud agunt: niſi vt in vtrãq; partẽ dicendo et audiendo, eliciant, et tanq̃ exprimãt aliquid. q́d aut verũ ſit, aut ad id quã proximè accedat. Huiuſmodi nimirũ eſſe ões ſcholaſticos res ipſa loquitur, vtpote ꝓbabiles ſunt illorũ opiniões, quas illi nõ affirmãt, ꝑinde ac diuina oracula: ſectarij verò dogmata quæ defẽdunt, nõ dubitãt quin ſint dei oracula: quã differẽtiã illico ille exponit, dicẽs: Neq; inter nos, et eos, qui ſe ſcire arbitrãtur quicq̃ intereſt: niſi quod illi nõ dubitãt, quin ea vera ſint, quæ defendunt: nos probabilia multa habemus: quæ ſequi facilè affirmare vix poßumus. Et infrà: Nã cæteri primũ antè tenẽtur aſtricti, quàm q́d eſſet optimũ, iudicare potuerũt. Deinde in firmißimo tẽpore ætatis, aut obſecuti amico cuidã, aut vna alicuius, quẽ primũ audierunt oratiõe capti, de rebus incogonitis iudicãt, et ad quãcunq; ſunt diſciplinã, quaſi tempeſtate delati, ad eã tanquã ad ſaxũ adhæreſcunt. Similes ſunt ſectarij huius tẽporis, illi enim nihil non pertinaciter aut affirmant, aut negant, quippe ſua pertinacia à catholica eccleſia diſceſſerunt. Sectarij etiam ſcholaſticos

Cic. Acad. q. li. 2.

theologos ob illorum peritiam, in reuincendis hæreti- Aug. cont. Cresc. Grā. li. ca. 13. *cis, sophistarum prætextu fugiendos censent, quod Donatistas fecisse, beatus Augustinus exponit, dicēs: Quid est enim aliud dialectica, quàm peritia disputandi? quod ideo aperiendum putaui, quia etiam ipsam mihi obijcere voluisti, quasi Christianæ non congruat veritati, & ideo me doctores vestri velut homine dialecticū meritò fugiendum potiùs & cauendū quàm refellendū reuincendumq́ꝫ censuerunt. Verùm non scholasticos theologos, sed Erasmum & sectarios esse sophistas, in confesso est. Quandoquidem scholastici doctores, artes omnes, Grammaticam, Logicam, Rhetoricam, & Philosophiam captiuantes, in obsequium fidei religionis dogmata explicant, & hæreses expugnant. Illi verò, illis artibus philosophia orbatis, ad religionis dissidia seminanda vtuntur. Quam sententiam Clemens A-* Clem. Alexa. strom lib. 1. *lexandrinus exponit, dicens: Artes ergo, si non fuerint cum philosophia, fuerint cuilibet exitiales. Apertè itaqꝫ Plato malam artem, appellauit sophisticam, & eum sequens Aristoteles, eam quandam furandi artem pronunciat, vtqꝫ totum sapientiæ officium probabiliter auferat, & profiteatur sapientitiam, in qua non est versata, nec in eam studium posuit.* Aug. cont. Cresc. Grā li. 1. ca. 5. *Eandem sententiam beatus Augustinus apertè satis exponit, dicens: Sed credo cùm me videres à nonnullis putari eloquentem, vt à me lectoris, auditorisuè studium deterreres, accusandam existimasti eloquentiam, vt iam quid dicerē non attenderet, quisquis abs te perterritus tanquam eloquenter me*

dicentē

me dicentem eo ipso iam cauendum fugiendumq́ cẽseret. Vide ergo, ne hoc quod fecisti, sit artis illius malæ, quam sicut de Platone commemorasti, nonnulli rectè iudicauerunt de ciuitate ac de humani generis societate pellendam. Hæc non est eloquentia, quæ vtinam mihi ad explicanda ea quæ sentio pro desiderio prouenisset, sed sophistica, & maligna professio, quæ sibi proponit, non ex animo, sed ex contentione vel commodo pro omnibus, & contra omnia dicere. De hac ait sancta scriptura: Qui sophisticè loquitur, odibilis est. Eccle, 37. *Quid enim aliud Erasmus cum sectarijs in suis scriptis magis curauit, quàm tum à Papa, tùm ab ecclesiasticis ritibus, tùm à scholasticis doctoribus, omnes & singulos fideles deterrere?*

In Ecclesiastica hierarchia ad catholicæ ecclesiæ retinendam vnitatẽ, monarchia fuit à Christo instituta.

Cap. 108.

Etsi Catholicæ ecclesiæ Pastores & doctores, philosophorum stylo diuidendo, inquam, definiendo, & in contrarias partes disserendo, religionis dogmata exponunt, sacrorum mysteriorum rationem reddunt, & sectariorum sophismata dissoluunt, tamen ecclesiastico munere functi, non humana ratione nec auctoritate, sed diuinorum oraculorum testimonijs fidem astruunt. Siquidem omnes fideles, sacræ historiæ notitiam ab ordinarijs præpositis discant, ac in credendis fidei dogmatibus, diuinæ auctoritati innitantur oportet. Paulus enim

vt

Hier. ad Titum ca. 1.

vt sibi gẽtes haberent fidẽ, non rarò se esse Christi apostolum asseruit. Quã sententiam B. Hierony. exponit, dùm ait: Porrò quod ait: Apostolus aũt Iesu christi, tale mihi videtur, quale si dixisset, præfectus prætorio Augusti cæsaris, magister exercitus Tiberij Imperat. Vt enim iudices sæculi huius quò nobiliores esse videãtur, ex regibus quibus seruiũt, et ex dignitate qua intumescũt, vocabula sortiuntur: ita et apostolus grãdẽ inter christianos sibi vindicans dignitatẽ, apostoli se Christi titulo prænotauit, vt ex ipsa lectores nominis auctoritate terreret, indicans, ões qui in Christo crederẽt, debere sibi esse subiectos. Queẽadmodũ enim in ciuili administratiõe, ciues magistratibus obediunt, sic in religiõe fideles pastoribus et doctoribus obsequãtur est necesse. Obsequantur, inquã, non solùm in cõuersando, sed etiã in credendo: vtpote ecclesiæ pastores et doctores in ecclesiæ regimine, corrigẽdi non modò mores, sed etiã hæreses potestatẽ habent. Huiusmodi verò officia esse ecclesiasticorum magistratuum propria, Paulus apertè satis testatur, dicens: Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam aũt prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores et doctores. Et infrà: Vt iam non simus paruuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ. Quæ certè verba intelligenda esse de ecclesiasticis magistratibus, nõ tantùm catholici, sed etiam sectarij affirmant. Caluinus enim ait: Non dubiũ, quin repræsentare illic penitus voluerit sacrũ & spirituale ecclesiæ regimen, quod posteri hierarchiam dixerunt, monarchiam inter ministros non modò nullam ponit, sed etiam indicat

Ad Ephes. cap. 4.

Calu. ca. 8. para. 53.

dicat

dicat nullam esse. Quæ profectò Caluini sententia diuidenda est. Quandoquidem in prima parte, in qua asserit in catholica ecclesia esse hierarchiam, cum catholicis ille consentit: in secunda verò parte, in qua negat ecclesiasticam monarchiam, apertè satis cum fide pugnat. Verùm ille non tantùm monarchiam, sed etiam hierarchiam excussit, siquidem ille cùm nulli Episcopo obtemperauit, tùm etiam catholicæ ecclesiæ Episcopos non fuisse canonicè electos, procaciter asseruit. Cùm tamen in catholica ecclesia non solùm hierarchiam, sed monarchiam à deo fuisse institutam, firmiter credẽdum sit. Etsi inter ciuile Rempublicam et catholicã ecclesiam de obtẽperandis magistratibus cõuenit, (siquidẽ tam de ciuilibus, quàm de ecclesiasticis potestatibus, Paulus ait: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nõ est enim potestas, nisi à deo) tamẽ in institutione magistratuũ differunt. Nã libera respubl. & cõstituẽdi et variãdi magistratus potestatẽ habet. Vt te habuit Romana respubl. quæ modò à regibus, modò à cõsulibus, modò ab imperatoribus administrata fuit. Cũ enim deus à principio hominibus definitè magistratuũ ordines nõ exposuisset, liberũ illis fuit, aut vni, aut paucis, aut multis administrãda reipublica potestatẽ et auctoritatem tradere: qui ciuiles magistratus etsi humanæ fiant traditiones, tamen in quantùm cum naturali, et diuina lege non pugnant, à deo habẽt auctoritatem, et qui illis resistit, dei ordinationi resistit. Catholica verò ecclesia, nec eligendorum, nec variandorum magistratuum potestatem habet: Ad Romã. cap. 13.

quando-

quandoquidem ecclesiasticorum munerum potestas, cum sit spiritualis,, nō ab hominibus, sed à deo est instituta: Ecclesia enim non elegit Christum in principem. sed potiùs christus elegit et ædificauit ecclesiam: quod ipse apertè satis exposuit, dicens: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Christus certè catholicam ecclesiam fundauit, & optimum regimen, monarchiam nempe in illa constituit: constituit inquam, non solùm in Christo, sed etiam in beato Petro, illiusq́ʒ successoribus. Quod si interrogat quispiam, quare cùm policiæ triplex sit ordo, atqʒ omnis bonus, monarchiam Deus pro ecclesia potiùs, quàm Aristocratiam aut democratiam elegit? Respondeo quia optimam, & quia Catholicæ ecclesiæ vnitas monarchiam potiùs, quàm cæteros ordines postulare videbatur, nā si ad cuiuscunqʒ particularis ecclesiæ legitimum regimen, vnus Episcopus est necessarius, multò profectò magis ad administrationem vniuersalis ecclesiæ vnus Episcopus requiritur. Quandoquidem vnam fidem & vnam religionis pacem, & tranquillitatem, quam singulæ ecclesiæ requirunt, etiam vna catholica ecclesia exigit. Quod si in singulis particularibus ecclesijs ad tenendā vnitatē spiritus in vinculo pacis est necessaria monarchia, igitur etiā in catholica ecclesia erit necessaria: quemadmodum enim si presbyteri vnius particularis ecclesiæ fuissent æqualis potestatis, atqʒ illorum nullus cæteris præponeretur, religionis pax & tranquillitas passim labefactaretur, & schismata, & hæreses nutrirentur: sic & multò profectò magis si catholica ecclesia omnes Episcopi

ſcopi æqualis auctoritatis fuiſſent, nullusq́; illorum cæteris fuiſſet prælatus, catholicæ eccleſiæ tranquillitas euanuiſſet, & ſchiſmata & hæreſes in catholica eccleſia dominarentur. Quam ſententiam beatus Hieronymus aperte ſatis de particularibus eccleſijs exponit, dicens: Antequam diaboli inſtinctu, ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis: Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi preſbyterorum conſilio, eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam verò vnuſquiſq; eos quos baptizauerat, ſuos putabat eſſe, non Christi, in toto orbe decretum eſt, vt vnus de presbyteris electus, ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis eccleſiæ cura pertineret, & ſchiſmatum ſemira tollerentur. Conſtituta certè monarchia in catholica eccleſia, in particularibus eccleſijs religionis trãquillitas communi presbyterorum conſilio potuiſſet conſeruari, ſed conſtituta monarchia in ſingulis eccleſijs communi epiſcoporum conſilio catholicæ eccleſiæ vnitas non poteſt conſeruari, quod idem in alio loco apertè ſatis docet, dicens: At dicis: Super Petrum fundatur eccleſia: licet idipſum in alio loco ſuper omnes apoſtolos fiat: & cuncti claues regni cælorum accipiant: & ex æquo ſuper eos eccleſiæ fortitudo ſolidetur: tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto, ſchiſmatis tollatur occaſio. In alio etiam loco eandem ſententiam exponens, ait: Eccleſiæ ſalus in ſummi ſacerdotis dignitate pendet: cui ſi non exors quædam, & ab omnibus eminens detur poteſtas, tot in eccleſiis efficientur ſchiſmata, quot ſacerdotes. Quæ nimirum beati Hieronymi ſenten-

Hieron. ad Tit. cap. 1.

Hieron. ad uerſ. Ioui.

Aduerſ. Lucif.

tia, apertè satis significat, euangelicam catholicam ecclesiam nunquam fuisse sine monarchia, quandoquidem inter apostolos vnum in ecclesia caput seu principem constitutum asserit. Particulares verò ecclesias sine particulari monarchia aliquando fuisse, siquidem communi presbyterorum consilio ante exorta schismata illas administratas affirmant. Vnde beatus Hieronymus distinctionem facit inter catholicæ ecclesiæ monarchiam, & singularum ecclesiarum. Vtpote illa quidem à Christo, ista verò ab Apostolis fuerit constituta. Christus quippe Petrum, apostolorum et per consequens totius ecclesiæ principē constituit, apostoli autem in singulis ecclesijs vnum Episcopum, qui presbyteris praeesset, constituerunt.

Calu. ca. 8. para. 47.

Verùm Caluinus constituere monarchiam in ecclesia sine expresso dei verbo iniquum existimat, dùm ait: Vtrum ad veram hierarchiam vt vocant, seu ecclesiastici ordinis rationem, necesse sit sedem vnam inter alias & dignitate & potestate eminêre, vt sit totius corporis caput, nos verò nimis iniquis legibus subijcimus ecclesiam, si hanc ei necessitatem sine verbo Dei inijcimus. Sed admodum ille fallitur, nam sicut inter singularum ecclesiarum presbyteros, eligere Episcopum, & inter singularum prouinciarum Episcopos constituere Archiepiscopum, non iniqua lex est, sed potiùs æquissima: ita inter catholicæ ecclesiæ Episcopos, eligere summum pontificem, non est iniquum. Caluinum verò ceterosq; sectarios Papæ inuidia vel potiùs ignorantia excæcauit quandoquidem tam legitima est in catholica ecclesia monarchia, quàm in particularibus

laribus

laribus ecclesijs, & multò magis est necessaria in vniuersali, quàm in particulari ecclesia. Quod si in catholica ecclesia ab apostolis legitima monarchia constitui potuit, tamen illa à Christo fuit constituta in Petro, siquidem homines nec episcopatus nec presbyteratus munera constituerunt, vtpote solus Deus spirituales potestates constituit.

In Catholica ecclesia ad fidei seruandam vnitatem monarchia est necessaria. Cap. 109.

M*Onarchia, inquã, non modò ad tollẽda schismata, sed etiam ad fidei vnitatem retinendã est necessaria. Illa siquidem hierarchia, quam Paulus exponit, dùm ait: Et ipse dedit quosdã quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & doctores, &c. Monarchiam necessariò requirit. Nã Pastores & doctores missi sunt, ne simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ. Quibus nimirum verbis, non solum discipulorum, sed etiam doctorum fluctuatio cauenda significatur, vt Paulus exposuit, dùm dixit: Non ne sitis, sed ne simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ. Doctrinarum sanè varietas, à doctoribus in discipulos deriuatur, quoniam verbi Dei auditores frequenter Pastorum & doctorum doctrinã sectantur, ex quo fit, vt doctoribus pari consensu fidem docentibus, auditores concorditer credant, & doctoribus fluctuantibus, populus etiam fluctuet.* Ad Ephes. 4. cap.

Vnde quo doctorum hiararchia sit legitimè insti tuta, monarchiam exigit. Pastorum certè & doctorum frequentia quantùm iuuat ad plebem instituendam, tantùm nocet, si non fuerit alligata alicui supremo, viua voce, fidei dogmata præscribenti: vt videre licèt in sectarijs, & in catholicis concionatoribus. Catholici siquidem, quia in proponendis & explicandis fidei dogmatibus ecclesiæ monarchæ sunt alligati, populus non fluctuat, nec circumferetur doctrinæ vento. At sectarij quia liberi à monarchæ censura qualibet concionantur, et docent cum suis sectatoribus, tanquam paruuli fluctuant, & circumferuntur omni vento doctrinæ. Quare Deus ad religionis pacem retinendam, non solùm pastores & doctores, per quos populus in fidei vnitate continetur, sed etiam monarchiam ad continendos in fidei syncèritate pastores & doctores constituit. Quam si Deus in catholica ecclesia non instituisset, ecclesiæ regimen non fuisset perfectè constitutum. Nam ecclesia sine monarchia, nō Dei, sed sathanæ est ecclesia, quod ipsi sectarij, & Philippus maximè fatetur, dùm ait: Non dißimulari potest, motis rebus magnam varietatem opinionum exortam esse, & concedit ἀναρχία licentiam malis ingenijs fingendi monstrosa dogmata. Si enim in Republica nihil perniciosiùs licentia multitudinis, dùm nulli paretur, sed pro sua quisq; libidine rem gerit, profectò in catholica ecclesia longè perniciosior est pastorum & doctorum licentia, dùm nulli in asserendis dogmatibus obtemperatur, sed pro suo quisq; ingenio, dogmata qualibet, modò

ait

ait, modò negat. Huiuſmodi eſſe præſentis ſæculi ſectarios, res ipſa loquitur. Illi ſiquidem quo Papæ iugum excuſſerunt, eo ἀναρχίαν fecerunt, atq; religionis pacem & tranquillitatem profligarunt. Poſtquàm enim nõnulli principes cũ ſectarijs Papæ obedientiã relinquere & abijcere cœperũt, religionis diſſidia indies magis ac magis pullularunt. Creſcit enim ſchiſma & hæreſis, quantùm ipſa inobediẽtia creſcit. Nec ſperandum eſt religionis pacem & tranquillitatem Germanicam nationem habituram, donec Papæ obedientiam ſuſceperit. Siquidem quo Papæ obedientia non præſtatur, eò hæreſes & ſchiſmata oriuntur, vt beatus Cyprianus ſapientiſſimè exponit, dicens: Neq; enim aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quàm inde, quòd ſacerdoti dei non obtemperatur, nec vnus in eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur. Cui ſi ſecundum magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſum ſacerdotum collegium quicquam moueret, nemo poſt diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt Epiſcoporum conſenſum iudicem ſe, non iam Epiſcopi, ſed Dei faceret. Religionis certè diſſidia quæ in Germanica natione graſſantur, ſatis iodneum teſtimonium eſt, ad perſuadendum monarchiam eſſe neceſſariam, ad retinendam religionis tranqullitatem, quandoquidem ἀναρχία hæreſes & ſchiſmata parit, nutrit & fouet. At monarchia hæreſes ſchiſmataq; extirpat, & fidei vnitatem retinet. Religionis certè tranquillitatem Germanica natio, tam diu obtinuit,

Cyp. lib 1. epiſt. 3.

quàm diu Papæ obtemperauit. Quemadmodũ enim ad imperij pacem retinendam, omnes imperij status, dominia, principes, ciuitates, deniq; singuli ciues imperatori obediant est necesse, ita ad religionis obtinendam pacem, omnes & singuli fideles, omnisq; ecclesiasticus ordo Papæ obtemperent oportet: non enim minus ecclesiæ monarchia Dei est ordinatio, quàm imperatorum & regum potestas. Item apostolica quidem constitutio, de particularium ecclesiarum monarchia euidenter Christum in catholica ecclesia instituisse monarchiam, testatur. Quandoquidem apostoli particulares ecclesias iuxta regulã traditam à Christo constituerunt. Sicut enim Christus Petrum cæterorum apostolorum, & per consequens catholicæ ecclesiæ principem constituit, ita apostoli in particularibus ecclesijs Episcopos presbyterorum principes constituerunt. vtpote illi ex catholica ecclesiæ monarchia, particularium ecclesiarum monarchiam diuino afflati spiritu, collegerunt. Monarchia igitur administratio, non est in dei ecclesiæ recens, quandoquidem in synagoga Aaron non ab homine, sed à Deo summus sacerdos fuit constitutus. Verùm Caluinus monarchiam non catholicæ ecclesiæ, sed synagogæ expedire, affirmat dicens: In hanc rem citat ex lege summũ sacerdotium. Et infrà: Primùm quod in natione vna fuit vtile, id in vniuersum orbẽ extendere nulla ratio cogit. Veruntamen ille fallitur, siquidem Deus in constituenda monarchia, non hominum vnius, aut diuersarum nationum, sed vnius religionis habuit rationem. Synagoga etiam perinde

Calu. ca.8. par. 47.

inde ac euangelica ecclesia, cuiuscunq; nationis homines recipiebat. Vnde si omnes gentes & nationes ante Christi aduentum recepißent legem Moysi, in synagoga monarchia præstaret. Israelitica etiam gens cùm varias orbis partes incoluisset, summus sacerdos non solùm in vnius, sed etiam omnium nationum homines auctoritatem habuit, quod scriptura exponit, dicens: Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est. Verùm quam friuola sit Caluini euasio, ex eo colligitur, quod in christiana religione, nec gẽtis nec nationis, sed fidei habetur ratio. Vnde quantò in catholica ecclesia plures nationes, quàm in synagoga congregantur, tantò ad fidei vnitatem retinendam, monarchia est magis necessaria in catholica ecclesia, quàm in Synagoga. Catholica etiam ecclesia ab orbe condito temporis successu per prophetas, Christum & apostolos, tantùm abest vt si variata, vt potiùs promota atque vna & eadem perseueret. Hinc est quod monarchia, cùm sit omnium administrationum optima in Euangelica ecclesia sit perfectior, quàm in synagoga, vt Paulus apertè satis docet, dicens: Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit, secundum ordinem Melchisedec, alium surgere sacerdotem, & non secundum Aaron dici? Translato enim sacerdotio, necesse est vt & legis translatio fiat. Paulus certè non dixit monarchiam abrogatam, sed translatam esse. Igitur post Christi

Actor. c. 2.

Paulus ad Hæb. ca. 7.

mortem in ecclesia est monarchia, quæ monarchia non solùm in Christo, existente in cælo, sed etiam in aliquo homine inferiora hæc gubernante sit oportet. Nam quemadmodum homines, ad coëundum in vnam religionem, indigent signis visibilibus, sic ad colendam vnius catholicæ ecclesiæ communionẽ, indigent monarcha visibili, quod si Deus est rex regum, & dominus dominantium, omnisq́; potestas ab eo, non inde sequitur, quin in orbe terrarum plures sint Respublicæ. Ad Reipublicæ enim vnitatem, non est satis monarcham esse in cælo, sed illum cum hominibus conuersari est necesse. Vt enim Gallorum & Hispanorum regna, licèt sub vno capite, sub Christo inquam, sint, non vna Respublica, sed plures sunt, quandoquidem illorum duorum regnorum non vnus, sed duo sunt visibiles reges, ita Gallorum et Hispanorum ecclesiæ cum cæteris orbis ecclesijs vnam catholicam ecclesiam non constituerent, si tantùm in cælo haberent monarcham, vnam tamen catholicam ecclesiam constituunt, quoniam illæ non solùm inuisibilem in cælo Christum, sed etiam visibilem illius vicarium, nempe Romanum pontificem obseruant. At schismaticorum ecclesiæ cum catholicis ecclesijs non constituunt vnam ecclesiam, non quòd non habeant vnam fidem, sed quod non colant ecclesiæ communionem, quæ non est vna sine monarcha, quam schismatici non obseruant, & per consequens nec Christum. Nam sicut qui non diligit fratrem, quem videt, non diligit Deum, quem non videt: ita qui non colit Christi vicarium, scilicet Romanum

pontificẽ

pontificem, nec Christum vnicum ecclesiæ caput obseruat. Quare etsi catholicæ ecclesiæ vnitas principaliter consistit in deo, & Christi fide, tamen catholicæ ecclesiæ, sine visibili monarchæ communione, vnitas spiritus in vinculo pacis, non minus nō potest seruari, quàm in particulari ecclesia sine Episcopi communione.

Christus super petrum ædificauit Catholicam ecclesiàm. Cap. 10.

DOminum quidem nostrum Iesum Christum vnicum esse caput catholicæ ecclesiæ nemo negat. Sed de B. *Petro atq; illius successore Romano pontifice sectarij & catholici discordant. Siquidem catholici aiunt beatum Petrum à Christo, apostolorum et catholicæ ecclesiæ Episcopum fuisse constitutum, & per consequens Romanum pontificem illius successorem, tanquam Christi, qui caput est ecclesiæ, vicariū eius loco, ecclesiæ vniuersali præsidere. Sectarij verò negant, illi enim vt in asserendis ecclesiasticis dogmatibus, perinde ac philosophi genio indulgeant, beatum Petrum non fuisse apostolorum principem, & per consequens neq;* Romanum *pontificem, catholicæ ecclesiæ esse monarcham dogmatizant. Caluinus enim de beato Petro ait: Percurre quicquid extat, nihil aliud reperies, quàm fuisse vnum ex numero duodecim, parem reliquis socium, non dominum.* Calu.ca. 8. *Sed Caluinum in hac parte in* para. 52. *fide allucinari, euangelica historia præse fert. Siquidem beatum Petrum, non modo vnum ex numero*

duodecim, sed etiam illorum principem, non modò in munere apostolatus cæteris parem, sed etiam prælatum non modo charitatis affectu socium, sed etiam dignitate præsidem: denique apostolorum non dominum, sed Pastorem fuisse, sacra scriptura & frequenter testatur, & euidenter exponit. Quam profectò munerum distinctionem, Caluinus, cæteriq́ sectarij ad catholicæ ecclesiæ deturbandam monarchiam, & obtrudendam anarchiam, quà sunt ingenij dexteritate, & subticent & confundunt. Catholici verò doctores, Christi apostolos esse pares, & Petrum esse Pastorem catholicæ ecclesiæ non tacuerunt, sed expreßè profeßi sunt. Cy-
Cypria. de *prianus enim ait: Loquitur dominus ad Petrum:*
simp. prę l. *Ego dico tibi, inquit, quia tu es Petrus, & super istā petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum non vincent eam. Tibi dabo claues regni cælorum, & quæ ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cælis. Et eidem post resurrectionem suam dicit: Pasce oues meas. Et quamuis apostolis omnibus post resurrectionem suam, parem potestatem tribuat, & dicat: Sicut misit me pater, & ego mitto vos, accipite spiritumsanctum: sicut remiseritis peccata, remittentur illi. si cui tenueritis, tenebuntur, tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem, ab vno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant vtique & cæteri apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi, & honoris & potestatis, sed exordium ab vnitate proficiscitur*

ciſcitur, vt eccleſia vna monſtretur. Eiuſdem ſententia eſt beatus Hieronymus, dum inquit: At dicis: ſuper Petrum fundatur eccleſia: licèt idipſum in alio loco ſuper omnes apoſtolos fiat: & cuncti claues regni cælorum accipiant, & ex æquo ſuper eos eccleſiæ fortitudo ſolidetur: tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio. Cum eodem conueniunt cæteri catholici doctores. Quippe illi in apoſtolatus munere omnes apoſtolos fuiſſe pares, Petrum verò fuiſſe apoſtolorum principem, id eſt ſummum Pontificem, pari conſenſu profeſsi fuêre. Quam profectò apoſtolorum paritatem, & beati Petri prærogatiuam diuina ſcriptura expreſsè teſtatur. Siquidem euangelica ſcriptura Chriſtum miraculorum gratiam, euangelizandi officium, ligandi & ſoluendi miniſterium, & cætera quæ ſunt apoſtolici muneris, indiſcretè duodecim apoſtolis, eccleſiaſticum verò primatum diſcretè, vni nempe Petro tradidiſſe, apertè ſatis exponit: de omnibus quidem indiſcriminatim ait: Et conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Et infrà: Euntes autem prædicate, dicentes, quia appropinquauit regnum cælorum, &c. Item data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos. De remittendis etiam peccatis ait: Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis,

Hieron. ad uerſ. Ioui.

Matt. c. 10.

Et 28. cap.

Ioan. c. 20.

retenta

retenta sunt. Quibus nimirum, & alijs sacræ scripturæ locis omnes apostolos, in apostolico munere fuisse pares, expreßè significatur. Quare si Christus duodecim tantùm constituit apostolos, illorum singulos totius orbis fuisse Episcopos, est neceßè. Siquidem omnibus apostolis prædicandi euan-
Marc.c.16. *gelium in vniuerso mundo officium commisit, dicēs: Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Beatus verò Petrus, non tantùm parem cum cæteris apostolis habuit potestatem, sed etiam maiorem. Nam apostolorum singuli parē potestatem non in collegas, sed tantùm in cæteros accepere. Petrus autem vltra apostolicum prædicandi munus in vniuerso mundo, in suos etiam collegas potestatem accepit. Siquidem ille apostolorum princeps, id est, Episcoporū Episcopus à Christo fuit cōsti-*
Matt. c.16. *tutus, vt diuina scriptura exponit, cùm ait: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Item in alio loco ait: Cùm ergo prandißent, di-*
Ioan.c.21. *cit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos, &c. Quæ profectò scripturæ loca, cùm discretè de Petro loquantur, illum aliquod speciale munus, quod cæteris non est datum, à Christo accepisse testantur. Siquidem quando Petrus confessus fuit, Christum esse Dei filium, etsi omnes apostoli interfuerunt, non tamen omnibus, sed soli Simoni Christus dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Quibus verbis Christus Petrum catholicæ ecclesiæ fundamen-*

tum, & cæterorum Apostolorum pontificem constituit. Quam sententiam germanum scripturæ esse sensum, sacri doctores pari consensu testantur. Cyrillus enim ait: Nec Simon fore iam nomen sibi, sed Petrus, prædicit: vocabulo ipso commodè significans, quod in eo tanquam in petra lapideq; firmißimo, suam esset ædificaturus ecclesiam. Eiusdem sententiæ est Epiphanius dùm ait: Ipse autem dominus constituit eum (scilicet Petrum) primum Apostolorum, petram firmam, super quam ecclesia Dei ædificata est. Chrysostomus etiam eandem sententiam confirmat, dicens: Animaduertis quopacto ipse etiam ad altiorem de se opinionem Petrum adducit, & se ipsum his duabus pollicitationibus reuelando, filium Dei ostendit. Nam quæ Deus concedere solus potest, peccatorum scilicet remißionem, & vt futura ecclesia, tot tantisq; fluctibus impetu irrumpentibus, immobilis maneat, cuius pastor & caput, piscator homo, atq; ignobilis terrarum orbe reluctante adamantis, naturam firmitate superet: hæc, inquam, omnia quæ solius Dei sunt, se pollicetur daturum. Ita & pater ad Hieremiam dicebat: sicut columnam ferream, & sicut murum æneum posui te. Sed ipsum quidem genti vni pater, hunc autem vniuerso terrrarum orbi Christus præposuit. Et post pauca disserens de filij consubstantialitate, ait: Tu verò mecum, ex eis omnibus quanta sit potestas eius, intellige. Ego tibi dico, inquit, tu es Petrus, & ego super te ædificabo ecclesiam meam, ego tibi dabo claues regni cælorum, &c. Cyprianus quoq; eiusdem est sententiæ, dùm ait: Nã

Cyril. sup. Ioan. li. 2. cap. 12.

Epipha. l. ancor.

Chrysost.

Cypria. ad Iuba.

Petro

Petro primùm dominus, super quem ædificauit ecclesiam, & vnde vnitatis originem instituit & ostendit, potestatem ipsam dedit, vt id solueretur in terris, quod ille soluisset. Christum quidem supra Petrum fundasse ecclesiam, Clemens Petri discipulus testatur, dicens: Notum tibi facio Domine, quia Simon Petrus, qui veræ fidei merito, & integræ prædicationis obtẽtu, fundamẽtũ esse Ecclesiæ definitus est, quæ de causa etiã domini ore cognominatus est Petrus, q̃ fuit primitiæ electiõis domini, apostolorũ primus, etc.

Clem. põt. 1. epist. ad Iacob.

Beatus Petrus non per propriam naturam, sed per Dei donum est ecclesiæ fundamentum.

Cap. III.

Calu. ca. 8. para. 51.

VErùm Caluinus sacros priscos doctores contemnens, ait: Nam illæ veteres ineptiæ, in Petro fundatam esse ecclesiam, quia dictum sit super hanc petram. Et infrà: At nonnulli ex patribus sic exponunt, sed cum reclamet tota scriptura, quid eorum auctoritas aduersus dominum. Fallitur tamen, quia non sacri doctores, sed Caluinus hæreticus nedum ineptus est. Siquidem diuina scriptura tantùm abest, vt patrum sententiæ in hac parte reclamet, vt potiùs illorum sententia sacræ scripturæ sit germanus sensus. Nam sacra scriptura etsi in vno loco ait: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus: tamen non reclamat sibijpsi, dùm in alio loco inquit: Superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo

1. ad Cor. cap. 3.

Ad Ephe. cap. 2.

mo angulari lapide Iesu Christo. Quem locum beatus Chrysostomus in hunc modum exponit: Superstructi, inquit, super fundamentum apostolorum, hoc est, fundamentum sunt apostoli ac propheta. Et primum ponit apostolos, qui tamen tempore posteriores sunt. Hoc sanè dicens, ostendit illos esse fundamentum, totum tamen vnam esse structuram, & radicem vnam. Intellige hic & gentes fundamenti loco patriarchas habere. Hic certè quod proprium est magis dicit, quàm dùm insertionis alicubi meminit, illic magis taxat. Deinde omnia continens, inquit, Christus est. Summus enim angularis lapis, & parietes continet, & fundamenta. In quo tota structura est. Eidem sententiæ consentit Augustinus, dum ait: Non absurde dicimus fundamenta cœli, quibus regnum cœlorum super ædificatur in sanctis & fidelibus, quos dicit scriptura lapides viuos, quorum fundamentum est primitus ipse CHRISTVS ex virgine: De quo dicit Apostolus: Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus: deinde ipsi Apostoli & Prophetæ, quorum auctoritate locus cælestis eligitur, vt eos sectando coædificemur: vnde dicit ad Ephesios: Iam non estis peregrini, sed estis ciues sanctorum, et domestici Dei, superædificati super fundamentum apostolorum &c. Vnde sicut illa scripturæ locus, nemo bonus nisi vnus Deus à creaturis, non bonitatem, sed diuinæ bonitatis parilitate excludit (siquidem scriptura de creaturis ait: Vidit Deus cuncta quæ fecerat,

Chrysost.

Aug. sup. Psalm. 81.

&

& erant valdè bona) Et Dei bonitatem longo interuallo, nempe infinito, distare à creaturarum bonitate, significat. Vtpote Dei bonitas est syncera & naturalis, creaturarum verò bonitas accidens, & non ita pura est vtiq;. Ita illud Dei verbum: Fundamentũ enim aliud nemo potest ponere, &c. ab Apostolis non per dei donum, sed per naturam catholicæ ecclesiæ esse fundamentum, excludit, & Christum esse catholicæ ecclesiæ naturale, et primariũ fundamentum significat. Diuina quidem scriptura ad significandam Christi stabilitatem ait. Petra autem erat Christus: etiam Christus ad explicandam Petri firmitatem, dixit Simoni, tu es Petrus: quod sonat, si interpreteris, lapidem, quandoquidem apud græcos illæ voculæ, πέτρος & πέτρα synonima sunt. Christus igitur est petra, & Simon etiam est petra. Verùm etsi illorum neuter per naturam sit petra, tamen Christus per naturalem proprietatem, Simon verò per Dei donum dicitur petra. Christus enim Deus est vtiq;. de quo scriptura ait: Ego enim Dominus & non mutor. Malac. c. 3. *Vnde esse catholicæ ecclesiæ firmissimum fundamentum, per naturam soli Christo conuenit, huiusmodi nimirum fundãdi modum ab omnibus creaturis excludit scriptura, dicens: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, &c.* Ad Corin. cap. 3. *Simon verò per naturam homo fragilis & instabilis, per dei gratiam factus est in fide stabilis, nempe Christo dicente, tu es Petrus, id est, in fide firmus, quibus verbis Christus Petrum in fidei synceritate confirmauit, ideoq; super hanc petram, scilicet Petrum,*

Christus

Christus ædificat suam ecclesiam. Super Petrum inquam, non quòd hominis natura, sed quod Dei donum sit ecclesiæ fundamentum. Quam distinctionem, si Caluinus cum suis collegis intellexisset, sacros doctores non irrisisset, nec de fidei synceritate declinasset. Verùm quia quæ ambigua sunt, indistincta prætereunt, ideo illi omnia confundunt, & Dei verbum deprauant. Super Petrum igitur Christus fundauit ecclesiam, vt beatus Hieronymus mirificè exponit, dicens: Quid est quod ait: & dico tibi? Quia tu mihi dixisti: Tu es Christus filius Dei viui, & ego tibi dico non sermone casso, & nullum habente opus, sed dico tibi, quia meum dixisse, fecisse est. Quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Sicut ipse lumen apostolis donauit, vt lumen mundi appellarentur. cæteraq́; ex domino sortiti sunt vocabula: ita & Simoni, qui credebat in petram Christum, Petri largitus est nomen. Ac secundum metaphoram petræ rectè dicitur ei, ædificabo ecclesiam meam super te. Petrum nimirum esse ecclesiæ fundamentum, tantùm abest vt Christum ab ecclesiæ fundamento excludat, vt potiùs illum tanquam primarium & firmißimum fundamentum exigat. Qandoquidem Simonem esse petram, id est, in fide stabilem, non Simonis natura, sed Christi est donum. Quare beatus Augustinus illam sententiam, Christus supra Petrum ædificauit ecclesiam, sapientißimè non retractauit, sed approbauit, dicens: In hoc libro dixi, in quodam loco de apostolo Petro, quòd in illo tanquam in Petra funda-

Hiero. sup. Matt. c. 16.

Aug. li. 1. rect. c. 21.

ta sit ecclesia: qui sensus etiam cantatur ore multorum in versibus beatissimi Ambrosij, vbi de gallo gallinacio ait: Hoc ipsa petra ecclesia cancte, culpã diluit. Sed scio me posteà sapissimè sic exposuisse, quod à domino dictũ est: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, vt super hunc intelligeretur, quem confessus est Petrus, dicens: Tu es Christus filij Dei viui: ac si Petrus ab hac Petra appellatus personam ecclesiæ figuraret, quæ super hanc petram ædificatur, & accepit claues regni cælorum. Non enim dictum est illi, tu es petra, sed tu es Petrus: petra autem erat Christus, quem confessus Simon, sicut eum tota ecclesia confitetur, dictus est Petrus. Harum autem duarum sententiarum, quæ sit probabilior, eligat lector. Quod si dicat aliquis, apostolos & prophetas secundaria esse ecclesiæ fundamenta, nihilominùs beatus Petrus inter apostolos primas fundamenti tenet partes, quam sententiam Christus apertè satis exposuit, dùm soli Simoni audientibus cæteris apostolis, atq; illis præteritis, dixit, tu es Petrus. & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Quis enim tam stupidus est, vt existimet Christi verba esse vana? Quod si illa vera sunt, profectò speciale munus Petro præ cæteris iniungit, nempe quod catholicæ ecclesiæ sit fundamentum, supra quod Christus ædificauit suam ecclesiam.

Matt. c. 16.

Christus Petrum apostolorum principem, & Episcoporum episcopum constituit.

Dominus

Dominus noster Iesus Christus post se Petrum non modò catholicæ ecclesiæ fundamentum, sed etiam caput, id est, principem constituit. Quemadmodum enim in rebus, esse, & operari differunt, & istud est posterius illo, sic esse fundamentum ad substantiam ecclesiæ pertinet, quod primò datum fuit Petro Christo dicente: tu es Petrus. Ad operari vero, id est ad ecclesiæ officium, pertinet illud, Et tibi dabo claues regni cælorum Quod munus Petro fuit datum post CHIRITI resurrectionem Christo illi dicente: Pasce oues meas Quibus certè verbis beatum Petrum à Christo fuisse constitutum summum pontificem, expreßè significatur. Siquidem CHRISTVS à Petro maiorem dilectionem, quàm à cæteris Apostolis requirit, & cæterorum apostolorum, ac totius Ecclesiæ curam illi iniungit. Simon Ioannis diligis me, inquit plus his? Dicit ei, etiam Domine: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon Ioannis diligis me? Ait illi, etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos, Dicit ei tertiò: Simon Ioannis, amas me? contristatus est Petrus, quia dixit ei tertiò amas me? & dixit ei: Domine, tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce oues meas: oues verò dixit, de quibus instante mortis tempore dixerat: Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim, Percutiam pastorem, et dispergentur oues gregis. Si igitur Christus

Cap. 112.

Ioan. c. 21.

respondebit, quandoquidem Euangelica historia Christum super Petrum ædificasse ecclesiam, & illum constituisse apostolorum totius ecclesiæ pastorem, euidenter exponit, ex quo Caluini commentum deprehenditur, dùm dixit: Percurre quicquid extat, nihil aliud reperies, quàm fuisse vnum ex numero duodecim parem reliquis socium, non Dominum. Verum quidem est, quòd Christus non constituit Petrum apostolorum Dominum, sed Episcopum. Nam sicut nec Imperator, nec quiuis alius magistratus, Reipublicæ est dominus, sed moderator, ita Petrus cæteriquè præpositi, non sunt domini ecclesiæ, sed dispensatores ministeriorum Dei. sed vt seditiosi in Republica quantum ad dominandi libidinem attinet, nullos legitimos magistratus nacti fuêre: ita sectarij quantùm ad innouandi fidem licentiam attinet, sui contemporaneos Episcopos tyrannos esse, vt beatum Petrum non fuisse monarcham euidenter asserunt. Aduersus Petri primatum Caluinus ait: Cùm ad pastores scribit, non mandat ex imperio quasi superior, cùm accusatur quod ad gentes ingressus fuerit, &c. Verum quidem est, Petrum in quibusdam actibus se non gessisse quasi superiorem, non quòd ille supremam dignitatem non obtinuisset, sed quo humilitatis exemplum cæteris præberet, vti quando apostoli miserunt Petrum & Ioannem. Beato quippe Petro maior cura fuit prædicandi euangelij veritatem, quàm suum primatum demonstrandi. vtpote ille non nisi ad euangelizandam synceram fidem primatum accepit

Calu.ca. 8. para.52.

Calu ca. 8. para.52.

pit. Vnde beatus Petrus quando & vbi ad asserendam euangelij veritatem, primatus aut necessarius aut expediens fuit, illum constanter asseruit. Quando verò, & vbi primatus nihil commodauerit aut impedimento fuerit, suam dignitatem subticuit. Vti fecit cùm accusaretur, quòd ad gentes ingressus fuerit, non enim fuit vsus prælati auctoritate. Quia apud huiusmodi accusatores, ad asserendam euangelij veritatem, magis Petri humilitas, quàm summi pontificatus auctoritas conducebat. Vt beatus Chrysostomus exponit, dicens: Post tanta gesta disceptabant hi qui ex circumcisione erant, non apostoli. Quid est disceptabant? Offendebantur inquit, non parum: & vide quid prætexant: non dicunt, Quare annunciasti, sed quare simul edisti. Et infrà: Vel etiam singulari dispensatione accidit illum reprehendi vt hi discant, non enim rem obiter Petrus narrauit. Vide autem quàm alienus sit à fastu & vana gloria. Incipiens enim Petrus, inquit, exposuit illis per ordinem dicens: Ego eram in ciuitate Ioppe orans, &c. At post pauca ait: Narrat ea quæ necessaria erant, alia verò obticet, immò per hæc & illa probat: & vide quomodo rationem reddit, & non vult doctoris auctoritate vti: sciebat enim quod quò modestiùs loqueretur, hoc magis eis prodesset.

Act. apost. Chrys. homilia 24.

Paulus non vt prælatus, sed vt frater Petrum correxit.

Cap 113. *VErùm tanta est sectariorum morositas, vt illis pontificum nec modestia, nec fastus satisfaciat. Siquidem illi vtrorumuis illorum prætextu, à pontificatus fastigio beatum Petrum, nedũ*
Calu.ca 8. para.52. *illius successores deturbare satagunt. Caluinus enim Petri humilitatis prætextu illum non obtinuisse inter apostolos primatum affirmat, dùm ait: Quod si nihil istorum extaret, vna tamen epistola ad Galatas omnem dubitationem nobis eximere posset, &c. Quàm friuola & ludicra sit Caluini argutiuncula, ex eo colligitur, quòd non solùm prælato, sed etiam cuicunq; datum est mandatum de fraterna correctione. Vnde in hunc modum inferior suum superiorem sanctè corrigere potest.*
Cypria. ad Quirin. *Huiusmodi certè fuisse Paulum, in corrigendo beato Petro, Cyprianus testatur dicens: Nam nec Petrus, quem primùm dominus elegit, & super quem ædificauit ecclesiam suã, cùm Paulus de circumcisione postmodum disceptaret, se vindicauit, seu aliquid insolenter aut arrogan ter assumpsit vt diceret se primatum tenere, & obtemperari à nouellis, & posteris sibi potiùs oportere.*
August. epistọ. 19. *Eiusdem sententiæ est Augustinus, dùm inquit: Ipse verò Petrus, quod à Paulo fiebat vtiliter libertate charitatis, sancta ac benigna pietate humilitatis accepit: atq; ita rariùs & sanctiùs exemplum posteris præbuit, quo non dedignarentur, sicubi forte recti tramitem reliquissent, etiam à posterioribus corrigi quàm Paulus, quo confidenter auderent, etiam minores maioribus pro defendenda euangelica veritate, salua fraterna charitate resistere. Nam cùm satius*

tiùs multò sit à tenendo itinere, in nullo quàm in aliquo declinare, multò tamen est mirabiliùs & laudabiliùs libenter accipere corrigentem, quàm audacter corrigere deuiantem. Est laus itaq; iusta libertatis in Paulo, & sancta humilitatis in Petro. Illis quidem verbis minores maioribus pro defendenda euangelij veritate, salua fraterna charitate resistere, Paulum correxisse Petrum, non quod ille fuisset maior Petro, sed quo defenderet euangelij veritatem significatur. Paulus siquidem etsi dignitate pontificia fuit minor Petro, tamen ad defendendam euangelij veritatem, parem cum Petro habuit auctoritatem. Quod si Paulus pontificia dignitate non fuisset minor, Augustinus non dixisset minores maioribus auderent resistere, pro tuenda veritate, nec Petri humilitas tanquam rara commendaretur, nec Petrus imitandus illius successoribus proponeretur. Paulus igitur non clauium potestate, sed charitatis præcepto, nẽpe si peccauerit in te frater tuus corripe eum, Petrum correxit. Vnde illa Pauli ad Galatas epistola tantùm abest, vt Petri primatui reclamet, vt potiùs illũ astruat. Quandoquidem Petrus non quo à Paulo fraternè corrigitur, eò in catholica ecclesia non est primas: Verùm enimuero illa epistola Petrum esse maiorem Paulo non obscurè exponit, cùm de Paulo ait: Deinde post annos tres veni Ierusolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Paulus quippe quo ascendit Ierusolymã videre Petrum, eò Petrum fuisse maiorem Paulo. Theophylactus cũ Chrysostomo sapientissimè collegit, dicens: Et hoc insignis humilitatis Ad Ga. c. 1. Chryso. & Theoph.

animi signum, si qui tanta transegerat, ad Petrum abijt, non vtilitatis gratia, sed solo visendi studio, honorans eum ceu maiorem se. Propterea neque dixit ἰδεῖν, *id est, vt cernerem Petrum, sed* ἱστορῆσαι, *id est, vt viderem, & cum obseruatione intuerer: quod magnas & praeclaras vrbes addiscentes dicunt, perinde ac nos abimus ad sanctos viros: sed nos potiùs vtilitatis causa, ille verò solius honoris gratia, tandem Caluinus ad Petri primatum deturbandum ait: Petrum quoque ipsum nihil tale postulasse, sed dedisse sibi dexteram societatis.* Huiusmodi sanè & similes argutiunculae non contra Petri primatum, sed contra primatus executionem militant. Quandoquidem sectarij Petrum inter collegas nunquam primatus auctoritatem exercuisse comminiscuntur.

Calu.ca.8, par. 52.

Oseae 2.

Quibus scriptura apertè satis respondit dicens: Et erit sicut populus sic sacerdos. Apostolorum quidem collegium coetuum obsequentissimus, moderatissimusq́ fuit. Quare beatus Petrus inter apostolos, primatus auctoritate raro vsus fuit, tamen secundum rerum exigentiam, quando & vbi opus fuit, tum inter apostolos, tùm inter caeteros non dissimulauit, vt videre licet in euangelica historia. Post Christi enim ad caelos ascensionem, in electione Matthiae, Petrus summum pontificem egit, quod scriptura testatur, dicens: In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit (erat autem turba hominũ simul, ferè centum viginti) viri fratres, oportet impleri scripturam, quam praedixit spiritussanctus per os Dauid de Iuda. Et infrà: Scriptum est enim

Actor.c.1.

in libro psalmorum: Fiat commoratio eorũ deserta, & non sit qui inhabitet in ea. Et Episcopatũ eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscũ sunt congregati, in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptismate Ioannis vsq; in diem, qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscũ fieri vnum ex istis. Quem locum Chrysostomus exponens, ait de Petro: Chrysost. *Quàm est feruidus? Quàm agnoscit creditũ à Christo gregẽ? Quàm in hoc choro princeps est? & vbiq; primus omnium incipit loqui. In die etiam Pentecostes beatus Petrus de linguarũ dono, & redemptionis mysterijs pro vniuersa ecclesia, tanquam Christi vicarius, rationem coram Iudaeorum populo reddidit, vt scriptura testatur, dùm ait: Stans autem Petrus cum vndecim, leuauit vocem suam, & locutus est eis: Viri Iudaei, & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non enim sicut vos aestimatis, hi ebrij sunt, cùm sit hora diei tertia: sed hoc est quod dictum est per prophetam Ioël: Et erit in nouissimis diebus (dicit Dominus) effundam de spiritu meo, &c. Petrus quoque cum Ioanne ascendens in templum praesente Ioanne, sanauit claudum, de quo facto ait Chrysostomus: Vide autem quomodo & Ioannes vbique tacet, Petrus verò etiam pro illo rationem reddit. Argentũ, inquit, & aurũ non est mihi, quod aũt habeo hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Item in concilio Ierosolimitano Petrus praefuit, vt Lucas testatum reliquit.*

Act. ca. 2.

Chrysost. homil. 8.

Conue-

Conueneruntq́, inquit, Apostoli & seniores videre de verbo hoc. Cùm autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes verbum euangelij, &c. Deniq; beatum Petrum non solùm in illis actibus scriptis, sed etiam in alijs multis non scriptis (quandoquidem non omnia apostolorum acta fuerunt literis mandata) pontificiam potestatem exercuisse non est dubitandum. verùm per illa quæ scripta sunt, Petri primatus sufficienter astruitur.

Cap. 114. Catholicæ ecclesiæ primatus à Christo fuit constitutus, vt perpetua successione maneret.

SEd Caluinus sacræ scripturæ auctoritate, & priscorum doctorum testimonijs conuictus, beatum Petrum fuisse apostolorum principem concedit. Calu. ca. 8. par. 53. *Caeterùm suum errorem non correxit, sed dimidia ex parte cum catholicæ ecclesiæ fide conciliare studuit, dùm ait: Verùm vt de Petro illis concedam quod petunt, fuisse scilicet apostolorum principem, non est tamen causa, cur ex singulari exemplo vniuersalem faciant regulam. Quibus certè verbis ille Petrum in catholica ecclesia fuisse monarcham, quo decedente nullum Episcopũ loco eius in primatus dignitate successisse, & per consequens catholicæ ecclesiæ regimen variatum, nempe monarchiam in aristocratiam fuisse mutatam, apertè satis significat. Quæ profectò sententia cùm schismata & hæreses parit ac nutrit,*

tùm etiam cum Dei verbo manifestè pugnat. Siquidem catholicæ ecclesiæ vnitatem & ſynceram fidem, non aliter contineri poſſe, quàm ſi vnum in terris ſit ſupremum caput, cui membra omnia pareant, Dei verbum expreſſè exponit, & ſacri doctores pari conſenſu profitentur. Nam etſi dominus noſter Ieſus Christus ſoli Petro dixit: Paſce oues meas, tamen illis verbis non tantùm Petro, ſed illius ſucceſſoribus pontificium tradidit: quandoquidem paſtoris officium Petro iniunctum, non priuatum, ſed publicum eſt munus, vt diuinæ ſcripturæ teſtatur, dicens: Et ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios verò euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij. De quibus muneribus Caluinus ait: Habemus quæ in eccleſiæ regimine temporaria miniſteria fuerint, ſcilicet apoſtolos, prophetas, euangeliſtas, & quæ ideo inſtituta, vt perpetuò durent, ſcilicet paſtores & doctores. Quibus certè verbis ſignificatur, quòd cum paſcendi officium à Christo iniunctum beato Petro, publicum & ordinarium ſit, non fuerit ſingulare exemplum Petri ſupereminentiæ, nec Petri primatum per illius mortem euanuerit. Christus enim illis verbis, Paſce oues meas, non priuatum, ſed publicum munus in eccleſia conſtituit. Quod ſi illud munus Petro iniunctum fuiſſet priuatum decedente Petro in catholica eccleſia, nullus fuiſſet legitimus paſtor ouium Christi, quam ſententiam beatus Auguſtinus exponit, dicens: Nam ſi in Petro non eſſet eccleſiæ ſacramentum, non ei diceret Dominus; tibi da-

Ad Epheſ. cap. 4.

Calu. ca. 8. para. 19.

Aug. ſup. Ioã. tract. 50. & 124.

bo

ta sit ecclesia: qui sensus etiam cantatur ore multorum in versibus beatissimi Ambrosij, vbi de gallo gallinacio ait: Hoc ipsa petra ecclesia canẽte, culpã diluit. *Sed scio me posteà sæpissimè sic exposuisse, quod à domino dictũ est: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, vt super hunc intelligeretur, quem confessus est Petrus, dicens: Tu es Christus filij Dei viui: ac si Petrus ab hac Petra appellatus personam ecclesiæ figuraret, quæ super hanc petram ædificatur, & accepit claues regni cælorum. Non enim dictum est illi, tu es petra, sed tu es Petrus: petra autem erat Christus, quem confessus Simon, sicut eum tota ecclesia confitetur, dictus est Petrus. Harum autem duarum sententiarum, quæ sit probabilior, eligat lector. Quod si dicat aliquis, apostolos & prophetas secundaria esse ecclesiæ fundamenta, nihilominùs beatus Petrus inter apostolos primas fundamenti tenet partes, quam sententiam Christus apertè satis exposuit, dùm soli Simoni audientibus cæteris apostolis, atq; illis præteritis, dixit, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Quis enim tam stupidus est, vt existimet Christi verba esse vana? Quod si illa vera sunt, profectò speciale munus Petro præ cæteris iniungit, nempe quod catholicæ ecclesiæ sit fundamentum, supra quod Christus ædificauit suam ecclesiam.*

Matt. c.16.

Christus Petrum apostolorum principem, & Episcoporum episcopum constituit.

Dominus

Dominus noster Iesus Christus post se Petrum non modò catholicæ ecclesiæ fundamentum, sed etiam caput, id est, principem constituit. Quemadmodum enim in rebus, esse, & operari differunt, & istud est posterius illo, sic esse fundamentum ad substantiam ecclesiæ pertinet, quod primò datum fuit Petro Christo dicente: tu es Petrus. Ad operari verò, id est ad ecclesiæ officium, pertinet illud, Et tibi dabo claues regni cælorum Quod munus Petro fuit datum post CHIRITI resurrectionem Christo illi dicente: Pasce oues meas Quibus certè verbis beatum Petrum à Christo fuisse constitutum summum pontificem, expreßè significatur. Siquidem CHRISTVS à Petro maiorem dilectionem, quàm à cæteris Apostolis requirit, & cæterorum apostolorum, ac totius Ecclesiæ curam illi iniungit. Simon Ioannis diligis me, inquit plus his? Dicit ei, etiam Domine: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon Ioannis diligis me? Ait illi, etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos, Dicit ei tertiò: Simon Ioannis, amas me? contristatus est Petrus, quia dixit ei tertiò amas me? & dixit ei: Domine, tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce oues meas: oues verò dixit, de quibus instante mortis tempore dixerat: Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim, Percutiam pastorem, et dispergentur oues gregis. Si igitur Christus

Cap. 112.

Ioan. c. 21.

Petro pascendi apostolos officium iniungit. Illum profectò monarcham catholicæ ecclesiæ constituit. Quãdoquidem Petrus Episcoporum Episcopus, est à Christo creatus. Quam profectò sententiam pari consensu catholici doctores affirmant. clemens enim ait:

Clem pōt. epi. 1. ad Iaco. et ep. 2.

Nec inter ipsos apostolos par institutio fuit, sed vnus omnibus præfuit. In alio etiam loco eandem con firmans sententiam, inquit: Quoniam sicut à beato Petro apostolo accepimus, omnium apostolorum patre, qui claues regni cælestis accepit. Arnobius quoq; ait: Ecce apostolo pœnitenti succurritur, qui est Episcoporum episcopus, & maior gradus redditur plo-ranti, quàm sublatus est deneganti. Quod vt doceam, illud ostendo, quod nullus apostolorum nomen pastoris accepit. Solus enim Dominus Iesus Christus dicebat: Ego sum Pastor bonus, & iterum: Me inquit, sequuntur oues meæ. Hoc ergo nomen sanctum, & ipsius nominis potestatem, post resurrectionem suam Petro pœnitenti concessit, et ter negatus, negatori suo hanc quam solus habuit, tribuit potestatem, vt non solum recuperasse quod amiserat, probaretur, verùm etiã & multò ampliùs pœnitẽdo, quàm negando perdiderat acquisisse. Eiusdẽ sententia est Ambros. dicẽs: Hanc igitur solam ecclesiæ nauem ascendit dominus, in qua Petrus magister est cõstitutus, dicẽte domino: Super hanc petram ædificabo ecclesiã meã. Basilius etiam non dissimilis est opinionis, dicens: Ille autem talis ac tanti iudicij minister, ille tantæ Dei iræ in eum qui peccauit executor, beatus Petrus ille omnibus discipulis prælatus, & solus ampliùs; quàm alij

Arno. sup. psal. 1. 38.

Amb. sermo. 11. de mira.

Basil. de iudicio dei.

testimonium adeptus, ac beatus praedicatus, cui claues regni caelorum concreditae sunt. Cyrillus etiam *exponens illum scripturae locum, scilicet*: Dicit enim *Simon Petrus, &c. Illam confirmat sententiam, cùm ait: Per vnum qui praerat omnes respondent. Et infrà: Opus igitur erat diuinitùs, comprobatae prouidentiae soli responsionem committere illi, qui ordine maior erat. Praetereà ait: Miranda est discipulorum modestia. Non enim caeteri, quia intellexerunt, idcirco tacent, sed quia maiori hoc committebant. Similiter inquit: Cùm apud Caesaream Philippi à Christo discipuli rogarentur, quem dicunt homines esse filium hominis, aliorum falsis opinionibus, dictis, de sua interrogati per principem consortij sui non dubitasse illos exclamare, Tu es Christus filius dei viui. Item Chrysostomus exponens Ioannis verba, illam sententiam astruit dicens: Quid tandem alijs omissis his duntaxat Petrũ affatur? Os erat apostolorum & princeps, propterea & Paulus eum prater alios visurus ascendit: simul vt ei ostenderet, iam sibi fiduciam habendam, tanquam enim negationis obliuisceretur, fratrum curam ei committit, neq; negationis meminit, neq; exprobat, tantùm dicit: si amas me, fratrum curam suscipias. Et infra: Nam cùm magna Christus Petro communicasset, orbis terrarum curã demandasset, vt beatum nimirum Petrum, vniuersalis ecclesiae, & per consequens apostolorum fuisse Episcopum, nemo nisi schismaticus & haereticus negauit. Vnde ad Caluini calumnias quisquis in diuinis literis mediocriter est versatus, facili negotio*

Cyril. sup. Ioan. li. 4. ca. 28. et li. 9. ca. 25. et 35.

Chrysost.

respondebit, quandoquidem Euangelica historia Christum super Petrum ædificaße ecclesiam, & illum constituisse apostolorum totius ecclesiæ pastorem, euidenter exponit, ex quo Caluini commentum deprehenditur, dùm dixit: Percurre quicquid extat, nihil aliud reperies, quàm fuisse vnum ex numero duodecim parem reliquis socium, non Dominum. Verum quidem est, quòd Christus non constituit Petrum apostolorum Dominum, sed Episcopum. Nam sicut nec Imperator, nec quiuis alius magistratus, Reipublicæ est dominus, sed moderator, ita Petrus cæteriquè præpositi, non sunt domini ecclesiæ, sed dispensatores ministeriorum Dei. sed vt seditiosi in Republica quantum ad dominandi libidinem attinet, nullos legitimos magistratus nacti fuêre: ita sectarij quantùm ad innouandi fidem licentiam attinet, sui contemporaneos Episcopos tyrannos eße, vt beatum Petrum non fuisse monarcham euidenter aßerunt. Aduersus Petri primatum Caluinus ait: Cùm ad pastores scribit, non mandat ex imperio quasi superior, cùm accusatur quod ad gentes ingreßus fuerit, &c. Verum quidem est, Petrum in quibusdam actibus se non geßisse quasi superiorem, non quòd ille supremam dignitatem non obtinuisset, sed quo humilitatis exemplum cæteris præberet, vti quando apostoli miserunt Petrum & Ioannem. Beato quippe Petro maior cura fuit prædicandi euangelij veritatem, quàm suum primatum demonstrandi. vtpote ille non nisi ad euangelizandam synceram fidem primatum accepit

Calu.ca. 8. para.52.

Calu ca. 8. para.52.

pit. Vnde beatus Petrus quando & vbi ad asserendam euangelij veritatem ;primatus aut necessarius aut expediens fuit, illum constanter asseruit. Quando verò, & vbi primatus nihil commodauerit aut impedimento fuerit, suam dignitatem subticuit. Vti fecit cùm accusaretur, quòd ad gentes ingressus fuerit, non enim fuit vsus prælati auctoritate. Quia apud huiusmodi accusatores, ad asserendam euangelij veritatem, magis Petri humilitas, quàm summi pontificatus auctoritas conducebat. Vt beatus Chrysostomus exponit, dicens: Post tanta gesta disceptabant hi qui ex circumcisione erant, non apostoli. Quid est disceptabant? Offendebantur inquit, non parum: & vide quid prætexant: non dicunt, Quare annunciasti, sed quare simul edisti. Et infrà: Vel etiam singulari dispensatione accidit illum reprehendi vt hi discant, non enim rem obiter Petrus narrauit. Vide autem quàm alienus sit à fastu & vana gloria. Incipiens enim Petrus, inquit, exposuit illis per ordinem dicens: Ego eram in ciuitate Ioppe orans, &c. At post pauca ait: Narrat ea quæ necessaria erant, alia verò obticet, immò per hæc & illa probat: & vide quomodo rationem reddit, & non vult doctoris auctoritate vti: sciebat enim quod quò modestiùs loqueretur, hoc magis eis prodesset.

Act. apost. Chrys. homilia 24.

Paulus non vt prælatus, sed vt frater Petrum correxit.

Cap 113. *VErùm tanta est sectariorum morositas, vt illis pontificum nec modestia, nec fastus satisfaciat. Siquidem illi vtrorumuis illorum prætextu, à pontificatus fastigio beatum Petrum, nedũ* Calu.ca. 8. para. 52. *illius successores deturbare satagunt. Caluinus enim Petri humilitatis prætextu illum non obtinuiße inter apostolos primatum affirmat, dùm ait: Quod si nihil istorum extaret, vna tamen epistola ad Galatas omnem dubitationem nobis eximere poßet, &c. Quàm friuola & ludicra sit Caluini argutiuncula, ex eo colligitur, quòd non solùm prælato, sed etiam cuicunq; datum est mandatum de fraterna correctione. Vnde in hunc modum inferior suum superiorem sanctè corrigere potest.* Cypria. ad Quirin. *Huiusmodi certè fuisse Paulum, in corrigendo beato Petro, Cyprianus testatur dicens: Nam nec Petrus, quem primùm dominus elegit, & super quem ædificauit ecclesiam suã, cùm Paulus de circumcisione postmodum disceptaret, se vindicauit, seu aliquid insolenter aut arroganter assumpsit vt diceret se primatum tenere, & obtemperari à nouellis, & posteris sibi potiùs oportere.* August. episto. 19. *Eiusdem sententiæ est Augustinus, dùm inquit: Ipse verò Petrus, quod à Paulo fiebat vtiliter libertate charitatis, sancta ac benigna pietate humilitatis accepit: atq; ita rariùs & sanctiùs exemplum posteris præbuit, quo non dedignarentur, sicubi forte recti tramitem reliquissent, etiam à posterioribus corrigi quàm Paulus, quo confidenter auderent, etiam minores maioribus pro defendenda euangelica veritate, salua fraterna charitate resistere. Nam cùm satiùs*

tiùs multò sit à tenendo itinere, in nullo quàm in aliquo declinare, multò tamen est mirabiliùs & laudabiliùs libenter accipere corrigentem, quàm audacter corrigere deuiantem. Est laus itaq; iusta libertatis in Paulo, & sancta humilitatis in Petro. Illis quidem verbis minores maioribus pro defendenda euangelij veritate, salua fraterna charitate resistere, Paulum correxisse Petrum, non quod ille fuisset maior Petro, sed quo defenderet euangelij veritatem significatur. Paulus siquidem etsi dignitate pontificia fuit minor Petro, tamen ad defendendam euangelij veritatem, parem cum Petro habuit auctoritatem. Quod si Paulus pontificia dignitate non fuisset minor, Augustinus non dixisset minores maioribus auderent resistere, pro tuenda veritate, nec Petri humilitas tanquam rara commendaretur, nec Petrus imitandus illius successoribus proponeretur. Paulus igitur non clauium potestate, sed charitatis precepto, nẽpe si peccauerit in te frater tuus corripe eum, Petrum correxit. Vnde illa Pauli ad Galatas epistola tantùm abest, vt Petri primatui reclamet, vt potiùs illũ astruat. Quandoquidem Petrus non quo à Paulo fraternè corrigitur, eò in catholica ecclesia non est primas: Verùm enimuero illa epistola Petrum esse maiorem Paulo non obscurè exponit, cùm de Paulo ait: Deinde post annos tres veni Ierusolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Paulus quippe quo ascendit Ierusolymã videre Petrum, eò Petrum fuisse maiorem Paulo. Theophylactus cũ Chrysostomo sapientißimè collegit, dicens: Et hoc insignis humilitatis Ad Ga.c.1. Chryso. & Theoph.

animi signum, si qui tanta transegerat, ad Petrum abijt, non vtilitatis gratia, sed solo visendi studio, honorans eum ceu maiorem se. Propterea neque dixit ἰδεῖν, id est, vt cernerem Petrum, sed ἱστορῆσαι, id est, vt viderem, & cum obseruatione intuerer: quod magnas & præclaras vrbes addiscentes dicunt, perinde ac nos abimus ad sanctos viros: sed nos potiùs vtilitatis causa, ille verò solius honoris gratia, tandem Caluinus ad Petri primatum deturbandum ait: Petrum quoque ipsum nihil tale postulasse, sed dedisse sibi dexteram societatis. Huiusinodi sanè & similes argutiunculæ non contra Petri primatum, sed contra primatus executionem militant. Quandoquidem sectarij Petrum inter collegas nunquam primatus auctoritatem exercuisse comminiscuntur. Quibus scriptura apertè satis respondit dicens: Et erit sicut populus sic sacerdos. Apostolorum quidem collegium cœtuum obsequentißimus, moderatißimusq; fuit. Quare beatus Petrus inter apostolos, primatus auctoritate rarò vsus fuit, tamen secundum rerum exigentiam, quando & vbi opus fuit, tum inter apostolos, tùm inter cæteros non dißimulauit, vt videre licet in euangelica historia. Post Christi enim ad cælos ascensionem, in electione Mathiæ, Petrus summum pontificem egit, quod scriptura testatur, dicens: In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit (erat autem turba hominũ simul, ferè centum viginti) viri fratres, oportet impleri scripturam, quam prædixit spiritussanctus per os Dauid de Iuda. Et infrà: Scriptum est enim

Calu. ca. 8. par. 52.

Oseæ 2.

Actor. c. 1.

in libro psalmorum: Fiat commoratio eorũ deserta, & non sit qui inhabitet in ea. Et Episcopatũ eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscũ sunt congregati, in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptismate Ioannis vsq; in diem, qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscũ fieri vnum ex istis. Quem locum Chrysostomus exponens, ait de Petro: Quàm est feruidus? Quàm agnoscit creditũ à Christo gregẽ? Quàm in hoc choro princeps est? & vbiq; primus omnium incipit loqui. In die etiam Pentecostes beatus Petrus de linguarũ dono, & redemptionis mysterijs pro vniuersa ecclesia, tanquam Christi vicarius, rationem coram Iudæorum populo reddidit, vt scriptura testatur, dùm ait: Stans autem Petrus cum vndecim, leuauit vocem suam, & locutus est eis: Viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non enim sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cùm sit hora diei tertia: sed hoc est quod dictum est per prophetam Ioël: Et erit in nouissimis diebus (dicit Dominus) effundam de spiritu meo, &c. Petrus quoque cum Ioanne ascendens in templum præsente Ioanne, sanauit claudum, de quo facto ait Chrysostomus: Vide autem quomodo & Ioannes vbique tacet, Petrus verò etiam pro illo rationem reddit. Argentũ, inquit, & aurũ non est mihi, quod aũt habeo hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Item in concilio Ierosolimitano Petrus præfuit, vt Lucas testatum reliquit.

Chrysost.

Act. ca. 2.

Chrysost. homil. 8.

Conue-

Conueneruntq́ue, inquit, Apostoli & seniores videre de verbo hoc. Cùm autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes verbum euangelij, &c. Denique beatum Petrum non solùm in illis actibus scriptis, sed etiam in alijs multis non scriptis (quandoquidem non omnia apostolorum acta fuerunt literis mandata) pontificiam potestatem exercuisse non est dubitandum. verùm per illa quæ scripta sunt, Petri primatus sufficienter astruitur.

Cap. 114. Catholicæ ecclesiæ primatus à Christo fuit constitutus, vt perpetua successione maneret.

SEd Caluinus sacræ scripturæ auctoritate, & priscorum doctorum testimonijs conuictus, beatum Petrum fuisse apostolorum principem concedit.
Calu. ca. 8. par. 53. *Cæterùm suum errorem non correxit, sed dimidia ex parte cum catholicæ ecclesiæ fide conciliare studuit, dùm ait: Verùm vt de Petro illis concedam quod petunt, fuisse scilicet apostolorum principem, non est tamen causa, cur ex singulari exemplo vniuersalem faciant regulam. Quibus certè verbis ille Petrum in catholica ecclesia fuisse monarcham, quo decedente nullum Episcopū loco eius in primatus dignitate successisse, & per consequens catholicæ ecclesiæ regimen variatum, nempe monarchiam in aristocratiam fuisse mutatam, apertè satis significat. Quæ profectò sententia cùm schismata & hæreses parit ac nutrit,*

tùm etiam cum Dei verbo manifestè pugnat. Siquidem catholicæ ecclesiæ vnitatem & ſynceram fidem, non aliter contineri poſſe, quàm ſi vnum in terris ſit ſupremum caput, cui membra omnia pareant, Dei verbum expreſſè exponit, & ſacri doctores pari conſenſu profitentur. Nam etſi dominus noſter Ieſus Chriſtus ſoli Petro dixit: Paſce oues meas, tamen illis verbis non tantùm Petro, ſed illius ſucceſſoribus pontificium tradidit: quandoquidem paſtoris officium Petro iniunctum, non priuatum, ſed publicum eſt munus, vt diuina ſcriptura teſtatur, dicens: Et ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios verò euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij. Ad Epheſ. cap. 4. *De quibus muneribus Caluinus ait: Habemus quæ in eccleſiæ regimine temporaria miniſteria fuerint, ſcilicet apoſtolos, prophetas, euangeliſtas, & quæ ideo inſtituta, vt perpetuò durent, ſcilicet paſtores & doctores.* Calu. ca. 8. para. 19. *Quibus certè verbis ſignificatur, quòd cum paſcendi officium à Chriſto iniunctum beato Petro, publicum & ordinarium ſit, non fuerit ſingulare exemplum Petri ſupereminentia, nec Petri primatum per illius mortem euanuerit. Chriſtus enim illis verbis, Paſce oues meas, non priuatum, ſed publicum munus in eccleſia conſtituit. Quod ſi illud munus Petro iniunctum fuiſſet priuatum decedente Petro in catholica eccleſia, nullus fuiſſet legitimus paſtor ouium Chriſti, quam ſententiam beatus Auguſtinus exponit, dicens: Nam ſi in Petro non eſſet eccleſiæ ſacramentum, non ei diceret Dominus, tibi da-* Aug. ſup. Ioã. tract. 50. & 1.24.

ho claues regni cælorum: quæcunq; solueris in terra, soluta erunt in cælo: & quæcunq; ligaueris in terra, ligata erunt & in cælo. Si hoc Petro tantum dictum est, non facit hoc ecclesia. Eandem sententiã infrà cõfirmans ait: Hoc agit Ecclesia spe beata in hac vita ærumnosa. Cuius ecclesiæ Petrus apostolus propter apostolatus sui primatum gerebat figurata generalitate personam. Quod enim ad ipsum propriè pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus christianus, abundantiore gratia vnus idemq; primus apostolus: sed quando ei dictum est, Tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis: vniuersam significabat ecclesiam. Et post pauca ait: Ecclesia ergo quæ fundatur in Christo, claues ab eo regni cælorum accepit in Petro, id est, potestatem ligandi, soluendiq; peccata: quod enim est per proprietatem in Christo ecclesia, hoc est, per significationem Petrus in petra, qua significatione intelligitur Christus petra, Petrus ecclesia: tantum ille. Etsi apostolatus, prophetia, et euangelistæ munera ad ecclesiæ vtilitatem fuerunt data, tamen accipientes illa munera non repræsentabant ecclesiam, quoniam illa munera tantùm illis, quos deus speciali modo vocauit, data fuerunt. Atque huiusmodi sunt omnia munera extraordinaria: at pastoris & doctoris munus, non solùm ad ecclesiæ vtilitatem datum fuit, sed etiam Petrus, qui primus illud munus accepit, catholicam ecclesiam repræsentauit.

uit. siquidem Petrus huiusmodi munus non tantùm pro se, sed etiã pro ministris canonicè electis in catholica ecclesia cõmunione et fide succedentibus, accepit. Vnde sicut Moyses in prophetiæ dono non habuit successionem continuã, ita Christi apostoli & euangelistæ in huiusmodi muneribus non habuerunt successores, siquidẽ illa munera data fuerunt ecclesiæ tantũ, pro illis qui speciali modo à Deo fuerunt vocati. Aaron autem in summi pontificatus munere habuit successores, quandoquidem pontificatus munus datum fuit synagogæ, non tantùm pro Aaron, qui à Deo fuit speciali modo vocatus, sed etiam pro filijs eius: ita Christi apostoli in pastorum & doctorum munere habent successores, siquidem pastorum & doctorum munera data sunt ecclesiæ, non modò pro illis quos Christus speciali modo elegit, sed etiam pro ministris canonicè electis. Hinc est quod vt synagoga non prophetas, sed sacerdotes semper habuit, sic Christi ecclesia non apostolos, prophetas & euangelistas, sed pastores & doctores perpetuò habet. Apostolorum igitur successores, non in apostolatus, prophetiæ & euangelistæ muneribus, sed in pastorum & doctorum officio apostolis successerunt. Quandoquidem omnes apostoli etiam pastores & doctores fuerunt. Veruntamen inter Petri & cæterorum apostolorum successores tantùm interest, quantùm inter Petrum et cæteros apostolos. Quare sicut Petrus fuit apostolorum princeps: ita Papa Petri successor omnium Episcoporum est summus pontifex. Petrus enim aliorum apostolorũ, et per consequẽs

Catholi-

Catholicæ ecclesiæ ordinarius Episcopus fuit: et Christus catholicæ ecclesiæ episcopatum tradidit Petro, non tantùm pro illo, sed etiam pro catholica ecclesia: pro catholica ecclesia, inquam, non pro singulis fidelibus, sed tantùm pro canonicè electis in Petri successores. Igitur cùm Petri successor, non solùm succedat Petro in Episcopatu, sed etiam in episcopatus primatu, in quo Petrus cæteris apostolis fuit prælatus, Petri successor sit apostolicus, id est catholicæ ecclesiæ pontifex oportet. Christus quidem duodecim apostolos, & septuaginta duos discipulos elegit ad prædicãdum euangelium, vnum verò illorum constituit apostolorum & discipulorum principem. Pastores certè & doctores multos esse in ecclesia, quandoquidem fidelium populus est multus, & inter præpositos esse vnum principem, ad ecclesiæ vnitatem retinendam, est necessarium. Quod si Caluinus Petrum inter apostolos fuisse principem non negat, etiam inter apostolorum successores Petri successorem primatum obtinere concedat est necassarium. Quoniam apostolorum successores ad retinendam ecclesiæ vnitatẽ, magis quàm apostoli indigent monarchia. Quod si inter apostolos non solùm hierarhia, sed etiam monarchia fuit, multò profectò magis inter illorum successores est monarchia, & per consequens beati Petri successorem in catholica ecclesia, ad retinendam fidei synceritatem, & ecclesiæ vnitatem, primatum obtinere est necessarium. Vnde vt Dei ordinatio stabilis perseueret, non sufficit singulas ecclesias habere suos Episcopos, sed etiam requiritur quod omnium

episco-

Episcoporum sit vnus visibilis & supremus episcopus, quam sententiam beatus Augustinus sapientissimè exponit, dicens: Hic inuenio omnes pastores bonos in vno pastore, non enim verè pastores boni desunt, sed in vno sunt, multi sunt qui diuisi sunt. Hic vnus prædicatur, qui vnitas commendatur, neque enim verè, modo ideo tacentur pastores, & dicitur pastor, quia non inuenit dominus cui commendet oues suas: tunc autem ideò commendauit, quia Petrum inuenit. Immò verò & in ipso Petro vnitatem commendauit. Multi erant apostoli, & vni dicitur, Pasce oues meas. Auguft. de pafs. ca. 13.

Ecclesiæ vnus Episcopatus, vnum visibilem Episcopum requirit. Cap. 115.

EX quo Caluini error deprehenditur, dùm ait: *Quid inde aliud euidenter, quàm singulis ecclesijs debere suos Episcopos attribui. Et infrà: Habet enim ecclesia Christum vnicum suum caput. Et posteà subdit: Vnitatem nominat, sed in Deo & in Christi fide, hominibus nihil tribuit, nisi communi ministerio, &c. Siquidem Christus Petrum constituens apostolorum principem, vnum Episcopum Episcoporum constituit. Scriptura sanè vnum caput & vnum Episcopum non modò in Christo, sed etiam in Petro & illius successoribus nominauit. Christum enim esse primarium ecclesiæ caput nemo negat. Immò omnes quidem hæretici, & schismatici, non modò Christum esse ecclesiæ caput sed etiam se, Christo capiti compaginatos esse, & catholicæ ecclesiæ com-* Cal. cap 8. para. 53.

munionem & fidem obseruare pertinaciter asserunt, sed illos decipi in confesso est. Quoniam si ita fuisset, sicut comminiscũtur, illi nec hæretici, nec schismatici fuissent, hæreticos enim, et schismaticos, Christo capiti non esse cõpaginatos, nec catholicæ ecclesiæ communionem, nec fidem obseruare manifestũ est. Schismatici verò illi sunt, quia Christi vicariũ quem ad tendendã

Calu ca. 8. para. 56. *ecclesiæ vnitatem Christus constituit, non coluerunt. Sed Caluinus ad suum errorem astruendum, non solùm diuinam scripturam, sed etiam patrum sententias deprauat, dicens: Hieronymus ad Nepotianum, Singuli, inquit, ecclesiarum Episcopi. Et infrà: Cur non commemorat vno capite, tanquam vinculo omnes inter se ecclesias esse colligatas. Sed quàm impudenter et euidenter Caluinus mentiatur, Hieronymi monimenta præ se ferunt. Siquidem illa sententia: Singuli ecclesiarum Episcopi, &c. non est*

Hierony. 3. tom. *Hieronymi, nec ad Nepotianum, sed est Epiphanij ad Ioannem Episcopum Ierosolymitanum, excusantis se, quod presbyterũ ordinasset, in illius diœcesi, ipso incõsultò, ait enim: Nam etsi singuli ecclesiarũ episcopi habent sub se ecclesias, quibus curã videntur impendere: et nemo super alienã mensurã extenditur, tamẽ præponitur omnibus charitas Christi, &c. Illic enim Epiphanius ad se excusandũ, nõ primatus, sed charitatis meminit. Sed beatus Hieronymus, quẽ Caluinus mendaciter in testem adduxit, ad cauẽda in ecclesia schismata, in vno capite, omnes inter se ecclesias esse colligatas, scilicet in Petro, et in summo pontifice, Petri successore cõmemorat. Atq; hoc nõ quod B. Hieronymus*

Christũ prætermittat, sed quod nemo Christo ecclesiæ capiti cõpaginatur, nisi priùs eius vicariũ, nempe Papã obseruauerit, ait enim: Propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto, schismatis tollatur occasio. In alio etiã loco eandem confirmans sententiam inquit: Ecclesiæ salus, in summi sacerdotis dignitate pendet: cui si non exors quædã, et ab omnibus eminens detur potestas, tot in ecclesijs efficientur schismata quot sacerdotes. Caluinus ad suũ astruendum errorẽ etiã Cypriani sententiã, aliò quàm ille intẽdit, detorquet dicens: Cyprianus de simplicitate prælatorũ episcopatus vnus est. Et infrà ait: vides vt Christi vnius episcopatũ vniuersalem faciat, qui totam sub se ecclesiam capiat, illius partes insolidũ ab omnibus teneri dicat, qui sub hoc capite episcopatu funguntur: vbi primatus sedis Romanæ, si penes Christum solũ intiger residet, episcopatus à singulis pars eius insolidũ tenetur? Verùm quàm perperã Caluinus Cypriani sententiã interpretetur, Cyprianus ipse exponit, quãdoquidẽ ille ad cauenda schismata et hæreses, Petri primatũ colendum & obseruandũ docet, non quòd Christũ naturale & primariũ ecclesiæ caput obseruandũ Cyprianus non doceat, sed quod nemo catholicæ ecclesiæ cõmunionẽ potest colere, nisi Petri successori Christi vicario, tanquam monarchæ obtemperet. Cyprianus quidem schismatum & hæresum origines & causas exponẽs, ait: Cauenda sunt aũt, nõ solùm quæ sunt apertè manifesta, sed et astutæ fraudis subtilitate fallentia. Quid verò astutius, quidue subtilius, quàm vt Christi aduentu detectus, ac prostratus inimicus

Hier. adue. Iouian.

Aduer. Luciferum.

Calu. ca. 8. par. 55.

Cypria. de simp. præl.

videns idola derelicta, & per nimium credentium populum sedes suas ac templa deserta, excogitauerit nouam fraudem, vt sub ipso christiani nominis titulo fallat incautos, hæreses inuenit & schismata, quibus subuerteret fidem, veritatem corrumperet, scinderet vnitatem, quos detinere non potest in via veteris cæcitate, circumscribit & decipit noui itineris errore. Et infrà ait: Hoc eò fit fratres dilectissimi, dùm ad veritatis originem non reditur, nec caput quæritur, nec magistri cælestis doctrina seruatur, quæ si quis consideret & examinet, tractatu longo atq; argumẽtis opus non est, probatio est ad fidem facilis compendio veritatis. Loquitur dominus ad Petrum: Ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus, &c. Ad tollenda igitur schismata, & extirpandas hæreses caput quod tenendum est secundum Cypriani sententiam Petri primatus est. Si enim Cypriani sæculo Petri primatus in catholica ecclesia non obtinuisset, Cyprianus ad ecclesiæ vnitatem retinendam non dixisset: Loquitur dominus ad Petrum: Ego dico tibi quia tu es Petrus, &c. Sed potiùs dixisset Paulus. loquitur ad Corinthios dicẽs: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positũ est, quod est christus Iesus. Sed nullo habito sermone de Christo, Christi verba Petri primatum significantia, retulit atq; subdidit. Tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem, sua auctoritate disposuit. Hoc erant vtique & cæteri apostoli, quod fuit Petrus pari consortio præditi, & honoris & potestatis, sed exordium ab vnitate proficiscitur, vt ecclesia vna mõstretur

1. Ad Cor. cap. 3.

ſtretur. Caluine erige aures ſiquidem Cyprianus vnitatem eccleſiæ nominat in Petro. In Petro, inquam, non quod excludat Chriſtum, ſed quod nemo vnitatem in Deo poteſt retinere, niſi cum Petro teneat vnitatem. Cum Petro nimirum tenenda eſt vnitas, id eſt cum ſucceſſoribus eius. Siquidem eodem pontificatus munere quo Petrus functus fuit, in catholica eccleſia funguntur & illi. Cyprianus enim fidei vnitatem in Chriſto, ex eccleſiæ vnitate in Petrò à poſteriori demonſtrans, illicò ait: Hanc eccleſiæ vnitatem qui non tenet, tenere ſe fidem credit? Qui eccleſiæ renititur & reſiſtit, in eccleſia ſe eſſe confidit? Ad tenendam enim eccleſiæ vnitatem in Chriſto opus eſſe tenere vnitatem cum Petri ſucceßore, etiam Cyprianus ibidem docet, dicens: Quam vnitatem firmiter & vendicare debemus, maximè Epiſcopi, qui in eccleſia præſidemus, & Epiſcopatum quoq; ipſum vnum atq; indiuiſum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida præuaricatione corrumpat. Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Epiſcopatus ſanè vnus nõ poteſt eſſe, niſi inter Epiſcopos, vnus ſit omnium ſummus. Vt Cpyprianus expoſuit, dicens: Tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit. Eandem ſententiam in alio loco confirmat, dicens: Poſt iſta adhuc inſuper pſeudoepiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto nauigare audent, & Petri Cathedram atq; eccleſiam principalem vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt, à ſchiſmaticis & profanis literas ferre, nec cogita-

Cypria de ſimp. prel.

Cypri. li. 1. epiſt. 3.

cogitare eos esse Romanos, quorũ fides, apostolo prædicante, laudata est, ad quos perfidia nõ potest habere accessum. Vnus certè Episcopatus, vnũ visibilem Episcopum requirit, sicut enim non quod Deus vnus Rex regum, & Dominus dominantiũ, eo in vniuerso orbe, nedum in christiano est vnum regnum, siue vna Respublica: ita non quo Deus est vnicum ecclesiæ caput, eò in ecclesia est vnus episcopatus. Beatus certè Cyprianus ad schismata et hæreses cauenda, Petrum inter apostolos tenuisse primatum & ecclesiæ vnitatẽ, non solùm in Christo, sed etiam in Petro nominauit. Quam diuinam constitutionem, cùm illa ad ordinarium catholicæ ecclesiæ regimen spectet, perpetuò durare est necessarium.

Caput 116.

Romanus pontifex diuina ordinatione ecclesiæ primatum obtinet.

CAluinus verò non solum Petri primatum modò negauit, modò concessit, sed etiam ecclesiæ primatum penes Petri successores esse modò ait, modò negat. Siquidem ecclesiæ primatum ita fuisse in Petro constitutum, vt perpetua successione maneret, asserit. Romanum verò Episcopum Petri successorem, & summum pontificem esse negat, dùm ait: Iam vt alterum illis largiar, quod nunquam apud sanos homines obtinebunt, sic constitutum in Petro ecclesiæ primatum, vt perpetua successione semper maneret, vnde tamen euincent, sedem Romæ ita collocatam, &c. Homines profectò apud quos Papa primatum nunquam obtinuit,

obtinuit, quos Caluinus sanos homines ni fallor appellat, schismatici & hæretici sunt: contrà verò beatum Ambrosium, Hieronymū & cæteros catholicos patres primatū profitentes, insanos appellat. Verùm Caluinus de hoc articulo sibi nō constat, quoniā qui asserit ecclesiæ primatū fuisse cōstitutū in Petro, vt ꝑpetua successiōe maneret, etiā Romanū episcopū esse, summū pontificem cōcedat est necesse. Siquidē Romanus pōtifex Petri est legitimus successor. Nā quēadmodū Deus synagogæ primatū constituit in Aaron, vt ꝑpetua filiorū successione permaneret, quæ quidem filiorū successio corporali generatione propagatur: ita Christus ecclesiæ primatum cōstituit in Petro, vt perpetua Romanorum episcoporum successione duraret. Quæ inquam Episcoporum successio, ecclesiastica vocatione, seu electione propagatur. Christus enim ecclesiæ primatum constituens in Petro, vt perpetua successione semper maneret, consequenter ecclesiæ tradidit potestatem eligendi Petri successorem, id est, summū pontificem. Quæ potestas si eccclesiæ collata non fuisset, ecclesiæ primatum decedente Petro euanuisset: quandoquidem Dei verbum nullum hominem præter Petrum fuisse in ecclesia summum pontificem exponit. Ecclesiastica quidem munera constituta vt perpetuò durent, Christus in ecclesiæ primordijs per se ipsum quibusdam hominibus specialiter contulit, vt euangelica historia testatur de electione duodecim apostolorum, & septuaginta duorum discipulorum. Sed post Christi ad cælos ascensionem, nullus præter Paulum fuit specialiter vocatus. Ex

quo factum fuit, vt Petrus cum cæteris Christi discipulis loco Iudæ elegerit Matthiam, similiter ad ecclesiasticam retinendam disciplinam, in singulis ciuitatibus Episcopi fuerunt constituti ab apostolis. Vti à beato Petro Ierosolymis Iacobus fuit ordinatus Episcopus, de cuius ordinatione beatus Chrysostomus ait: Quod si quis percontaretur, quomodo Iacobus sedem Hierosolymis acceperit: responderem hunc totius orbis magistrum præposuisse. Cæteri etiam apostoli in ciuitatibus, in quibus prædicauerunt, Episcopos constituerunt. Et non solùm apostoli, sed etiam illorum discipuli similiter fecerunt, vt Paulus Tito faciendũ præcepit, dicens: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitatem presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Verùm etsi apostoli à Christo fuerunt constituti Episcopi, cæteri verò ab ecclesia sunt vocati, tamen munus ipsum episcopatus, siue per Christum, siue per apostolos, siue per ecclesiam conferatur, non variatur, sed idem est. Sicut enim baptismus ministrorum varietate nõ variatur, sed semper est idem. Quandoquidem Deus baptismum instituens per quosuis ministros obseruantes euangelicum ritum baptizat, ita Deus Episcoporum munus instituens, Episcopos quos catholica ecclesia, siue eius ministri eligunt, constituit, testante scriptura, dùm ait: Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores. Etsi Episcopatus muneris est, praeesse particulari ecclesiæ: & apostolatus officij est, prædicare in vniuerso orbe: tamen

Chrysf. homi. 87. sup. Ioan.

Ad Tit. c. 1.

Ad Ephes. cap. 4.

men quidam Christi apostoli speciales ecclesias quibus praeessent elegerunt, vt beatus Ioannes Ephesum, & beatus Petrus Romã. Hinc est, quod etsi Petrus per diuersa loca Episcopos ordinauit, tamen illo decedente, nullus Episcopus à catholica ecclesia est habitus pro Petri successore, nisi Romanus. Siquidem non illi, sed iste in episcopatu Romano successit Petro. Ex quo factũ est, quod ecclesia Romana collocata seu constituta fuerit caput caeterarum ecclesiarum: cuius primatus causam rogat Caluinus, dicens: Vnde euincent sedem Romae ita collocatam, &c. In promptu est ratio, nempe apostolica traditione Romana ecclesia obtinet primatum, apostolica, inquam, traditione non quod excludatur diuina constitutio. Nam sicut apostolorum praedicatio non minùs quàm euangelistarum scriptura facta fuit Deo reuelante: ita Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, & caeterorum ecclesiasticorum ministrorum constitutio siue ordinatio facta apostolis, nõ minùs est diuina constitutio, quàm si à Christo fuissent illi ordinati. Quã sententiam beatus Cyprianus mirificè exponit, dicens: Ipse summus sacerdos sui est sacramenti institutor & auctor, in caeteris homines spiritumsanctum habuêre doctorem, & sicut par est spirituisancto & Christo diuinitas, ita in suis institutis aequa est auctoritas & potestas, nec minus ratum est, quod dictante spiritusancto apostoli tradiderunt, quàm quod ipse tradidit, & in sui commemorationem fieri praecepit. Distributionem etiam Episcopatuum, Deo inspirante fuisse factam, nõ est dubium. Siquidem iuxta

Calu. ca. 8. par. 54.

Cyp. ser. de ablutio. ped.

Christi promißionem Spiritusſanctus docuit apoſtolos eccleſiaſticam adminiſtrationem. Vnde beatum Petrum Romanam eccleſiam conſtituiſſe, & illic ſuam ſedem poſuiſſe, non humanum, ſed diuinum conſilium fuit. Siquidem ad retinendam in fidei ſynceritate eccleſiæ communionem, nullibi eccleſiæ primatus magis commodè inſtitui potuiſſet, quàm Romæ, quæ orbis erat caput. Quare euangelica prædicatio, fides, & cætera Dei dona nullibi magis emicuerunt, quàm Romæ. Illic enim adimpletum eſt Ad Rom. cap. 5. *illud Pauli: Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit gratia. Petrus igitur diuino afflatus ſpiritu Romæ ſedem ſui epiſcopatus poſuit. Vnde apoſtolica conſtitutione atque traditione factum eſt, quod in eccleſia Romana ſit eccleſiæ primatus.*

Cap. 117.

Romanus pontifex Petri ordinatiне in eccleſiæ primatu ſucceſsit.

Calu. ca. 8. para. 54.

VErùm Caluinus hæretica licentia, apoſtolicam traditionem contemnit, dicens: Nonnè ſunt ineptiæ iſtæ magis quàm pueriles? Chriſtus honorem primatus contulit Petro, Petrus Romæ ſedit, ergo illic collocauit ſedem primatus, &c. Sed miſerè ille decipitur: nam catholicæ eccleſiæ primatus nõ eſt cõſtitutus in Romana vrbe, ſed in Romanæ vrbis epiſcopatu cõſtituto à Petro. Vnde ſi Romanus Epiſcopus vrgẽte legitima cauſa, qualis eſſet vrbis excidium (quod Deus auertit) mutauerat ſedem, tunc iam non Romæ, ſed vbi Petri ſucceſſoris ſedes fuerit, il

lic

lic erit ecclesiæ primatus. Sed cùm in tã magna rerũ mutatione, quanta à Petri martyrio vsq; ad præsentẽ diem succeßit Petri successor, sede nunquã mutauerit, illã semper mansurã Romæ non est dubitandũ. Quandoquidẽ non Romanã vrbem Petri sede. sed potius Petri sedem vrbẽ Romanã ab excidio seruasse existimandũ est. Si enim Petrus nullam particularẽ ecclesiã elegisset, nullus Episcopus determinatè fuisset Petri successor, sed quia Romanam ecclesiã administrauit, Romani Episcopi sint Petri succeßores oportet. Beatum nimirum Petrum fuisse Romæ Episcopum, non minùs euidens est, immò multò magis quàm Iulium Cæsarem fuisse Romanorum imperatorem. Clementem etiam Romanum pontificem cum cæteris Romanis Episcopis in ecclesiæ primatu fuisse Petri successorem, tam compertum est, quàm Octauianum Augustum cum cæteris Romanis imperatoribus fuisse Iulij Cæsaris successorem. Quandoquidem ecclesiastica historia non minùs fide dignum testimonium perhibet de Petri Romano Episcopatu, & de eius successoribus, quàm humana historia de Iulij Cæsaris Romano Imperio, & de illius successoribus. Quod si qui humanæ historiæ de Romanorum Imperatorum principio, progressu, & succeßione fidem non habet, non humanus, sed ferus homo existimatur, multò profectò magis Caluinus cæteriq; sectarij Petri et illius successorum primatum negãtes, et ecclesiasticæ historiæ fidem nõ habentes, et feri et etiã impij homines existimãdi sunt. Ecclesiastica nanq; historia apud pios viros magis autẽtica est, quàm

uina scriptura apertè satis exponit. sed qui sint Petri successores, quibus ad retinendam ecclesiæ & fidei veritatem necesse est obedire, non diuina, sed humana auctoritas docet, à qua de Petri successoribus, videlicet quis Petri indubitatus successor sit, petendum est testimonium. Caluino igitur, cùm ait: Vnde tamen euincent sedem Romæ ita collocatam, videlicet vt penes illam sit ecclesiæ primatus, ingenuè respondendum est. quod illud non diuina scriptura, sed apostolica traditio exponit. Siquidem illud non ad ius, sed ad factum pertinet. Ambrosium quidem fuisse Episcopum, hominum ministerio factum fuit, sed illum habere potestatem, cui subditi obedire tenentur. non ab electoribus, sed à Deo est constitutum. Romanos quidem pontifices obtinere ecclesiæ primatum à beato Petro constituente Romæ suam sedem ortum habet. sed primatus auctoritas non à Petro, sed à deo est. Vnde sicut ad obtemperandum Episcopis, vltra diuinam legem, quæ præcipit obedire præpositis, de illorum ordinatione non scripturæ, sed electorum testimonium requirendum est, ita ad obediendum Romano pontifici, de illius successione in primatu, non diuina scriptura. sed ecclesiasticæ traditionis testimonium requirendum est. Siquidem etsi diuina scriptura ecclesiæ primatum fuisse à Christo constitutum in Petro, vt perpetua successione semper perseueraret, apertè satis exponit: tamen quis sit Petri successor non diuina scriptura, sed Petri traditio & humana auctoritas exponit. Atque vt in ciuilibus magistratibus eligente populo, aut quocunque alio, cui de iure competit

petit electio Deus approbat electionem, & magigistratuum potestas, non ab hominibus, sed à Deo est: sic Petri successore canonicè electo, illius potestas, non ab hominibus, sed à Deo est. Et hinc est quòd ecclesiæ primatus, etsi per Petri sessionem constitutum fuerit in Romana ecclesia, tamen non à Petro, sed à Deo fuit constitutus. Nam Petrus à Christo ecclesiæ primatum accepit, Petri etiam successores à Christo electorum ministerio accipiunt eundem ecclesiæ primatum. Ex quibus manifestè colligitur, Calu. ca. 8. par. 54. *quãtùm ponderis habeant Caluini obiectiones, dùm ait: Christus mortuus est Hierosolymis, & Moyses in deserto, tamen his locis non est collatus primatus, etc. Siquidem Christus non constituit Petrum suum successorem, sed vicarium, in cuius testimonium, etsi ante passionem Christus promiserat Petro se daturum claues regni cælorum, tamen post resurrectionẽ pascẽdi oues officium illi iniunxit, dicens: Pasce oues meas. Vnde Petrus non successit Christo. Moyses etiam, etsi ante mortem in deserto Iosuæ ducẽ populi constituit, tamen nõ vt maneret in deserto, sed vt filios Israel intromitteret in terram promissionis, vt diuina scriptura testatur, dicens:* Iosu. ca. 1. *Et factũ est post mortẽ Moysi, serui domini, vt loqueretur dominus ad Iosuæ filiũ: Nũc ministrum Moysi, et diceret ei: Moyses seruus meus mortuus est, surge et transi Iordanem istum, tu et omnis populus tecum, in terram quam ego dabo filijs Israel. Petri quidem martyrium postquam ille viginti quinque annis sederat Romæ, testatur Petrum suam sedem non transtulisse ad aliam ciuitatem, ex quo*

catholica

catholica ecclesia Romanum Episcopum esse Petri successorem, atque apostolicum semper asseruit.

Prisci ecclesiæ pastores et doctores Romano pótifici ecclesię primatū detulere. Cap. 118.

Ecclesiastici quidem prisci patres ex Petri primatu, Romanæ ecclesiæ primatum necessariò collegêre. Siquidem quo ad retinendam in fidei synceritate catholicæ ecclesiæ communionem, & Christus Petrum ecclesiæ fundamentū, apostolorum principē, catholicæq́; ecclesiæ pastorem constituit: & Petrus Romanam ecclesiam fundauit, & per seipsum illā administrauit, eo omnes catholici doctores decedente Petro, Romanum pontificem in Petri primatu successisse concorditer intellexerunt, & docuerunt. Quoniam ad retinendam in fidei synceritate ecclesiæ cōmunionem, munera à Christo cōstituta, nempe quòd sit Petrus ecclesiæ fundamentum, Apostolorum princeps, & catholicæ ecclesiæ pastor, Petro decedente sint penes illius successorem est necessarium. Quandoquidem huiusmodi officia, etsi Petro fuerunt iniuncta, tamen non tantùm pro eo, sed etiam pro illius successoribus, nec tantùm pro apostolorum sæculo, sed etiam vt perseuerarent vsque ad sæculi consummationem fuerunt constituta, tanquam ordinaria munera ad catholicæ ecclesiæ publicam vtilitatē ordinata. Catholicæ sanè ecclesiæ primatum esse penes Romanū pontificē, gesta catholicæ ecclesiæ euidenter testantur. Quemadmodū enim apostolorum tempestate, orta circa legalium obseruationem in Antiochena ecclesia seditione Paulus

cum Barnaba, & quibusdam alijs ad Petrum, & cæteros apostolos & presbyteros, qui erant Hierosolymis, causam fidei detulit. ita à Petri & Pauli glorioso martyrio omnes catholici, maioris religionis causas ad Romanum pontificem retulerunt, vtpote penes illum ad religionis dissidia componenda suprema est auctoritas. Quas profectò religionis maiores causas prisci illi patres temerè ad Romanum pontificem retulissent, nisi per fidem facti fuissent certiores, Romanum pontificem Petri successorem à Deo ecclesiæ primatum accepisse. Immò & sancti illi Romani pontifices, Christiq́; gloriosi martyres, illas fidei maiores causas temere diffiniissent, nisi ecclesiæ primatum sibi à Deo fuisse iniunctum certò credidissent. Cùm igitur prisci catholici doctores, tum doctiores, tùm sanctiores, maiores religionis causas ad Romanam sedē retulerint, tum etiam sanctissimi Romani pontifices huiusmodi causas diffinierint, quis nisi hæreticus & schismaticus ecclesiæ primatum esse penes Romanum pontificem non credit? Quis etiam sanctos pontifices ambitionis arguet nisi hæreticus? Catholici quidem doctores in religionis dogmatibus exponendis et proponendis, atq; in catholica ecclesia celenda pace,
Iren. lib. 3. c. p. 3. *Romani pontificis censuram, primatum obtinere pari consensu profitentur. Ireneus quidem ait: Sed quoniam valde lōgum est, in hoc tali volumine omnium ecclesiarum enumerare successiones, maximæ & antiquissimæ, & omnibus cognitæ à gloriosissimis duobus apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ ecclesiæ, eam quam habet ab apostolis traditionem*

tem

nem, & annuntiatam hominibus fidem, per successi ones Episcoporum peruenientem vsq; ad nos, indican tes confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam præterquàm oportet, colligunt. Ad hanc enim ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse est omnem conuenire ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndiq; fideles, in qua semper ab his qui sunt vndiq;, conseruata est ea quæ est ab apostolis traditio. Fundantes igitur & instruentes beati apostoli ecclesiam, Lino episcopatum administrandæ ecclesiæ tradiderunt, &c. Eiusdem sententiæ est Tertullianus dicens: Si autem Italiæ adijceris, habes Romanam (scilicet ecclesiam) vnde nobis quoq; auctoritas præsto est statuta. Fœlix ecclesia, cui totam doctrinam apostoli cum sanguine suo profuderunt. vbi Petrus passioni dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi apostolus Ioannes posteà quàm in oleum igneum demersus, nihil passus est, in insulam relegatur, &c Beatus etiam Cyprianus ad Cornelium Romanum pontificem scribens, eandem sententiam sapientissimè exponit, dicens: At vbi nos in præsenti venimus, comperto consilio nostro, ipsi quoq; id quod & cæteri obseruare cœperunt, vt in nulla ecclesiarum istic consistentium cõsensio discreparet. Quidam tamen mentes nõnunquam & animos sermonibus suis turbant, dùm aliter quædam quàm se habet veritas nunciant. Nos enim singulis nauigantibus, ne cum scandalo vllo nauigarent, rationem reddidisse nos scimus, & hortatos

Tertul. de præs. hæret.

Cyp. lib. 4. epist. 8.

esse, vt ecclesiæ catholicæ matricem & radicem agnoscerent ac tenerent. Beatus quoque Hieronymus in fidei controuersijs definiendis Romani Pontificis sententiæ deferendum mirificè exponit. Ille quippe Syriam incolens Damasum Romanum Pontificem de fidei regula consulens, ait: Ideò mihi Cathedram Petri, & fidem apostolico ore laudatam censui consulendam: inde nunc meæ animæ postulans cibum, vnde olim Christi vestimenta suscepi. Neque verò tanta vastitas elementi liquentis, & interiacens longitudo terrarum me à preciosæ margaritæ potuit inquisitione prohibere. Vbicunque fuerit corpus, illuc cõgregantur aquilæ: profligato à sobole mala patrimonio: apud vos solos incorrupta patrum seruatur hæreditas. Ibi cespite terra fœcundo, dominici seminis puritatem centeno fructu refert. Hic obrutæ sulcis frumenta, in lolium auenasque degenerant. Nũc in occidẽte Sol iustitiæ oritur: in Oriente autem Lucifer ille quã ceciderat, supra sydera posuit thronum suum. Vos estis lux mundi, vos sal terræ, vos aurea vasa & argentea: hîc testacea vasa vel lignea, virgam ferream, & æternũ operiuntur incendium. Quanquam igitur tui me terreat magnitudo, inuitat tamen humanitas. A sacerdote victimam salutis, à Pastore præsidium ouis flagito. Facessat inuidia. Romani culminis recedat ambitio, cum successore piscatoris, et discipulo crucis loquor: Ego nullum primum, nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est, Cathedræ Petri communioni consocior, super illam petram ædificatã ecclesiam scio. Quicunque extra hanc domũ

Hieron. ad Damas.

agnum comederit, prophanus est. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuio. Et quia pro meis facinoribus ad eam solitudinem cōmigraui, quæ Syriam iuncto Barbariæ fine disterminat: nec possū sanctū domini tot interiacentibus spacijs à sanctimonia tua semper expetere. Ideo hic collegas tuas Aegyptios confessores sequor, & sub onerarijs nauibus parua nauicula delitesco. Non noui vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinū. Quicunq; tecū non colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est, Antichristi est. Tantùm ille. Romani certè pontificis primatum nō solùm latinos patres, sed etiā Græcos detulisse, Dionysius Corinthiorū Episcopus apud Eusebiū cæsariensem testatur. siquidem Eusebius de illius epistolis differens, ait: Dionysij aūt fertur & alia ad Romanos data ad Episcopū Soterē, in qua instituta antiquitus tradita, in ecclesia Romana custodiri, libenter amplexū se his indicat verbis: A principio namq; moris est, inquit vobis fratres omnes varijs iuuare beneficijs, multisq; ecclesijs, quæ sunt per diuersa terrarū loca, cūcta quibus indigēt, destinare, singulorū quoq; necessitates in omnib. cōsolari: sed et per metalla fratribus relegatis, quæ vsus possit præbere. Hæc ab initio Romanæ ecclesiæ facere moris fuit, à patribus sibi huiuscemodi institutiōe dimissa, et semp integrè custodita. B. verò Episcopus vester Soter non solū seruauit, q̄ patres tradiderāt, sed et auxit in melius. Theodoret. etiā eandē exponit sentētiam, dùm ait. Verùm Eusebius, eiusq; cōsortes, calūnias in Athanasium factas Iulio Romano pontifici destinauerunt. Qui ecclesiasticā sequens legē, etiā ipsos

Euse. eccl. hist. lib. 4. cap. 23.

Histo. trip. li. 4. cap. 6. & 12. & 15.

Romam venire præcepit, & venerabilem Athanasiũ ad iudicium regulariter euocauit. Socrates quoque idem sentit dicens: Eusebius autem legationem misit ad Iulium Romanæ vrbis Episcopum, rogans vt contra Athanasium iudex esset. Sozomenus etiam Romani pōtificis primatum expreßè exponit, dùm ait: Cognoscens ergo Romanus episcopus crimina singulorum, & omnes Nicæno concilio concordare comperiens, eos in communionem suscepit, tanquam omnium curam gerens, propter sedis propriæ dignitatem, singulisq́ reddidit suas ecclesias, & Orientalibus scripsit episcopis, culpans quòd non rectè tractaßent viros inculpabiles, de suis ecclesijs eos expellentes, & quòd constitutiones Nicæni concilij minimè obseruarent. Quorum paucos ad certam diem sibimet adesse præcepit, vt coram eis ostenderet, iustum se super illis protulisse decretum. Et deinceps non se passurum interminatus est, nisi ab huiusmodi turbis & nouitate cessarent. Aegy pōt. epist. ad Fe lic. Pap. *AEgyptiorum quoq́ Episcopi, vt illorum epistola ad Felicem Romanum episcopum testatur, ecclesiæ primatum esse penes Romanam sedem apertè satis profitentur, dicentes: Ideò pater beatißime, quia semp antecessores nostri, & nos à vestra apostolica sancta sede auxiliũ hausimus, & nostri vos curam habere agnouimus, præfatam apostolicam & summam expetimus, iuxta canonum decreta sedem, vt inde auxilium capiamus, vnde prædecessores nostri, ordinationes & dogmata, atque subleuationes cœperunt: ad eam quoq́, quasi ad matrem recurrimus, vt eius vberibus nutriamur. Et infrà: Vos ergo,*

vt

vt semper vestræ sedi sancta consuetudo fuit, periclitantibus subuenite, oppressos roborate, tribulantibus manum porrigite, taliaq́ prohibete, & leges imponite,, vt apostolica doctrina, quæ in Deo est, citò ad victoriam iudicium perducere valeat nostrum, nosq́ apostolorum principe suffragante Petro ab imminentibus periculis liberare. Beatus etiam Chrysostomus haud dißimilem iniuriam passus, ecclesiæ Romanæ præsidium implorans, ecclesiæ primatum esse penes Romanum pontificem euidenter profitetur. Siquidem ad innocentium pontificem ait: *Verùm quia nõ satis est plangere, sed opus etiã vt cura geratur, & spectetur qua ratione, vel quo consilio grauißima illa ecclesiæ tempestas sedetur: proinde necessarium esse duximus, vt persuadeatur Demetrio, Pansophio, Pappo, & Eugonio, dominis meis venerabilibus pijsq́ Episcopis, relictis negotijs proprijs, pelago se committere, susceptaq́ longinqua peregrinatione hac, ad vestram properare charitatem, de omnibus vos manifestè docentes, quò quantotius rebus succurratur.* Et infrà: *Igitur domini maximè reuerendi & pij, quum hæc ita se habere didiceritis, studium vestrum & magnã diligentiã adhibete, quo retundatur hæc, quæ in ecclesias irrupit, iniquitas. Quippe si mos hic inualuerit, & fas erit cuiuis in alienam paraciam irrumpere, idq́ ex tantis interuallis, & eijcere quos voluerit, & auctoritate propria quæq́ pro libidine sua facere, scitote quod breui transibunt omnia, & totus orbis premetur bello nõ indicto, omnibus ab omnibus eiectis, & omnes eijcientibus.* Ecclesiæ etiam

Chrys. epi- sto. ad Iun.

primatum sic constitutum fuisse in Petro vt perpetua successione semper maneret in Romana sede, omnes sancti Romani Pontifices in suis decretis & epistolis, apertè satis testantur. Quorum testimonium non minùs ad Romanæ ecclesiæ primatum, quàm ad cætera alia religionis dogmata astruenda est idoneum. Nam si vt fidei veritatem testarentur vitæ periculũ subire, & martyres esse non timuerunt: pro Romanæ certè sedis primatu mentitos fuisse, ridiculum est. Verum quidem est, quòd non defuerunt aliqui hæretici & schismatici, qui epistolas Romanis põtificibus inscriptas, dixerunt fuisse supposititias, quas tamẽ Calvinus omniũ illorum & impudentissimus, & peruicacissimus esse illorum, quibus inscribuntur, concedẽs hæretica licentia sanctorum Patrum auctoritatem contemnit, dùm ait: Scio quàm multæ sint epistolæ, quàm multa rescripta & edicta, quibus Pontifices ipsi nihil non sibi tribuunt & constanter vendicant, fateor extare veras epistolas priscorum Pontificum, quibus sedis suæ amplitudinem, &c. Aduersus quam Caluini cæterorumq; hæreticorum impiam temeritatem, illud Ciceronis maximè militat: Quid est igitur, inquit, cur dubitandum sit, quin sint ea quæ disputaui, verissima? Si ratio mecum facit, si euenta, si populi, si nationes, si Græci, si Barbari, si maiores etiam nostri, si deniq; hoc semper ita putatum est, si summi philosophi, si Poetæ, si sapientissimi viri qui res publicas cõstituerunt, qui vrbes cõdiderunt, an dùm bestiæ loquantur expectamus? hominum consentiente auctoritate contenti non sumus? Et infrà: Quis au

Calu. ca. 8. par. 61.

Cic li. 1. de diuinat.

tum est, quem non moueat clarissimis monumentis testata, consignataq́ antiquitas? &c. Quorum tantorum Patrum auctoritatis pondere reuinctus Caluinus suum errorem media ex parte correxit, sed Papæ excæcatus inuidia circa alteram partem hallucinatur, dum ait: *Sint igitur vera illa omnia, quæ tamen illis iam extorsimus, Petrum voce Christi constitutũ fuisse vniuersæ ecclesiæ caput, ipsum honorem sibi collatum in Romana sede deposuisse, id veteris ecclesiæ auctoritate longo vsu confirmato Romanum Pontificem summam potestatem. Et infrà: Nihil istorum valere nisi Roma sit ecclesia & Episcopus, &c.* Calu.ca.8. para.67.

O ingentem impudentiam, quibus Caluine ecclesiæ primatum extorsisti? Certè non fidelibus in catholicæ ecclesiæ communione & fide perseuerantibus, sed tuis miseris sectatoribus. In isto enim articulo de veritatis via declinare, & tibimet non constare in confesso est. Nam quo tu negas Romæ esse ecclesiam, eò nullibi esse ecclesiam concedas est necessarium. Quoniam ante Lutheri infaustissimam prædicationẽ, particulares catholicæ ecclesiæ cum Romana ecclesia vnitatem spiritus in vinculo pacis colebant. Igitur aut nullibi est ecclesia, aut si alicubi est Romæ etiam reperiri necesse est, vtpote cæteræ particulares ecclesiæ Romanam ecclesiam semper obseruant. Quare cùm ab apostolorum prædicatione vsq́ ad præsentem diem sanctiores & doctiores viri Romanam sedem coluerint, Romanam ecclesiam ab antiqua fide nunquam defecisse, in confesso est.

Romanus pontifex diuina ordinatione est vniuersalis Episcopus.

Cap. 119. NEq; verò his contentus Caluinus, ecclesiastica adhuc gesta, euidenter exponentia, ecclesiæ primatum esse penes Romanum pontificem, ad deturbandam catholicæ ecclesiæ monarchiam, perperam interpretatur, dùm ait: *Venio nunc ad iurisdictionem, quam sine controuersia se habere in omnes ecclesias pontifex Romanus asserit.* Et infrà: *Cùm ergo pij externo præsidio magnopere indigerent, in Romana autem ecclesia cernerent sibi optimum esse præsidium, libenter ei deferebant, quàm plurimùm poterant auctoritatis.* Et Paulo inferiùs ait: *Hac ergo conditione erant istæ vires, ne aut Episcopus quispiam in ordinaria sua iurisdictione, aut metropolita impediretur: hoc autem quid aliud erat, quàm omni iurisdictione abstinere, sed se ad sedãdas discordias interponere, &c.* Verùm ille non rectè interpretatur huiusmodi gesta. Quandoquidem Episcopi pontificem Romanum non tantùm vt patronum, sed vt iudicem interpellarunt. Nam illi cùm iniustè fuissent è suis sedibus expulsi, prouocauerunt ad Romanum pontificem, ac implorauerunt ecclesiasticas leges. Quæ profectò illi iniustè fecissent, si ecclesiæ primatus non fuisset penes Romanum pontificem. Episcopos certè à suis sedibus expulsos, legitimè prouocasse ad Romanum põtificem, ecclesiastica historia expressis verbis exponit, cui si non est credendum, cum Cicerone optimè dicetur, Negemus omnia, combu-

Cal. cap. 8. p. 59. et 61.

Cic. de diuinat. li. 1.

ramus

ramus annales, ficta hac esse dicamus. Sed Caluinus sibijpsi in isto articulo non constat, dùm ait: Verùm id totum nihil aliud erat, nisi vt magni existimare-tur eius communio, ab ea autem excommunicari, ig nominiosum duceretur. Quod si Episcopi ignominiosum ducebant excommunicari à Romano pontifice, igitur omnes Episcopi Romanum pontificem, tanquã superiorem obseruabant. Siquidem nullus Episcopus nisi superior, potest alium episcopum excommunicare. Excommunicandi enim potestas, non priuata, sed publica est in ecclesia, vt scriptura testatur, dùm ait: Dic ecclesiæ, si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quacunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo, &c. Si igitur Romanus pontifex cæteros episcopos excommunicare potest, omnibus ille superior existat necesse est. Quod verò Episcopi, Romanum pontificem nõ tantùm vt patronum, sed vt iudicem prouocauerint, Aegyptiorum episcoporum epistola ad Felicem Papam testatur, dùm ait: Tu prophanarum hæresium, & impetitorum atq; omnium infestantium depositor, vt princeps et doctor, caputq; omnium orthodoxæ doctrinæ immaculatæ fidei existis. Igitur ne dispicias, pater, tuorum patrum pietatem, bonamq; intentionem, & sicut illi patres & prædecessores nostros à multis liberauerunt oppressionibus & angustijs, ita nos liberare digneris. Nam fuit semper vestræ sanctæ & apostolicæ sedi licentia, iniustè damnatos vel excommunicatos, potestatiue sua auctoritate restituere, & sua eis omnia reddere, & illos qui

Calu. ca. 8. para. 59.

Matt. c. 18.

Aegy. episco. epist ad Felic. Papa

eos condemnauerunt, aut excõmunicauerunt, apostolico punire priuilegio, sicut etiam nostris & anterioribus cognouimus actum temporibus. Quæ profectò verba Romanum Pontificem cæteris episcopis, & per consequens catholicæ ecclesiæ praeesse apertè satis testantur. Nam episcopi iniustè damnati, auxilij gratia frustrà confugissent ad episcopum Romanum, si penes illum non fuisset ecclesiæ primatus. Huiusmodi enim episcopi, Romanum Pontificem sibi patrocinari, non armorum: nec diuitiarum potentia, sed ecclesiastica tantùm censura flagitarunt. Vides igitur quemadmodum Romana ecclesia tunc temporis, non humana sed diuina auctoritate apud omnes ecclesias pollebat. Verùm Caluinus dùm de vniuersali appellatione differit, Romanum Pontificem eò non obtinere ecclesiæ primatum asserit, quòd illi-
Calu. ca. 8. p. 58. et 63. *us prædecessores non fuerint appellati, vniuersales episcopi. Certè, inquit, quàmdiu durauit ecclesiæ vera & pura facies, ista omnia superbiæ nomina, quibus insolescere posteà cæpit Romana sedes, prorsus erãt inaudita, priscos sanè Romanos Põtifices nõ fuisse*
Greg. li. 7. epist. 30. *appellatos vniuersales, Caluinus B. Gregorij auctoritate confirmat. Beatus enim Gregorius ait: Si aũt me vniuersalẽ Papã sanctitas vestra dicit, negat se hoc esse quod me fatetur vniuersum. Sed Caluinus soluto hæreticorũ more, B. Gregorij verba suo errori cõuenientia recipit, at discõuenientia, seu potiùs contraria suæ sententiæ reijcit. Ille enim de B. Gregorio ait: Nulla est vox in eius scriptis, qua superbiùs iactat primatus sui amplitudinẽ, quàm ista: Nescio quis episcopus non subie-*

subiectus sit sedi apostolicæ, vbi in culpa inuenitur? Beatus certè Gregorius manifestè exposuit Caluinicæterorumq́ hæreticorũ argutiunculã, sumptam ex vniuersalis appellatione esse friuolam. Nam etsi beatus Gregorius se appellari vniuersalẽ episcopum negauit, tamẽ cæteros episcopos esse subiectos Romano *Pontifici, cõstanter asseruit. Negauit sane huiusmodi episcopi vniuersalis appellationẽ, quia cùm illa vocula vniuersalis, non rectè intellecta fuisset, magis Christi ecclesiam scandalizabat, quàm ædificabat. Veruntamen ille ad retinendam in fidei synceritate religionis pacem, penes Romanum Pontificem esse ecclesiæ primatum profitetur. Qui certè primatus ad retinendam ecclesiæ vnitatem, & tollenda scandala, non episcopi vniuersalis nomine, sed catholicæ ecclesiæ episcopi appellatus fuit. Verũ quidem est, quòd vniuersalis episcopus idem est, quod catholicæ ecclesiæ episcopus, sed non omnes illius verbi vim capiunt. Nam vniuersalis episcopus tantum abest vt particulares episcopos excludat, vt potiùs illos exigat. Quemadmodum enim in naturali rerũ administratiõe, quædã causæ sunt vniuersales: quædã verò particulares. Particulares vt homo causa est hominis, & leo leonis. Vniuersales verò, vt Deus et Sol, qui non modò hominem & leonem, sed etiam cætera animalia & plantas generant. Quemadmodũ inquam, hæ vniuersales causæ, nõ eò dicantur quòd excludant particulares causas, sed quòd per causas particulares agant. Siquidem vniuersalis causa, scilicet Deus, post mundi creationem sine causis particularibus nunquam*

seu

seu potius raro operatur, & e contra particulares sine vniuersalibus, sic in ecclesiastico regimine Romanus Episcopus est vniuersalis, id est summus pontifex, non quod ille sit solus Episcopus, sed quod per Episcopos particulares catholicam ecclesiam gubernet, & particulares Episcopi sine summo pontifice, nunquam ecclesias particulares legitime administrent. Quandoquidem particularium Episcoporum iurisdictio, a summo pontifice dependet. Dependet, inquam, non tanquam a causa efficiente & principali, sed tanquam a causa ministeriali. Siquidem Christus perinde ac corporis catholicæ ecclesiæ est naturale caput & dominus, Romanus vero pontifex, tanquam Christi generalis vicarius. cæteri autem Episcopi, sub Romano pontifice sunt Christi vicarij particulares: Romanus inquam Pontifex est Christi generalis vicarius, non eo quod Romanus Episcopus, sed quia est Petri successor. Quæ profecto duo, etsi sunt distinguenda, tamen non sunt diuidenda, siquidem Episcopatus catholicæ eccclesiæ, & Romanus Episcopatus, non duo, sed vnus Episcopatus est. Sed hac differunt ratione, quod Christus in Petro Episcopatum catholicæ ecclesiæ, vt perpetua successione maneret, constituit. Petrus vero apostolatus auctoritate, qua in alijs ciuitatibus constituit particulares Episcopos, ea etiam potestate Romæ sui Episcopatus sedem statuit. Vnde beatus Petrus respectu Romanæ ecclesiæ, quam sibi elegit, particularis est Episcopus, respectu catholicæ ecclesiæ, quam illi Christus commisit administrandam (dum dixit, Pasce oues meas) est vniuersalis Episcopus, id

est

est catholicæ ecclesiæ summus pontifex. De Episcopatus ordine, & particulari Episcopatu loquitur beatus Hieronymus, dùm ait: Vbicunq; fuerit Episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue cõstantinopoli, siue Rhegij, siue Alexandriæ, siue Tanis, eiusdem meriti, eiusdem est & sacerdotij. De vniuersali verò Episcopatu, id est, de Episcopatu catholicæ ecclesiæ, in alio loco inquit: Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate pendet, cui si non exors quædam & ab omnibus eminens detur potestas, tot in ecclesijs efficientur schismata, quot sacerdotes. Papa quidem Romanam ecclesiam per se administrandam, cæteras verò ecclesias, per particulares Episcopos regendas suscepit. Administrandi enim per se Romanam ecclesiam, ea ratione conuenit Papæ, qua est Romanus Episcopus. Qui modus administrandi, etiam singulis Episcopis competit. Quandoquidem quilibet Episcopus per se particularem ecclesiam suscipit administrandam. Modus verò per alios administrandi ecclesiam soli vniuersali Episcopo, id est, catholicæ ecclesiæ põtifici competit. Siquidem vniuersalis causa est, quæ per particulares causas attingit effectum, vt Sol per agriculturam fruges, & per maris & fœminæ copulam animalia generat: particularis verò causa est, quæ per se attingit effectum, vt homo hominem, leo leonem procreat. Simili modo Papa est vniuersalis Episcopus, quia per singulos Episcopos particulares ecclesias gubernat, quamuis Papa in gubernanda Romana ecclesia est particularis Episcopus, vt cæteri etiam sunt particulares. Quare etsi in Petro Christus constitu-

Hieron. ad Euag.

Aduer. Luciferum.

constituit ecclesiæ primatum, vt perpetua successione semper maneret, & Romanus episcopus in huiusmodi primatu est Petri successor, & per consequens vniuersalis episcopus, id est, catholicæ ecclesiæ episcopus: tamen non ideò in catholica ecclesia solus Papa est episcopus, nec vnius ecclesiæ sunt plures episcopi, sed vniuersalis ecclesiæ tantùm est vnus episcopus, & singulæ particulares ecclesiæ habent singulos episcopos. Sicut enim Deus, sol & Abraham genuerunt Ismael & Isaac, & tamen solus Abraham illorum est naturalis pater: ita etsi Papa & Parisiensis episcopus administrant Parisiensem ecclesiã, non ideò Pariensis ecclesiæ sunt duo episcopi: siquidem Parisiensis ecclesiæ Papa non particularis, sed vniuersalis est Episcopus.

Romanus pôtifex non in ordinis, sed in iurisdictionis potestate dei ordinatione cæteris episcopis est superior.

Cap. 120. *Beato enim Petro illiusq́; successoribus Romanis Pontificibus per alios episcopos vniuersalis ecclesia administranda à Christo fuit commissa. Nam Christus non solùm Petrum constituit apostolum, sed etiam alios vndecim cum illo: singuli etiam apostoli non modo singulos, sed etiam plures episcopos per diuersa loca constituerunt. Quam sententiam beatus Bernardus ad Eugenium Romanum pontificem scribens, euidenter exponit dùm ait: Erras, si vt summam ita & solam institutam à Deo vestram apostolicam potestatem existimas: Si hoc sentis, dissentis ab eo, qui ait: Non est potestas nisi à Deo. Proinde*

Berna. de cõsil. li. 3.

inde quod sequitur: qui potestatati resistit, dei ordinationi resistit. etsi principaliter pro te facit, non tamen singulariter. Deniq; idem ait: omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non ait, sublimiori, tanquam in vno, sed sublimioribus tanquam in multis. Non ergo tua sola potestas à domino, sunt et mediocres, sunt et inferiores. Vnde etsi in catholica ecclesia penes Romanũ põtificẽ esse ecclesiæ primatũ oportet, tamen in plures alios esse episcopatus ordinem est necessarium. Vtpote plures episcopos esse in catholica ecclesia Christus constituit, & apostoli tradiderunt. Sic igitur totius ecclesiæ cura commissa fuit vni Papæ, vt singulis episcopis cõmissa etiam fuerit pars solicitudinis, vt tanquã vnius corporis membra haberent sub vno capite varia officia. Episcoporũ etiã frequentia per diuersa loca ad retinendã ecclesiasticam disciplinam est necessaria. Quandoquidẽ in omnibus episcopis non varius, sed vnus est episcopatus, id est, idẽ ordinis sacramentũ, & ad idẽ munus omnes episcopi sunt vocati. Vni quidẽ episcopo tanq̃ capiti sic catholicæ ecclesiæ curã fuisse iniunctã, vt singulis episcopis solicitudinis pars cõmissa fuerit, B. Cypri. exponit dicens: Et quamuis apostolis omnibus post resurrectionẽ suã parẽ potestatẽ tribuat et dicat: Sicut misit me Pater et ego mitto vos, accipite spiritũ san. Si cui remiseritis peccata, remittẽtur illi: si cui tenueritis, tenebũtur: tamẽ vt vnitatẽ manifestaret, vnitatis eiusdẽ originẽ, ab vno incipiẽtẽ sua autoritate disposuit. Hoc erãt vtiq; et cæteri apostoli, q̃ fuit Petrus, pari cõsortio p̃diti, et honoris et potestatis, sed exordiũ ab vnitate proficis- Cypria. de simp. prel.

proficiscitur, vt ecclesia vna monstretur. Quæ verba ad Papæ vniuersalem Episcpopatum pertinent. De particularibus verò Episcopis sub vniuersali Episcopo, post pauca subdidit dicens: Quam vnitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maximè Episcopi qui in ecclesia præsidemus, vt Episcopatum quoq; ipsum vnum atq; indiuisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida præuaricatione corrumpat. Episcopatus vnus est, cuius à singulis insolidum pars tenetur. Ad retinendum igitur in fidei synceritate catholicæ ecclesiæ vnitatem vnus Episcopatus, & plures episcopi sunt necessarij. Vnus inquam episcopatus in beato Petro, & in successoribus eius, vt perpetuò maneret, fuit à Christo constitutus, id est episcopatus catholicæ ecclesiæ, cuius Episcopatus singuli episcopi partem tenent. Siquidem Papæ episcopatus eiusdem muneris est, cũ episcepatu cæterorum episcoporum, vt beatus Hieronymus apertè testatur, dicens: Vbicunq; fuerit episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rhegij, siue Alexandriæ, siue Tanis: eiusdem meriti, eiusdem est & sacerdotij. Potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, vel sublimiorem, vel inferiorem episcopum facit. Cæterùm omnes apostolorum successores sunt. Quod si in ordine episcopatus, id est in ordinis potestate, vt theologi loquuntur, inter Papam & cæteros episcopos nullum est discrimen, quandoquidem illorum omnium est vnus episcopatus, tamen in iurisdictionis potestate Papa est cæteris superior, quia ecclesiæ primatum obtinet. Quæ certè

Hieron. ad Euge.

certè potestas collata ad singulorum episcoporum potestatem reperitur maior. Siquidem singuli episcopi habent sub se particulares ecclesias, Papa verò est Pastor catholicæ ecclesiæ. Vt beatus Ambrosius dißerẽs illud Pauli, vt scias quemadmodum oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei viui, exponit dicens: Vt cùm totus mundus dei sit, ecclesia tamen domus eius dicatur, cuius hodie rector est Damasus. Amb. 1. ad Tit c. 3. *Papæ sanè iurisdictionem eße maiorem, quàm cæterorum episcoporum, beatus Bernardus exponit, dicens: Romana ecclesia valde clemens est, sed nihilominus potens, fidele consilium & omni acceptione dignum, noli abuti clementia, ne potentia opprimaris. Sed dicit aliquis, debitam ei reuerentiam exhibebo, & nihil amplius: esto, fac quod dicis: quia si exhibeas debitam, & omnimodam. Plenitudo siquidem potestatis super vniuersas orbis ecclesias singulari prærogatiua apostolicæ sedi donata est: qui igitur huic potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Potest si vtile iudicauerit nouos ordinare episcopatus, vbi hactenus non fuerunt: potest eos qui sunt, alios deprimere, alios sublimare, prout ratio sibi dictauerit, ita vt de episcopis creare archiepiscopos liceat, & è conuerso, si neceße visum fuerit. Potest à finibus terræ sublimes quascunque personas euocare, & cogere ad suam præsentiam, non semel aut bis, sed quoties expedire videbit. Porrò in promptu est, ei omnem vlcisci inobedientiam, si quis fortè reluctari conatus fuerit. Igitur etsi episcopatus munus à Deo fuit constitutum, tamẽ episcopatuum distributio, ab apostolis tantùm, &* Bern. epistola 131.

Romano Pontifice facta fuit, quæ distributio à summo Pontifice variari potest, si expedierit. In primitiua quidem ecclesia facta episcatuum distributione, singulos episcopos in suo episcopatu omnimodam potestatem habuisse, Cyprianus apertè satis testatur, dùm ait: Episcopatus vnus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Tunc enim temporis Romanus Pontifex religionis nullam causam aduocabat, nullusq; ad Romanum Pontificem prouocabat. At postquàm fidei synceritas impugnari & morum disciplina corrumpi cœpit, Romanus Pontifex Petri successor, cui catholicæ ecclesiæ cura à deo cõmissa est, ad retinendam fidei synceritatem, et disciplinæ rectitudinem, quasdam causas aduocauit. Papa quidem iuxta personarum et causarum varietatẽ modò pauciores, modò plures causas vt æqui & boni ratio exigebat, aduocauit. Siquidem apostolis et Papæ tam commissa fuit causarũ aduocatio, quàm episcopatuũ distributio. Quemadmodũ enim diuina scriptura, etsi definitè præcipit obedire magistratibus, tamẽ quæ sunt magistratus, et quæ sunt ciuilia statuta, determinatè non explicat. Siquidem ciuilium magistratuũ et statutorum determinatio, non à diuinis oraculis, sed à Republica petenda est, ita diuina scriptura in beato Petro constitutum fuisse à Christo ecclesiæ primatum, vt perpetua successione maneret, et episcopis obtemperandum esse, determinatè docet: sed de distribuendis episcopatibus, de aduocandis causis, de prouocando ad Romanũ Pontificẽ, et de cæteris ecclesiasticis negotijs dispensandis, definitè sacra scriptura

Cypria. de simp. prel.

ptura nihil docet, sed illorum determinatio ab ecclesiastica traditione petenda est. Vnde cùm penes Romanū Pontificem sit ecclesiæ primatus, ad illum pertinet in distribuendis episcopatibus, in aduocandis causis, & in cæteris ecclesiasticis negotijs modū statuere. Verùm sectarij huiusmodi ecclesiasticā administrationē, ad Romani Pontificis deturbandū primatū, damnant omninò. Caluinus enim ait: Ordinari episcopos à suis metropolitis iubent omnes veteres synodi: nusquā aduocari Romanū episcopum iubent, nisi in sua Patriarchia. Verū quidē est, quòd olim episcopi à metropolitis cōfirmabantur, sed illud officiū à metropolitis translatū fuisse in Romanum Pontificem, ad ecclesiæ retinēdam vnitatem, Caluinus ipse testatur, dùm ait Gregorij tempore. Et infrà: Quo in tanta rerū ciuiliū conuulsione fidei saltem integritas maneret, aut certè nō prorsus interiret, omnes vndiq; episcopi se ad Romanū Pontificem magis adiunxerunt, eò factū est, vt sedis non modo dignitas, sed etiam potentia vehementer cresceret. Papa quidē primatus, dignitas & potentia cùm nō sit ab hominibus, sed à deo cōstituta, non fuit maior post Gregorij tēpora, quàm anteà, etsi Papa post Gregorij tempora magis executus sit suam potestatem. Siquidē potestatis executio perinde ac cæteræ virtutes vt sit legitima, in medio consistit. Quod nimirum medium, non à Luthero, non à Caluino: nec à cæteris hæreticis et schismaticis, sed à Papa et episcopis in catholicæ ecclesiæ cōmunione et fide perseuerātibus perscribendū est. Patres quidē tum in prouincialibus concilijs, tū in generalibus de prouocādo

Calu ca. 8. para. 60.

Et 62.

ad Papam, & de aduocandis causis, & cæteris similibus negotijs leges constituerunt. Siquidem etsi quo Papa ecclesiæ primatum diuina constitutione obtinet, eò ad illum prouocare licet, & ille aduocare causas potest, tamen quales quales causas aduocare, & in negotio quodlibet ad Papam prouocare tantùm abest vt expediat, vt potiùs contra æquitatē sit. Quare ad retinendam catholicæ ecclesiæ communionem, & fidei synceritatem, & morum disciplinam, necessarium fuit, præscribere modum obseruādum in prouocando ad Papam, & in aduocandis causis. De huiusmodi enim negotijs constitutum fuisse in Niceno concilio, manifestum est. Siquidem illius concilij au-ctoritate innixi Aegyptiorum episcopi ad Felicem Papam prouocarunt, vt illorum epistola testatur, dicēs: Similiter & à supradictis patribus est definitum consonanter, vt si quisquam episcoporum metropolitanorum, aut comprouinciales, vel iudices suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam interpellet sedē, cui ab ipso Domino potestas ligandi ac soluendi speciali est priuilegio super alios concessa, ipsa enim firmamentum à Deo fixum et immobile percepit: quoniam ipsam formam vniuersorum titulorum lucidissimam Dominus Iesus Christus vestram apostolicam constituit sedem: ipsa est enim sacer vertex, in quo omnes vertuntur, sustentantur, reuelantur.

Epi. Aegy. ad Fel. Pa.

Lex de prouocando ad Romanum pōtificem, apostolica est traditio.

Prouocā-

Cap. 121.

PRouocandi quidem ad summum Pontificem ecclesiasticum statutũ Caluinus modò approbat, modò reprobat. Siquidem pios episcopos ad Papam iustè prouocasse asserit, dicens: Ita factum est, vt pij episcopi sedibus suis pulsis, illuc se veluti in asylum aut portum quendam sæpe reciperent. Eandem sententiam infrà confirmans, ait: Cùm ergo pij externo præsidio magnopere indigerent, in Romana autem ecclesia cernerent sibi optimum esse præsidium, libenter ei deferebant quàm plurimùm poterant, auctoritatis. At in impijs huiusmodi appellandi legenrdam nat, dùm ibidem ait: Posteà mali & improbi multũ ipsi quoq; addiderunt. Nam vt legitima iudicia effugerent, ad hoc asylum se conferebant. Quæ improbitas coëgit Aphricanos episcopos sancire, ne quis sub pœna excommunicationis vltra mare prouocaret. Verũ quidem est, improbos homines iniquè vti iustis legibus, sed ppter abusum lex iusta nõ abrogatur. Præcipuè cùm appellandi lex sit vniuersalis, comprehendatq; probos ac improbos homines, nec improbi implorantes huiusmodi legem legitima iudicia effugiunt, sed potiùs seueriora incurrunt. Quandoquidem lex de prouocando ad superiorem iudicem, tantùm abest, constituta vt fuerit quo peccata maneant impunita, vt potiùs per illam seueriùs scelera puniantur. Vnde prouocandi lex ob quorundam improbitatem non est irritanda: siquidem abrogata appellandi lege, iudicum improbitas ac tyrannus augetur. Neque Aphricani episcopi illam legem abrogare potuerunt. Siquidem prouocandi ad summum Pontificem

Cal cap. 8. p. 56. et 59.

 tificem

tificem lex in Nicano concilio fuit constituta. Quod
Calu.ca.8. par. 60. *tamen sectarij cum Aphricanis episcopis constanter negant. Caluinus enim de Romano pontifice illam legem aduersus Aphricanos episcopos allegante ait: Qua in re flagitiosa ipsius Romanis Pontificis impudentia apparuit, nam cum fraude Sardicensem synodum pro Nicana supposuisset turpiter in manifesta falsitate deprehensus est, sed maior etiam nunc & impudentior fuit eorum nequitia, qui fictitiam epistolam ad concilium addiderunt, &c. Quibus quidem verbis Caluini mala mens, & malus animus deprehenditur. Siquidem non est fraus aliam synodum pro alia supponere, si ambae sunt approbatae, quales sunt Nicana synodus & Sardicensis. Sicut etiam non est fraus allegare Pauli epistolam ad Romanos pro epistola ad Corinthios, maximè si eadem sententia vtrobiq; reperitur. Huiusmodi factum fuisse de lege prouocandi aduersus Papam, non est dubium. Nam Ariani post*
Epist. Aegyp pon. *Nicani concilij celebrationem (cum potentiores quàm anteà fuissent) illius celebratissimi concilij decreta in tota orientali ecclesia combußerunt, vt beatus Athanasius cum Aegyptiorum episcopis ad beatum Marcum Pontificem scribens, exponit dicens: Sancto & apostolici culminis venerando Domino Marco sanctae Romanae & apostolicae sedis atque vniuersalis ecclesiae Papae, Athanasius & vniuersi Aegyptiorum episcopi ad vos peruenisse non dubitamus, quanta & qualia ab haereticis, & maximè ab Arrianis quotidie patimur, quoniam in*

tantum

tantum ab eis persequimur, vt etiam viuere nos tadeat. Nam instanti tempore subitò & insperatè in nos irruentes, nosq́ iuxta praceptum domini, qui ait: Si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam: fugiendo propter cladem populi declinantes, nos comprehendere non valuerunt, sed omnia nostra depopulati sunt: in tantum enim nostra vastauerunt, vt nec libros, nec vestimenta ecclesiastica, aliaq́ue ornamenta, nec reliqua vtensilia nobis dimitterent. Libros verò nostros vsque ad minimum incendentes, nec iota vnum relinquentes propter veritatis fidem Nicanam synodum, qua clerus & populus imbuebatur, & maximè iam imbuti erant, in contumeliam nostram, & omnium christianorum incenderunt. Cum igitur Nicani concilij decreta hareticorum prauitate combusta fuissent, & Patres in Sardicensi concilio congregatos hoc non latuisset, illius concilij quadam decreta secundò constituêre. Quod & in alijs concilijs factitatum fuisse conciliorum decreta pra se ferunt. Siquidem Arelatense secundum concilium ex Nicani concilij decretis nonnulla statuit denuò. Verùmenimuerò in Nicano concilio fuisse constitutam legem de prouocando ad Romanum episcopum compertum est. Siquidem illius concilij septuaginta fuisse capita, beatus Athanasius qui Nicano concilio interfuit ad Marcum Papam scribens, euidenter testatur, dicẽs: *Quapropter precamur pater beatissimè, quia non dubitamus apud vos plenaria esse Nicani cõcilij exemplaria, vt nobis illa qua sancta recorda-* Epist. Aegyp. pont.

tionis prædecessores vestri Syluestri fuerunt, sub tuta mittatis stipulatione. Nam quando prædicta synodo cum beatæ memoriæ Alexandro digno Deo Pontifice nostro, id est, Alexandriæ magnæ ciuitatis episcopo in diaconatus interfuimus officio, sub nostra præsentia testimonio, per beatos viros Victorē et Vincentium presbyteros, apostolicæ sedis apocrisarios, missa sunt prædicto Papæ Syluestro, cum adstipulatione subnexa: capitula septuaginta. Eandem sententiam beatus Marcus Papa rescribens Athanasio & Aegyptiorum episcopis, apertè satis confirmat, dicens: His ita peractis diligenter requirentes, in sancto nostræ et apostolicæ sedis scrinio eodem, quæ sanctæ recordationis prædecessori meo Syluestro sunt directa, septuaginta (vt significastis) capitula illæsa inuenimus. Ipsa enim vobis propter auctoritatem & subscriptionem tantorum patrum, & eius magni concilij minimè misimus, sed per eadem coram apocrisarijs vestris alia similia eundem numerum eademq́ verba, & ipsam subscriptionem continentia, vobis rescribere, & sub certa stipulatione & confirmatione mittere curauimus. Beatus etiam Iulius Papa Orientales episcopos, qui Athanasium damnauerunt, arguens, illam sententiam mirificè exponit, dicens: Tales insidiatores, spiritu præuidentes sancti Patres in Nicæa congregati, leges statuerunt, quas nos canones appellamus, ne facilè probi ab improbis damnarentur. E quibus nonnullas sententias hic inseri iudicauimus, vt tantorum patrum auctoritate nostra roboraretur epistola, atq; omnes

Epist. Mar. Pap. ad Athana.

Epist. Iulij Pa ad Orient. episc.

Orienta

Orientales, siue reliquarum partium episcopi, hac audientes in tantam foueam non incidant, ne dam nationem à patribus decretam percipiant. Sequuntur enim ex prædicto concilio Nicano capitula, id est XVIII. XIX. XXI. XXIII. XXVI. XXVII. XXVIII. XXXIII. XLI. & V. VIIq;. & VIII. ac LI. LII. LIII. LIIII. LV. LVII. LVIII. LIX. LX. LXI. LXII. LXIII. LXVII. Et omnes episcopi, qui in quibusdam grauioribus pulsantur, vel criminantur causis, quoties necessum fuerit, liberè apostolicam appellent sedem, atq; ad eam quasi ad matrem confugiant, vt ab ea, sicut semper fuit, piè fulciantur, defendantur & liberentur. Ecce Caluine lex de prouocando ad Papam annumerata est, inter Nicani concilij decreta. Illã certè legẽ esse apostolicã traditionẽ, Anacletus euidenter exponit, dicẽs: Quòd si difficiliores ortæ fuerint quæstiones, aut episcoporum vel maiorũ maiora iudicia, aut maiores causæ fuerint, ad sedem apostolicam (si appellatum fuerit) referantur, quoniam apostoli hoc statuerunt iussione saluatoris, vt maiores & difficiliores quæstiones, semper ad sedem deferantur apostolicam, super quã Christus vniuersam construxit ecclesiam: dicente ipso ad beatum principem apostolorum Petrum: Tu es inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Athanasio certe, Marco, Iulio, & cæteris Romanis Pontificibus magis quàm Caluino, & suis collegis de hoc articulo habenda est fides. Quare in Carthaginensi concilio Romani Pontificis legati non supposuêre Sardicensem synodum pro Nicana,

Anaclet. episto. 1.

sed allegarunt Nicani concilij autentica exẽplaria. Quæ etsi Arrianorum persecutione in orientalibus ecclesiis fuerunt combusta, tamen in Romana ecclesia fuerunt conseruata. Nec Aphricani episcopi pertinaciter restiterunt Papæ. Quandoquidem appellandi ad Papam lex & consuetudo, semper obtinuit apud catholicam ecclesiam, nedum apud Aphricanam; vt beatus Augustinus aduersus Donatistas, qui inconsulto Romano Pontifice Cæcilianum Carthaginensem episcopum damnarunt, apertè satis exponit, dicens: Tanto magis enim timere debuit, ne pax vnitatis violaretur, quantò erat Carthago ciuitas ampla & illustris, vnde se per totum Aphricæ corpus malũ, quod ibi esset exortum tanquam à vertice effunderet. Erat etiam transmarinis vicina regionibus, & fama celeberrima nobilis: vnde non mediocris vtiq; auctoritatis habebat episcopum, qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cùm se videret & Romanæ ecclesiæ, in qua semper apostolicæ Cathedræ viguit principatus, & cæteris terris. Vnde euangelium ad ipsam Aphricam venit, per communicatorias literas esse coniunctum, vbi paratus esset causam suam dicere, si aduersarij eius ab eo illas ecclesias alienare conarentur. Verùm aduersus appellandi legitimam legem Caluinus ait: Multi sæpe Romanum Pontificem appellarunt. Et infrà: Sed semper fuit derisui quoties suos fines excessit. Papam sanè fuisse derisum ab hæreticis & schismaticis non est mirum, quandoquidem Deus ipse deridetur à malis hominibus

Aug. epist. 1. 62.

Calu. ca. 8 par. 60.

nibus, sed non quo Papa irridetur ab huiusmodi hominibus, eò Papæ primatus est irritus. Nam quemadmodum prauorum hominum consuetudo, seu potiùs abusus furandi diuinam legem, de non furando nunquam abrogabit, sic hæreticorum et schismaticorum inobedientia Papæ primatum non deturbabit, cùm ecclesiæ primatus nō ab hominibus, sed à deo sit constitutus. Quod enim Papa circa hæreticos & schismaticos aliquando non fuerit vsus suprema potestate, non propter defectū potestatis, sed propter pertinaciā illorū destitit, vt Dei verbū expresse exponit, dicēs: Quod si nō audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus, &c. Sicut enim in Republica seditiosorum inobedientia, non abrogat magistratuum potestatem: sic schismaticorum & hæreticorum pertinacia & rebellio Papæ primatum irritum non facit. Inter Papæ enim & cæterorum episcoporum auctoritatem hoc interest, quod cæterorum episcoporum iurisdictionis potestas ecclesiasticis constitutionibus finitur: Papæ verò potestas non est alligata huiusmodi statutis. Non est alligata, inquam, ecclesiasticis constitutionibus, non quòd omninò sit ab æquitate absoluta, sed quod præter, aut potiùs supra ecclesiastica statuta, si ratio boni & æqui postulauerit, potest aliquas causas determinare. Huiusmodi enim administrandi modus tantū abest, vt sit iniustus, vt potiùs iusto sit melior, vt Aristot. sapientissimè exponit, dicens: Nam æquū & bonum iustum est, & est aliquo iusto melius, et non vt aliquod aliud genus melius est ipso iusto. Idē est ergo iustū, atq; æquū et bonū.

Matt. c. 18.

Arist. ethi. lib. 5. c. 10.

Et

sed allegarunt Nicæni concilij autentica exẽplaria. Quæ etsi Arrianorum persecutione in orientalibus ecclesijs fuerunt combusta, tamen in Romana ecclesia fuerunt conseruata. Nec Aphricani episcopi pertinaciter restiterunt Papæ. Quandoquidem appellandi ad Papam lex & consuetudo, semper obtinuit apud catholicam ecclesiam, nedum apud Aphricanam; vt beatus Augustinus aduersus Donatistas, qui inconsulto Romano Pontifice Cæcilianum Carthaginensem episcopum damnarunt, apertè satis exponit, dicens: Tantò magis enim timere debuit, ne pax vnitatis violaretur, quantò erat Carthago ciuitas ampla & illustris, vnde se per totum Aphricæ corpus malũ, quod ibi esset exortum tanquam à vertice effunderet. Erat etiam transmarinis vicina regionibus, & fama celeberrima nobilis: vnde non mediocris vtiq; auctoritatis habebat episcopum, qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cùm se videret & Romanæ ecclesiæ, in qua semper apostolicæ Cathedræ viguit principatus, & cæteris terris. Vnde euangelium ad ipsam Aphricam venit, per communicatorias literas esse coniunctum, vbi paratus esset causam suam dicere, si aduersarij eius ab eo illas ecclesias alienare conarentur. Verùm aduersus appellandi legitimam legem Caluinus ait: Multi sæpe Romanum Pontificem appellarunt. Et infrà: Sed semper fuit derisus quoties suos fines excessit. Papam sanè fuisse derisum ab hæreticis & schismaticis non est mirum, quandoquidem Deus ipse deridetur à malis hominibus

Aug. epist. 1. 62.

Calu. ca. 8 par. 60.

nibus, sed non quo Papa irridetur ab huiusmodi hominibus, eò Papæ primatus est irritus. Nam quemadmodum prauorum hominum consuetudo, seu potiùs abusus furandi diuinam legem, de non furando nunquam abrogabit, sic hæreticorum et schismaticorum inobedientia Papæ primatum non deturbabit, cùm ecclesiæ primatus nō ab hominibus, sed à deo sit constitutus. Quod enim Papa circa hæreticos & schismaticos aliquando non fuerit vsus suprema potestate, non propter defectũ potestatis, sed propter pertinaciã illorũ destitit, vt Dei verbũ expresse exponit, dicẽs: Quod si nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus, &c. Matt.c.18. *Sicut enim in Republica seditiosorum inobedientia, non abrogat magistratuum potestatem, sic schismaticorum & hæreticorum pertinacia & rebellio Papæ primatum irritum non facit. Inter Papæ enim & cæterorum episcoporum auctoritatem hoc interest, quod cæterorum episcoporum iurisdictionis potestas ecclesiasticis constitutionibus finitur: Papæ verò potestas non est alligata huiusmodi statutis. Non est alligata, inquam, ecclesiasticis constitutionibus, non quòd omninò sit ab æquitate absoluta, sed quod præter, aut potiùs supra ecclesiastica statuta, si ratio boni & æqui postulauerit, potest aliquas causas determinare. Huiusmodi enim administrandi modus tantũ abest, vt sit iniustus, vt potiùs iusto sit melior, vt Aristot. sapientissimè exponit, dicens: Nam æquũ & bonum iustum est, & est aliquo iusto melius, et non vt aliquod aliud genus melius est ipso iusto. Idẽ est ergo iustũ, atq; æquũ et bonũ.* Arist. ethi. lib. 5. c. 10.

Et

Et vtrunq; quidem dubitatio, quia æquum & bonũ iustum quidem est, non autem lege, sed emendatio legitimi iusti. Causa autem est, quia lex quidem omnis vniuersalis est, fieri autem non potest, vt de quibusdam vniuersaliter rectè dicatur. In quibus igitur vniuersaliter quidem dicere necesse est, fieri autem nõ potest, vt rectè dicatur: in ijs lex id accipit, quod fit plerunq; non ignorans peccatum. Et est nihilominùs recta: peccatum enim non est in lege, nec in Legislatore, sed in ipsa rei natura. Continuò namq; rerum earum quæ sub actionem cadunt, materia talis est. Cùm igitur lex quidem vniuersaliter loquitur, in his aũt præter vniuersale quippiã accidit, tum rectè sese habet, vt ea parte qua legislator omisit atq; peccauit absolutè locutus, emẽdetur defectus. Quod & ipse legislator si adesset, hoc modo dixisset: et si sciuisset, iubentẽ legẽ tulisset. Quaꝑpter iustũ quidẽ est, & præstabiliùs aliquo iusto, nõ tamen simpliciter iusto, sed eo quòd peccat, ꝑpterea quòd simpliciter dictum est. Atq; hæc est natura ipsius æqui & boni, emẽdatio legis, ea ex parte qua deficit ob vniuersale. Hæc enim est causa, & vt non omnia sint lege, quia de quibusdam impossibile est ponere legem: tantum ille. Deniq; iustum est, quod fit secundum perscriptam legem, æquum verò quod fit secundum legis emendationẽ. Verùm ecclesiasticæ legis emendatio non ad quemcunq; episcopum, sed ad summum Pontificem pertinet. Quare plenitudo potestatis Papæ non ecclesiasticis statutis, sed æquitate finitur. Vnde Papa quando æqui et boni ratio exigit, non modò præter ecclesiasti

ca statuta, sed etiam præter ordinarios episcopos particulares ecclesias potest administrare. Nempe per se, aut per legatos siue commissarios ecclesiasticas causas definire potest. Quandoquidem huiusmodi administrationẽ, iustitia æquitas aliquando requirit.

Romanæ sedis primatus assertores & vindices, non modò Christiani, sed etiam pagani imperatores extiterunt. Cap. 122.

Catholicæ quidem ecclesiæ primatum esse penes Romanum pontificem, non modò Pastores & doctores in catholicæ ecclesiæ communione & fide perseuerantẽ concorditer professi fuére, sed etiam religiosi principes asseruerunt. Piorum enim principum non solùm reipublicæ pacem, sed etiam catholicæ ecclesiæ vnitatem, in vinculo pacis retinere interest. Vt beatus Augustinus sapientissimè exponit, dicens: Quomodo autem reges domino seruiunt in timore, nisi ea quæ contra iussa domini fiunt, religiosa seueritate prohibendo atque plectendo? Aliter enim seruit quia homo est, aliter quia etiam rex est. Quia homo est, ei seruit viuendo fideliter: quia verò etiam rex est, seruit leges iusta præcipientes, et cõtraria prohibentes, conueniente vigore sanciendo. Et infrà: In hoc ergo seruiunt domino reges, in quantum sunt reges, cùm ea faciunt ad seruiendum illi, quæ non possunt facere nisi reges. Cùm itaque nondum reges domino seruirent temporibus apostolorum, sed adhuc meditarentur inania aduersus August. epist. 50.

uersus Deum & aduersus Christum eius, vt prophetarum prædicta omnia complerentur, non vtiq; tunc possent impietates legibus prohiberi, sed potius exerceri. Sic enim ordo temporum voluebatur, vt & Iudæi occiderent prædicatores Christi, putantes se officium Deo facere, sicut prædixerat Christus, & gentes fremerent aduersus Christianos, & omnis potentia martyrum vinceret. Posteà verò quàm cæpit impleri quod scriptum est. Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient illi: quis mente sobrius regibus dicat: Nolite curare in regno vestro, à quo tueatur vel oppugnetur ecclesia domini vestri, non ad vos pertineat in regno vestro, quis velit esse siue religiosus siue sacrilegus, quibus dici non potest, non ad vos pertineat in regno vestro, quis velit pudicus esse, quis impudicus. Cur enim cum datum sit diuinitus homini liberum arbitrium, adulteria legibus puniantur, & sacrilegia permittantur? An fidem non seruare, leuius est animam Deo, quam fœminã viro? Quibus profectò verbis potestatem compellendi hæreticos, & schismaticos, ad tenendam Catholicæ ecclesiæ communionẽ & fidem esse penes principes, apertè satis significatur. Princeps certè qui in Republica Catholicæ Ecclesiæ communionem & fidem retinere vult cũ suis subditis, Romanum pontificem obseruet eiusq; cõmunionem colat oportet. Siquidẽ ad Catholicæ ecclesiæ cõmunionẽ & fidem retinẽdã, oẽs fideles summo põtifici obedire est necessariũ. Quare Christiani principes de obediendo in religionis causis Romano Pon-

Pontifici leges siue decreta condiderunt. Verum sectarij vt Papæ primatum deturbent, religiosorum principum pia officia erga ecclesiam perperam interpratantur. Caluinus enim ait: Tandē Phocas nescio qua de causa Romanis amicitior Bonifacio tertio concessit, quod minime postulabat Gregorius, vt Roma caput esset omnium ecclesiarum. Infrà etiam, inquit. Nam cum Zacharias Pontifex Romanus Pepino adiutor fuisset, hoc mercedis tulit, vt in Ecclesias Gallicanas iurisdictionem haberet sedes Romana. Quibus profectò locis, ille Papæ primatum non à Christo, sed ab hominibus fuisse constitutum euidenter significat, cuius certè erroris Erasmus seminarium reliquit, dicens. Nam hæc Romani Pontificis monarchia, post Hieronymi sæculum exorta est. Sed illorum sententiam esse falsam in confesso est. Nam sicut Nabuchodonosor condendo legem de non blasphemando verò Deo non constituit verum Deum, ita imperator de obediendo Romano pontifice, ferendo legem non constituit Papæ primatum. Imperatores certè schismaticis, hæreticis, cunctísque fidelibus obedire Romano pontifici præceperunt. Hoc autem non fuit constituere Romanum pontificem caput Ecclesiarum, sed schismaticos & hæreticos publica potestate compellere ad obtemperandum Papæ. Igitur non quo Phocas tulit legem de Romani Pontificis primatu, eo Romanus Pontifex obtinet Catholicæ Ecclesiæ primatum, sed potius Phocas cæteríque pij Imperatores de Romani Pontificis primatu tu-

Calu. ca. 8. p. 58. et 63.

Eras. in cō sil. epist. ad Damas. Hier. tom. 2. Dan. c. 3.

& occidentis episcopos, ob quasdam ecclesiarum dissensiones Romam imperiales literæ cõtraxissent, etc. Erasm. in Schol.
Quæ verba Erasmus (Constantini deridens donationem, cuius illic nulla sit mentio) deprauat, dum ait: Mirum est, ætate diui Hieronymi tantam etiamnum imperatorum auctoritatem fuisse Romæ, vt illorum literis orientis atq; occidentis episcopi Romam contraherentur, ac non potiùs Romani Pontificis, præsertim cùm Constantinus, iam Syluestro cessisset imperium, si vera est fama. Sed ille non modo circa humana gesta, sed etiam circa religionis dogmata hallucinatus fuit. Siquidem ad contrahendos Romam orientis & occidentis episcopos non in Romana vrbe, sed in oriente & occidente imperatorem habere auctoritatem fuit necessarium. Imperator enim Carolus Quintus non Gallos, sed Germanos & Hispanos episcopos Tridentum sub Papa Iulio tertio contraxit, vtpote ille non in Gallia, sed in Germania & Hispania auctoritatem habuit. Gallorum autem rex Gallicanos episcopos sub Papa Pio quarto contraxit Tridentum, sed ille non Tridenti, sed Galliæ auctoritatem habuit. Igitur non quò imperator episcopos contraxit Romam, eò Romæ habuit auctoritatem. Hæc à me dicta sint, non quòd Constantini donationem aut asseram aut negem, sed quo pius lector Erasmianorum annotationum venenum caueat. Siquidem ille, cùm ex beati Hieronymi verbis euidenter collegißet, imperatorem Romanæ sedis primatus fuisse assertorem, huiusmodi primatum non à Deo, sed ab hominibus fuisse constitutum asserit, dùm ait: Sed in

alia quadã epiſtola teſtatus eſt (ſcilicet Hieron.) olim omnes epiſcopos inter ſe fuiſſe æquales. Sed ille miſerè fallitur, quoniam etſi beatus Hieronymus ad Euagrium omnes epiſcopos in ordinis poteſtate aſſeruit eſſe æquales, tamen non in iuriſdictionis auctoritate, quandoquidem catholica eccleſia monarchiam eſſe neceſſariam atque à Deo fuiſſe conſtitutam, aduerſus Iouianum, & aduerſus Luciferianos, apertè ſatis expoſuit. Sectarij certè cùm Eraſmo inter epiſcoporum & ordinis, & iuriſdictionis poteſtatem non diſcernentes, eccleſiæ ordinem peruertunt, & communionem ſcindunt. Imperator etiam, cuius literæ orientis & occidentis epiſcopos contraxerunt Romam, non fuit primus Romanæ ſedis primatus aſſertor, quandoquidem Magnum Conſtantinum illud officium catholicæ eccleſiæ præſtitiſſe, eccleſiaſtica geſta manifeſtè teſtantur. Auguſtinus enim aduerſus Donatiſtas ait: Illos autem magis hinc arguimus, quia cum apud Imperatorem vltro Cæcilianum accuſaſſent, quem primò vtique apud collegas tranſmarinos conuincere debuerant, ipſo autem imperatore longè ordinatiùs agente, vt epiſcoporum cauſam ad ſe delatam ad epiſcopos mitteret, &c. Cæciliani quidem cauſam ad Romanam ſedem, Magnum Conſtantinum detuliſſe, beatus Auguſtinus in alio loco expreſſe exponit, dicens: Aliquantò poſt Maiorini ordinationem, quem contra Cæcilianum nefario ſcelere leuauerunt, erigentes altare contra altare, & vnitatem Chriſti diſcordijs furialibus diſſipantes, eos petiſſe à Conſtan-

Aug. epiſt. 48. & 162.

Constantino tunc imperatore, iudices episcopos, qui de suis quæstionibus, quæ in Aphrica exortæ pacis vinculum dirimebant, arbitrio medio iudicarent. Quod posteaquàm factum est, præsente Cæciliano, et illis qui aduersus eum nauigauerant, iudicante Melchiade, tunc Romanæ vrbis episcopo cũ collegis suis, quos ad preces Donatistarũ miserat imperator, &c. Sed Caluinus hæretica licentia religiosissimi imperatoris pium officium Romanæ sedis contumeliam fuisse interpretatur, dicens: Accusauerat Cæcilianũ Carthaginensem episcopum Donatus, ventum inde est ad Constantinum: cognitionem mandauit Melchiadi, si id erat extraordinaria Romanæ sedis iurisdictione audire appellationẽ in causa ecclesiastica, cur alios sibi adiũgi patitur imperatoris arbitrio: vicit illic Cæcilianus, Donatus prouocat. Constantinus appellationis iudicium demandat episcopo Arelatensi: si Romana sedes summam habet potestatem sine prouocatione, cur sibi tam insignem ignominiam irrogari patitur? Quin passus fuerit ignominiam sanctus Melchiades ab hæreticis pro ecclesiæ componenda pace, qui ab infidelibus pro christo occisus fuit? Sed etsi Donatus prouocando ad imperatorem improbus & contumeliosus extitit, non tamen imperator, qui episcoporum causam ad se relatam primo Romano Pontifici, secundo Arelatensi episcopo definiendam commisit. commisit, inquam, non quod in episcoporum dijudicandis causis sibi potestatẽ vendicaret, sed quod Romanæ sedis primatũ assereret. Siquide imperator etsi in dijudicanda

da Caeciliani causa Melchiadi Romano Pontifici quosdam episcopos adiungit, tamen id non iuxta arbitrium, vt Caluinus comminiscitur, sed secundum ecclesiasticam traditionem fuit factum. Nam Romanus episcopus in dijudicandis maioribus causis alios aut episcopos, aut presbyteros iuxta antiquam ecclesiae traditionem sibi adiungit, & sine illorum consilio nihil ordinariè exequitur. Appellationis etiam iudicium ab imperatore, non in Romanae sedis contumeliam, vt Caluinus calumniatur, Arelatensi episcopo fuisse demandatum, beatus Augustinus de Donatistarum improbitate differens, exponit dicens: Sed tamē quid posteà fecerint imperatoris literis, sufficientissimè ostenditur. Iudices enim ecclesiasticos, tantae auctoritatis episcopos, quorum iudicio & Caeciliani innocentia, & eorum improbitas declarata est, non apud alios collegas, sed apud imperatorem accusare ausi sunt, quòd malè iudicarint. Dedit ille aliud Arelatense iudicium; aliorum scilicet episcoporum, nō quia iam necesse erat, sed eorum peruersitatibus cedens, & omni modo cupiens tantam impudentiam cohibere. Neq; enim ausus est Christianus imperator, sic eorum tumultuosas, & fallaces querelas suscipere, vt de iudicio episcoporum, qui Romae sederant ipse iudicaret, sed alios (vt dixi) episcopos dedit, à quibus tamen illi ad ipsum rursum imperatorē prouocare maluerunt. Qua in re illos quemadmodùm detestetur audistis. Atq; vtinam saltem ipsius iudicio insanissimis animositatibus suis finem posuissent, atque vt eis ipse cessit, vt de illa causa post episcopos iudicaret

Aug. epist. 162.

dicaret, à sanctis antistibus posteà veniam petiturus &c. Romanæ profectò sedis primatus assertores non modò fideles imperatores, sed etiam infideles extitisse ecclesiastica historia apertè satis exponit, dicens: Domno igitur in episcopatum subrogato, Paulus & sacerdotio abscissus & communione, cùm de domo ecclesiæ nollet exire, interpellatus imperator Aurelianus, religiosè satis de hoc sanctèq; decernit ijs præcipiens ecclesiæ domum tradi, quibus Italiæ & Romanus episcopus scriberent. Et ita prædictus Paulus ad cætera mala etiam hoc dedecoris adquisiuit, vt manu publica de ecclesia pelleretur. Et tunc quidem talis erga nos existebat Aurelianus. Euseb. ecclef. hist. l.7.c.36.

Romanæ quidem ecclesiæ primatus à Christo, aliarum verò ecclesiarum patriarchatus ab Ecclesia fuit constitutus. C.123.

Ecclesiasticæ enim hierarchiæ quidam gradus à Deo constituti fuerunt, quidam verò ab hominibus. Romanæ nimirùm sedis primatum non ab imperatoribus, sed à Christo fuisse constitutum, ex hoc manifestissimè colligitur, quod Romanus pontifex latiùs quàm imperator præfuit. Siquidem Christianus orbis latior fuit quàm Romanus, vt beatus Leo de beatis Apostolis Petro & Paulo differens mirificè exponit dicens: Isti enim sunt viri, per quos tibi Euangelium Christi Roma resplenduit, & quæ eras magistra erroris, facta es discipula veritatis. Et infrà: Isti sunt qui te ad hanc gloriam prouexerunt, vt sis gens Leo Papa ferm. 1. in nati. Petri & Pauli.

sancta, populus electus, ciuitas sacerdotalis & regia, per sacram beati Petri sedem, caput orbis effecta, latiùs praesideres religione diuina, quàm dominatione terrena. Quamuis enim multis aucta victorijs, ius imperij tui terra mariq; protuleris, minus tamen est, quod tibi bellicus labor subdidit, quàm quod pax christiana subiecit. Sacri enim prisci Patres, ex Petri primatu euidenter collegerũt Romanæ ecclesiæ primatũ, siquidẽ non duo, sed vnus est catholicæ ecclesiæ primatus à Christo cõstitutus, ut apertè satis testatur Anacletus, dùm ait: Breuiter (provt Dominus tribuit, & vt à beato Petro principe apostolorum sumus instructi, à quo & Presbyter sum ordinatus) scribere vobis (sicut petistis) non denegauimus. Et infrà: In nouo autem testamento, post Christum nostrum Dominum à Petro sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi Pontificatus in ecclesia Christi datus est, dicente Domino ad eum: Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, et portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo clauẽs regni cælorum. Hic ergo ligandi, atque soluendi potestatem primus accepit à domino, primúsque ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit. Cæteri verò apostoli, cum eodem pari consortio, honorem & potestatem acceperunt, ipsumqúe principem eorum esse voluerunt. In alio etiam loco eandem confirmaus sententiam, inquit: Hæc verò sacrosancta Romana & apostolica ecclesia, non ab apostolis, sed ab ipso Domino saluatore nostro, primatum obtinuit, & eminentiam potesta-

Ana. epist. 2. 3.

potestatis super vniuersas ecclesias, ac totum christiani populi gregem assecuta est, sicut ipse beato Petro apostolo dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et infrà: Nam & inter beatos apostolos quædam fuit discretio. Et licèt omnes essent apostoli, Petro tamen à Domino est concessum, & ipsi inter se idipsum voluerunt, vt reliquis omnibus praeesset apostolus. Apostoli certè Petrum habere primatum voluerunt, non quòd illi perinde ac senatores consulem, beatum Petrum in summum Pontificem elegerunt, sed quòd illum, quem Christus constituit catholicæ ecclesiæ episcopum, pari consensu obseruarunt, eiusq; communionem coluerunt. Ex illis locis euidenter colligitur, quòd sicut apostoli obseruarunt Petrum, ita episcopi Romanũ Pontificem obseruare tenentur. Siquidẽ Romanus Põtifex in Petri primatu successit. Quo enim Christus Petrũ constituit principẽ apostolorũ, eo etiã Romanũ episcopum cõstituit episcoporũ Pontificẽ. Romana igitur ecclesia propter B. Petri sedẽ, non humana, sed diuina ordinatione inter ecclesias obtinet primatũ. Apostoli verò ad retinendã fidei synceritatẽ & disciplinæ rectitudinẽ, sub Romanæ ecclesiæ primatu, quosdã ecclesiasticos gradus cõstituêre, nẽpe Patriarchatus, et Metropoles, vt B. clemẽs testatur, dicẽs: In illis verò ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos archiflamines eorũ, atq; primi legis doctores erãt, episcoporũ primates poni, vel patriarchas ordinauit, qui reliquorum episcoporũ et iudicia et maiora (quoties necesse foret) negotia in fide agitarẽt, et secundũ dei Clem. Pap. epist. 1

voluntatem, ſicut conſtituerunt ſancti Apoſtoli, ita
Ana. epiſt. 2. *vt ne quis iniuſtè periclitaretur definirent. Anacletus quoq; Metropoles ab apoſtolis fuiſſe conſtitutas aſſerit dicens: Prouinciæ autem multò ante Chriſti aduentum tempore diuiſæ ſunt maxima ex parte, & poſteà ab Apoſtolis, & beato Clemente Prædeceſſore noſtro, ipſa diuiſio eſt renouata. Et in capite prouinciarum, vbi dudum primates legis ſeculi erant. Et infrà: Patriarchas, vel primates, qui vnam formam tenent, licet diuerſa ſint nomina, leges diuinæ & eccleſiaſticæ poni, & eſſe iuſſerunt, ad quos Epiſcopi (ſi neceſſe fuerit) confugerent, eosq; appellarent, & ipſi primatum nomine fruerentur, & non alij. Reliquæ verò Metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant, licet maiores comitibus eſſent, haberent Metropolitanos ſuos, qui prædictis iuſtè obedirent primatibus: & poſt pauca inquit: Ad quos poſt ſedem Apoſtolicam ſumma negocia conueniant, vt ibidem quibus neceſſe fuerit, releuentur, & iuſtè reſtituantur, & hi qui iniuſtè opprimuntur, iuſtè reformentur, atque fulciantur. Epiſcoporum cauſæ, & ſummorum negociorum iudicio (ſalua apoſtolicæ ſedis auctoritate) iuſtiſſimè terminentur. Hæc ab antiquis, hæc ab Apoſtolis, hæc à ſanctis patribus accepimus. Quibus profectò locis euidenter ſignificatur, quod etſi metropoles ſecundum externum imperij ordinem fuerunt depoſitæ, tamen non ab imperatoribus, ſed ab Apoſtolis fuerunt conſtitutæ. Nam quanquã per imperatores vna prouincia, poſteà fuit in duas diuiſa, & per conſequens in illis fuere duo*

præ-

præsides, tamen Ecclesiastica, metropoles non fuerũt diuisæ, vt Innocentius testatur dicens: Nam quod sciscitaris, vtrùm diuisis imperiali iudicio prouincijs, vt duæ metropoles fiant, sic duo Metropolitani Episcopi debeant nominari, non verè visum est, ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei ecclesiam commutari, honoresq́; aut diuisiones perpeti, quas pro suis causis faciendas duxerit imperator. Ergò secundum pristinum prouinciarum morem metropolitanos episcopos conuenit nominari. Chalcedonense etiam concilium illam confirmans sententiam ait: Peruenit ad nos quòd quidam præter ecclesiasticos ordines affectantes potentiam, per pragmaticam formam vnam prouinciam in duas diuidant, ita vt ex hoc inueniãtur duo Metropolitani episcopi, in eadem vna esse prouincia. Statuit ergò sancta synodus, deinceps nihil tale attentari à quolibet episcopo &c. Veruntamen non quo patriarchatus fuit constitutus in Cõstantinopolitana ecclesia, aut in Alexandrina, aut in quauis alia, eo Romana ecclesia non habet autoritatem in Constantinopolitana ecclesia, & in cæteris. Romanæ enim ecclesiæ primatus à Christo constitutus in Petro, conciliorum statutis non potest abrogari. Vnde constituere aliquam ecclesiam patriarchatum aut metropolim, non est eximere eam à Romana ecclesia iurisdictione, sed dare illi autoritatem in conprouincialibus ecclesijs, vt Nicenum concilium expos uit dicens: Mos antiquus perdurat in Aegypto, vel Libia, et Pentapoli, vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam quidẽ &

Innocent. epist.18.

Chalcedon. Conc. c.12.

Nice. Cõcil. c.6.

Episcepo Romano parilis mos est. Similiter aũt & apud Antiochiã, caterasq; prouincias, honor suus vnicuiq; seruetur ecclesia. Sicut enim quilibet apostolus in vniuerso orbe parẽ cum B. Petro habuit potestatem, solus verò Petrus fuit superior cateris apostolis: Ita quilibet Patriarcha in proprio Patriarchatu habuit tantã auctoritatem, quantam Papa in Romano. Solus verò episcopus Romanus potestatis plenitudinẽ habet in Patriarchas, & per consequens in archiepiscopos, & in vniuersam ecclesiam. Romanus igitur episcopus est Patriarcha catholica ecclesia, cateri verò sunt particularium ecclesiarum: siquidem Romana ecclesia primatus, in beato Petro à Christo fuit cõstitutus, caterarum autem ecclesiarum primatus ab apostolis. Vnde particulares Patriarcha & Archiepiscopi, non humana, sed diuina ordinatione episcopis sunt superiores: in singulis enim prouincijs ab apostolis, aut à successoribus illorum ad fidei retinendam vnitatem, vnus de episcopis superpositus est cateris, qui Patriarcha aut Archiepiscopus est appellatus.

Episcopus diuina ordinatione, presbitero est superior.

Cap.124.

ETsi Archiepiscopus humana ordinatione episcopis est superior, tamen episcopatus Presbyterio diuina cõstitutione est maior. Siquidem diuina Calu.ca.8. para.27. *ordinatio Presbyterum & episcopum discreuit. Sed Caluinus illorum munerum distinctionem non à Christo, sed ab hominibus fuisse adinuentam, aßerit dicens: Quibus ergo docendi munus iniunctum erat,*

erat, eos omnes nominabant Presbyteros, illi ex suo numero vnum eligebant, cui specialiter dabant titulum episcopi. Et infrà: Atq; idipsum pro temporum necessitate fuisse humano consensu factum fatentur ipsi veteres, ita Hieronymus in epistola ad Titũ, etc. Sed illa sententia, scilicet episcopũ humana ordinatiõe à Presbytero differre, Aerei est hæresis, vt Epiphan. cũ Epip hær. Augusti. de Aerio disserens, testatur: Erat autem (in- 75. quit) ipsi sermo furiosus magis quàm humanæ condi August. de tionis, & dicebat: Quid est Episcopus ad Presbyterũ? hæret. Nihil hic differt ab illo: vnus est enim ordo, & vnus (inquit) honor, & vna dignitas. Imponit manus episcopus, ita etiam Presbyter. Lauacrum dat episcopus, similiter & Presbyter, &c. Sed etsi sacerdotij ordo est vnus, tamen sub eo duos sacerdotum gradus à Christo fuisse constitutos, euangelica historia apertè satis exponit. Dominus enim noster Iesus Christus Marc. 3. discretè elegit, quosdam quidem apostolos, quosdam verò discipulos. De apostolorum enim electione ait: Et ascendens in montem, vocauit ad se quos voluit Luc. 6. ipse, & venerunt ad eum. Et fecit vt essent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare, &c. In Luc. 10. alio etiam loco idem exponit, dicens: Et cùm dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos nominauit. De discipulorũ verò electione, inquit: Post hæc aũt designauit dominus et alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciẽ suã in omnẽ ciuitatem, etc. Quibus certè locis euidenter significatur, omnes Christi apostolos, fuisse discipulos, non ões discipulos extitisse apostolos. Huiusmodi

modi esse episcoporum & presbyterorum distinctionem inconfesso est. Siquidem episcopi Apostolorum
Clem Pap. epist. 1. *sunt successores, presbyteri verò discipulorum, vt beatus Clemens Papa & martyr apertè satis exponit, dicens: Episcopos ergo vicem apostolorum gerere dominum docuisse dicebat, & reliquorum discipulorum vicem tenere presbyteros debere insinuabat.*
Ana. epist. 2. & 3. *Eandem sententiam beatus Anacletus Papa & martyr de apostolis disserens exponit, dicens: Qui etiam iubente domino, in toto orbe dispersi, euangelium prædicauerunt, ipsis quoq; decedentibus, in locum eorum successerunt episcopi. Et infrà: Videntes autem ipsi apostoli meßem esse multam, & operarios paucos, rogauerunt Dominum meßis, vt mitteret operarios in messem suam. Inde electi sunt ab eis septuaginta discipuli, quorum typum gerūt presbyteri, atque in eorum locum sunt constituti in ecclesia. In alio etiam loco illammet sententiam euidentiùs explicat, dicens: Sacerdotum, fratres, ordo bipartitus est, & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari. scitis autem, à Domino apostolos esse electos & constitutos, & posteà per diuersas prouincias ad prædicandum dispersos. Cùm verò meßis cœpißet crescere, videns paucos esse operarios, ad eorum adiumentum septuaginta eligi præcepit discipulos. Episcopi verò Domini apostolorum, presbyteri quoq; septuaginta discipulorum, locum tenent. Quibus profectò locis expreßè exponitur, Episcopum & Presbyterum, differre diuina ordinatione. Sacerdotum siquidem ordo per episcopatus constitutionē*
fuit

fuit bipartitus, episcopatus verò ordo per primatus & archiepiscopatus constitutionem non fuit bipartitus. Quid quod humana archiepiscopatus constitutione episcoporum ordo à Christo constitutus non bipartitur. At sacerdotum ordo, etsi diuina est ordinatio, tamen diuina episcopatus constitutione bipartitur. Quam sententiam beatus Anacletus exponit, Anacle. epist. 3. *dicens: Amplius quàm isti duo ordines sacerdotum, nec nobis à Deo collati sunt, nec apostoli docuerunt. Episcoporum verò ordo est vnus, licèt sint primates illi, qui primas ciuitates tenent. Igitur Christi ordinatione, sicut apostolatus discretus fuit à discipulatu vt sic loquar, vt episcopatus à presbyterio. Cum qua profectò sententia, sacræ scripturæ loca, quibus episcopi nominantur presbyteri, aut presbyteri appellantur episcopi non pugnant, vt Epiphanius sapientissimè exponit, dicens: Decepit autem prædictum Aerium nugacitas ipsius & æmulatio. profert autem ad errorem suum et eorum qui ipsum audiunt, quod apostolus scribit presbyteris & diaconis, & non scribit episcopis. Et ad episcopum dicit: Ne neglexeris donum quod in te est, quod accepisti per manus presbyterij. Et rursus in alio loco episcopis & diaconis scribit. Quare est inquit, idem episcopus & presbyter? Et non nouit ille qui consequentiæ veritatis ignarus est, & historias profundissimas nō legit, quod cùm recens esset prædicatio, sanctus apostolus pro re nata, velut habebat scripsit. Vbi enim episcopi erant iam constituti, scripsit episcopis & diaconis. Non enim omnia statim potuerunt apostoli constituere.*

Presby-

Presbyteris enim opus erat & diaconis, per hos enim duos ecclesiastica compleri possũt. Vbi verò nõ inuẽtus est, quis dignus episcopatu pmãsit locus sine episcopo. Vbi aũt opus fuit, & erant digni episcopatu, cõstituti sunt episcopi. Cùm aũt multitudo non esset, non inuenti sunt inter ipsos, qui Presbyteri cõstituerentur, & cõtenti fuerunt solo episcopo in loco constituto. Verùm sine diacono impossibile est esse episcopum. Etsi episcopus & presbyter olim nominibus communicabant, tamen illorum gradus diuina constitutione fuerunt discreti, vt beatus Chrysostomus cum Theophylacto (illum scripturæ differens locum, nempe Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippi cum episcopis & diaconibus) exponit, dicens: Quid hoc? Erántne multi vnius ciuitatis episcopi? Nequaquam, sed Presbyteros ita vocauit. Tum enim subinde nominibus communicabant, & diaconus dicebatur episcopus. Propterea Timotheo scribens, dixit: Diaconatum tuum adimpleto, cùm esset episcopus. Quoniam enim episcopus erat, dicit ad eum: Manus nemini citò imposueris, & quod datum est tibi cum impositione manuum presbyteri. Neq; verò presbyteri manus imponebant episcopo. Rursus & ad Titum scribens, dicit: Huius rei gratia reliqui te in Creta. vt constituas oppidatim presbyteros, sicut ego tibi ordinâram, si quis est inculpatus vnius vxoris vir. De episcopo loquitur: Et cùm ista dixisset, mox subiungit: Oportet enim episcopum inculpatum esse, tanquam Dei dispensatorem

Chryſ. Theophyl. ad Phil. ca. 1.

rem non præfractum. Quemadmodum igitur dixi, & Presbyteri olim vocabantur episcopi, & Diaconi Christi. Vnde & nunc plerique episcopi scribunt conseniori & comministro. Posteà verò seorsum suum cuique datum esse nomen, vel episcopo vel Presbytero. Beatus certè Chrysostomus, ex apostolicis scriptis episcopum vel Presbyterum, non esse idem, sed nominibus communicasse, sapientissimè collegit. At beatus Hieronymus ex eisdem scriptis intulit, idem est ergo Presbyter, qui episcopus. Sed in hoc articulo beati Hieronymi sententia non patrocinatur sectarijs. Siquidem sapientissimi ac sanctissimi cuiusque viri singularis sententia, non est idoneum testimonium ad religionis astruenda dogmata. Beati certè Hieronymi sententiæ illud verissimè conuenit, quod beatus Augustinus de Cypriani sententia contra Cresconium ait: Verba eius ex epistola ad Iubaianum inseruisti literis tuis, quibus ei placuisse monstrares, baptizandos esse in ecclesia catholica, qui fuerint in hæresi vel schismate baptizati. Ego huius epistolæ auctoritate non teneor, quia literas Cypriani non vt canonicas habeo, sed eas ex canonicis considero & quod in eis diuinarum scripturarum auctoritati congruit, cum laude eius accipio: quod autem non congruit, cum pace eius respuo. Ac per hoc, si ea quæ commemorasti ab illo ad Iubaianum scripta de aliquo apostolorum, vel Prophetarum canonico recitares, quod omninò contradicerem, non haberem. Nunc verò quoniam canonicum non est, quod recitas

Aug. cont. Cresc. li. 2. cap. 32.

tas, ea libertate ad quam nos vocauit Dominus, eius viri cuius laudem consequi non valeo, cuius multis literis mea scripta non comparo, cuius ingenium diligo, cuius ore delector, cuius charitatem miror, cuius martyrium veneror, hoc quod aliter sapuit non accipio. Non accipio inquam, quod de baptizandis hæreticis & schismaticis beatus Cyprianus sensit, quia hoc ecclesia non accipit, pro qua beatus Cyprianus sanguinem fudit. Sed Calui cæteriq; sectarij, quæ sunt ingenij & iudicij, & animi dexteritate B. Hieronymi cum patribus communis sententia præterita, singularem illius sententiam adorant. Siquidē beatus Hierónymus episcopatum presbyterio esse maiorem aduersus Ioannem Hierosólymitanum, cum catholica ecclesia concorditer asserit, dicens: Misisti religiosissimum hominem Dei Isidorum Presbyterum, virum potentem tam ex ipsa incessus & habitus dignitate, quàm diuinæ intelligentiæ, curare etiam eos, qui animo vehementer ægrotant, si tamen sensum sui languoris habeant. Homo Dei mittit hominem Dei: nihil interest inter Presbyterum et episcopum, eadem dignitas mittentis & missi, hoc satis imperitè in portu (vt dicitur) naufragium. Ad beatum etiam Augustinum scribens, eandem confirmans sententiam, ait: Vale mi amice charissimè ætate fili, dignitate parens. Nec Augustinus cum Hieronymo pugnat, dùm inquit: Quanquam secundum honorum vocabula, quæ iam ecclesiæ vsus obtinuit: episcopatus presbyterio maior sit: tamē in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. Honorū *dixit*

Hieron. ad Pammach.

Aug. epist 14,

August. epist. 19.

dixit vocabula non gradus, siquidem vocabulorum distinctio est ab hominibus: Episcopatus verò et Presbyterij discretio à diuina constitutione, quoniam in publicis quidem ecclesiasticis muneribus Augustinus maior fuit Hieronymo, vtpote Augustinus fuit episcopus, Hieronymus autem Presbyter: in priuatis verò dotibus, nempe in vita sanctitate, atque in eruditione tum sermonis tùm scientiæ, Augustinus christiana humilitate se esse minorem Hieronymo profitetur. Episcopũ certè Dei ordinatione differre à Presbytero, beatus Hieronymus apertè satis tèstatur, dicens: Et vt sciamus traditiones apostolicas sumptas de veteri testamento. quòd Aaron & filij eius atq; Leuitæ in templo fuerunt, hoc sibi episcopi & presbyteri et diaconi vendicent in ecclesia. Aaron nimirũ & filiorum eius & Leuitarum munera, non ab hominibus, sed à Deo fuerunt constituta. Illorum similiter graduum discretionem, non humana, sed diuina ordinatio constituit. Igitur Episcoporum, Presbyterorum, et Diaconorum, quorum figuram Aaron & filij eius, atq; Leuitæ gestarunt, constitutio & distinctio non ab humana ordinatione, sed à diuina emanauit. Quòd verò Caluinus ait: Illi ex suo numero vnum eligebãt, cui specialiter dabant titulum episcopi, manifestissimum commentum est. Nam etsi ecclesiastici gradus ab hominibus constituti, perinde ac ciuiles magistratus per electionem constituuntur, vti Archiepiscopus, Archipresbyter, Archidiaconus, & similes, tamen ecclesiastici gradus à Christo constituti, vltra humanã electionem exigunt diuinam ordinationem. In eccle

Hieron. ad Euag.

Cal. cap. 8. par. 27.

siastica quidem hiearchia, non quicunque fidelis est Presbyter, nec quicunq; Presbyter est episcopus, sed qui ordinatur in presbyterum, & in episcopum. Siquidem presbyteri & episcopi non per electionem, sed per ordinationem constituuntur in ecclesiastico ordine, vt diuina scriptura & apostolica traditio euidenter exponit, Paulus enim Timotheo ait: Noli
1. ad Tim. ca.4.& 5. *negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij. Et infrà: Manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. In alio etiam loco ad*
2. ad Tim. cap.1. *eundem inquit: Propter quam causam admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Quibus certè locis euidentißimè significatur, episcopos ac presbyteros non populi suffragio, sed manus impositione ordinari. Episcoporum certè ordinationem, Paulus non presbyteris, sed episcopo iniungit, dùm ait Tito: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitatem Presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Etsi presbyteri iuxta diuinam ordinationem tantùm ab vno episcopo ordinantur, tamen episcopus non ab vno episcopo, sed à pluribus*
Ana.epi.2. *ordinatur, vt apostolica traditio docet. Anacletus enim Papa ait: Porrò & Hierosolymitarum primus Archiepiscopus beatus Iacobus, qui iustus dicebatur, & secundum carnem Domini nuncupatus est frater, à Petro, Iacobo, & Ioanne apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dantibus formam eorum. Vt non minus quàm à tribus episcopis, reli-*

quisq;

quisq; omnibus assensum præbentibus, vllatenus episcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur. Reliqui verò sacerdotes à proprio ordinentur episcopo. Denique in catholica ecclesia nullus fidelis Presbyterij gradum obtinuit, nisi ab episcopo ordinatus: nullusq; Presbyter ad episcopatus fastigium ascendit, nisi per episcopos specialiter consecratus. Episcoporum certè consecrationem diuina ordinatione distinctam esse à sacerdotum consecratione à posteriori, ex illorum officijs euidenter dignoscitur. Siquidem episcoporum ministeria distincta sunt, à Presbyterorum ministerijs, vt beatus Hi- Hier. Eua.
eronymus exponit, dicens: Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faci- Cal.c.1.8. para.36.
at? Cui sententiæ Caluinus consentit, dicens: Vnde veteres hoc sæpe habent, non differre alia re ab episcopo presbyterum, nisi quia ordinandi potestatem non habet. Episcopus igitur in ordinandi potestate maior est presbytero. Quæ nimirum ordinandi potestas, non ab hominibus per electionem, sed à Deo per consecrationem confertur. Huiusmodi profectò ordinandi potestatem in presbyterorum ordinatione non conferri, in confesso est. Quoniam nullus presbyter in catholica ecclesia alium presbyterum ordinauit, vt Epiphanius Epiph. hæret.75.
sapientissimè testatur, dicens: Dicere enim ipsum episcopum et presbyterum æqualem esse, quomodo erit possibile? Episcoporum enim ordo, patrum generator est, patres enim generat ecclesiæ. Presbyterorum verò non potens generare patres per

lauacri regenerationem generat filios ecclesiæ, non tamen patres & doctores. Et quomodo poßibile erat Presbyterum constituere, non habentem manuum impositionem ad eligendum, aut dicere ipsum æqualem esse episcopo? Episcopum sanè non solùm in potestate ordinis, sed etiam in potestate iurisdictionis diuina constitutione esse superiorem Presbyteris, diuina scriptura expreßè tradit, vt Epiphanius sapientißimè exponit, dicens: Et quòd non potest idem esse (scilicet Presbyter & Episcopus) docet diuinus apostoli sermo, quis sit episcopus, & quis presbyter, cùm dicit ad Timotheum, qui erat episcopus: Presbyterum ne obiurges, sed adhortare velut patrem. Quid negocij esset episcopo, vt presbyterum nō obiurgaret, si non super presbyterum potestatem haberet? Quemadmodum etiam rursus dicit: Aduersus Presbyterū ne citò admiseris accusationem, nisi coram duobus aut tribus testibus. Et non dixit aliquem Presbyterum: Ne admiseris accusationem contra Episcopum, neque scripsit ad aliquem Presbyterum, vt ne Episcopum obiurgaret. Tandem apostolis à scriptura, etsi Episcopos & Presbyteros nominibus communicasse tradit, tamen illos diuina ordinatione differre, expreßè exponit. Quare diuina ordinatione Petri successor, nempe Romanus Episcopus, cæteris episcopis est superior, apostolorumq; successores, scilicet Episcopi, Presbyteris discipulorum successoribus præpositi sunt.

Papa

Papa in spiritualibus plenitudinem, non æquitatis, sed potestatis habet. C. 125.

SEctarij quidem ad ecclesiæ monarchiam deturbandam catholicos doctores immodicam potestatem attribuere Romano Pontifici, ipsumq; Pontificem immoderatè vti huiusmodi potestate commminiscuntur, Philippus enim Melancthon ait: Sed fortaßis aduersarij sic postulant diffiniri ecclesiam, quod sit monarchia externa, suprema totius orbis terrarum, in qua oporteat Romanum pontificem habere potestatem ανυπευθυνον de qua nemini liceat disputare aut iudicare, condendi articulos fidei, abolendi scripturas quas velit, instituendi cultus & sacrificia: item condendi leges quas velit, dispensandi & soluendi quibuscunq; legibus velit, diuinis canonicis & ciuilibus, à quo imperator et reges omnes accipiant potestatem & ius tenendi regna, &c. Sed illum procaciter mentiri, res ipsa loquitur. Siquidem omnes catholici doctores, tum prisci, tùm neoterici (quos ille aduersarios vocat) etsi ecclesiam externis sacramentis indigere concedunt, vtpote illa hominum est visibilis congregatio, tamen quo Dei internus & spiritualis cultus christianæ religionis est potior pars, eo ecclesiam non externam, sed internam & spiritualem monarchiam esse pari consensu profitentur. Vnde ecclesiastica monarchia, in qua Romanus pontifex obtinet primatum, non in politicis, sed in ecclesiasticis, & spiritualibus negotijs, totius orbis terrarum est suprema. Quod si plenitudo

Philipp. in apol. de ecclef.

potestatis, quam catholici doctores attribuunt, Papæ est legitima, tamen non omnis huiusmodi potestate vtens est ἀνυπεύθυνος. Siquidem non pauci magistratus legitima potestate iniquè vtuntur, quod etiam non solùm in ecclesiasticis sed in ciuilibus magistratibus videre licet. Quamuis igitur teste apostolo omnis potestas est à Deo, & per consequens legitima, tamen non omnis magistratus iustis legibus iustè vtitur. Quæ profectò duo, potestas, inquam, & rectus potestatis vsus, sunt distinguenda. Verùm sectarij illa duo confundētes, quo Romanus Pōtifex aliquoties potestatis plenitudine iniustè vtitur, eo penes illū nullā esse potestatem dogmatizāt. At catholici doctores, etsi Papa potestatis plenitudine aliquoties abutitur, tamē penes illū esse primatum ecclesiæ, ac potestatis plenitudinē, constanter asserūt, vt B. Bernardus mirificè exponit. dicēs: Murmur loquor, et querimoniā ecclesiarū truncari se clamitant, ac demembrari. Vel nullæ vel paucæ admodū sunt, quæ plagā istā, aut nō doleant, aut nō timeant. Quæris quā? Subtrahūtur Abbates Episcopis, Episcopi Archiepiscopis, Archiepiscopi Patriarchis siue primatibus. Bona ne species hæc? Mirū si excusari queat vel opus. Sic factitando probatis vos habere plenitudinē potestatis: sed iustitiæ forte non ita. Facitis hoc quia potestis, sed vtrum & debeatis quæstio est. Honorum ac dignitatū gradus & ordines quibusq; suos seruare positi estis, non inuidere, vt quidā vestrorum ait: Cui honorem. Quibus certè verbis potestatis plenitudinē, & rectum vsum potestatis lōgo interuallo differre, apertè satis significatur. Fatētur

Bern. de cō fid. li. 13.

tur quidem omnes catholici, Romanũ Pontificem potestatis habere plenitudinem, sed non itẽ plenitudinẽ rectitudinis. Quoniã posse & iustè posse, etsi in Deo non possunt separari, vtpote ille quidquid potest iustè potest facere, tamẽ in hominibus longo sunt interuallo seiuncta. Quam differentiam prisci Romani Põtifices adnimaduertentes, præter religionis maiores causas ferè nullas alias aduocabant. Quemadmodũ enim Deus res quas cõdidit sic administrat, vt sinat eas proprios motus agere: Vnde Deus per suas creaturas mundum administrat, per se autem post primam rerum creationem rara fecit miracula. Vnum tantùm hominem nempe Christum per se, tamen non sine altero parente genuit: sic prisci sancti Pontifices, per Patriarchas, Archiepiscopos & Episcopos, catholicam ecclesiam administrabant. Fidei autem & episcoporũ causas tantùm aduocabant: quod modò si fieret, dißidiorum et controuersiarũ bona pars è medio sublata fuisset. Sanctißimis quidem Romanis Põtificibus maior cura fuit seruandæ iustitiæ, æquitatis & religionis tranquillitatis, quàm asserendæ potestatis plenitudinis. Deniq; illi plenitudinem potestatis alligabant cõmuni et ordinario iuri, modesteq; sapiẽtes id se poße, quod iure poterant, asserebant. Quãta fuerit cura antiquorum sanctorum Romanorum Pontificum seruandi communia ecclesiastica statuta, Gelasius Papa apertè satis exponit, dicens: Confidimus quod nullus iam veraciter christianus ignoret vniuscuiusque synodi constitutum , quod vniuersalis ecclesiæ probauit aßensus: nullam magis 25. q. 1. ca. Cõfidimus

exequi ſedem præ cæteris oportere, quam primam quæ & vnamquamq; ſynodum ſua auctoritate firmauit, & continuata moderatione cuſtodit. Poteſtatis enim plenitudo, non quòd Papa in adminiſtranda eccleſia ordinaria ſtatuta obſeruat, ligatur (vt quidam exiſtimant) ſed dirigitur. Vt enim diuina lex hominis libertatem non tollit, ſed ordinat: ita Papæ poteſtatis plenitudo eccleſiaſticis ſtatutis nõ ligatur, ſed regitur. Quemadmodum enim equus quanto maiori pernicitate viget, tantò arctiori & fortiori freno indiget: Sic quantò Romanus Pontifex maiori poteſtate pollet, tantò illa poteſtas indiget rectiori regula. Quam nimirum regulam beatus Bernardus doctiſſime expoſuit, dùm dixit: Spiritualis homo ille qui omnia dijudicat, vt ipſe à nemine dijudicetur, omne opus ſuum trina quadam conſideratione præueniet. Primùm quidem an liceat, deinde an deceat, poſtremò an expediat. Nam etſi conſtet in chriſtiana vtique philoſophia non decere niſi quod licet: nõ expedire niſi quod decet & licet, non continuò tamen omne quod licet, decere aut expedire conſequẽs erit, &c. Quoniam in priuatis actibus vnicuiq; ſatis eſt ſibi licere quod facit, at in publica adminiſtratione non ſufficit quod opus ſit licitum, nec ſatis eſt quod deceat, ſed etiam requiritur quod expediat. Huiuſmodi nimirum eſſe eccleſiaſticam adminiſtrationem in confeſſo eſt. Papa quidem poteſt ſubditum à iuriſdictione epiſcopi eximere: æquumq; eſt fateor, ſi tamen alteri prælato ſubdiderit, qui vigilantiùs, quàm epiſcopus poſſit, ſubditi curam agere. Vt de

Bernar. de conſid. l. 3.

exem-

exemptione monachorum regularium constat. Si verò exemptus suæ libertate relinquitur, non tam is subducitur, quàm seducitur. Nec dicenda est hæc exemptio, sed exitium. Perinde etiam causæ auocantur à Papa vt digniori magisq́ idoneo, quàm diœcesano episcopo causas & negotia cōmittantur, quod si has causas etiam indiscriminatim cuicunq; iniunxerit, profectò vsus huius potestatis plenariæ esset iam pernitiosus abusus. Quod verò Philippus ait, quod catholici doctores asserunt nemini licere de Papæ potestate disputare, manifestum commentum est. Quandoquidem sicut de diuinarum personarum trinitate in essentiæ vnitate disputatur, non quòd dubitetur si est, sed vt saltem qualis qualis illius mysterij habeatur explicitior notitia: ita, non quòd dubitetur de Papæ primatu, sed quod aduersus hæreticos astruatur, disputatur. Verum quidem est, quasdam assertiones circa Papæ primatum à catholica ecclesia cōmuni consensu esse receptas, quasdam verò esse controuersas, de quibus tam diu disputabitur, quàmdiu per ecclesiam non definiuntur.

Papa in ecclesia perinde ac rex in republica non habet superiorem. Cap. 26.

SEd ad aliud, quod Philippus ait, quod nemini de Papæ potestate licet iudicare. Nihil noui circa Papæ primatum asseritur. Siquidem sicut in ciuili republica princeps non habet superiorem à quo iudicetur, ita in ecclesiastica monarchia summus pontifex non habet superiorem, apud quem conueniatur,

& hoc est quod de principibus affirmatur, dùm dicimus principes esse solutos à legibus. Quod quidem verum est in exteriori foro, vtpote illi non subducũtur potestatibus superioribus. Verùm principes, tùm seculares, tùm ecclesiastici, quantò maiori pollent potestate, tantò magis secundum naturalem et diuinam legem humanis legibus, quas ipsi tulerunt,

Tho.12. q *parere tenentur. Quam sententiam beatus Thomas*

96. art.5. *sapientißimè exponit, dicens: Sic igitur princeps dicitur esse solutus à lege, quia nullus in ipsum potest iudicium condemnationis ferre, si contra legem agat. Vnde super illum Psalmum: Tibi soli peccaui, &c. Dicit glosa, quod rex non habet hominem, qui sua facta dijudicet: sed quantùm ad vim directiuam legis princeps subditur legi, propria voluntate: secundum quod dicitur extra de constitutionibus C. Cum omnes, Quod quis quid iuris in alterum statuit, ipse eodem iure vti debet. Et Sapientis dicit au ctoritas: Patere legem, quam ipse tuleris. Improperantur etiam hi à Domino, qui dicunt & non faciunt, & qui alijs onera grauia imponunt, & ipsi nec digito volunt ea mouere, vt dicitur Matth. 23. Vnde quantum ad Dei iudicium, princeps non est absolutus à lege, quantum ad vim directiuam eius, sed debet voluntarius, non coactus legem implere. Est etiam princeps supra legem, in quantum si expediens fuerit, potest legem mutare, & in ea dispensare pro loco & tempore. Quæ omnia tantò magis Romano Pontifici, quàm ciuilibus magistratibus conueniunt, quantò ecclesiastica policia est maioris*

dignitatis

dignitatis, quàm ciuilis. Ex verbis etiam beati Thomæ Philippi impudentissimum mendacium deprehēditur, dùm ait: Item condendi leges quas velit, dispensandi, soluendi quibuscunq; legibus velit, &c. Siquidem catholici doctores Papam condendi leges & dispensandi habere potestatem, vt boni & æqui ratio exigit, non ob quālibet causam affirmant. Nā etsi Romanus Pontifex catholicæ ecclesiæ primatum obtinet, tamen illius plenitudo potestatis non excedit limites supremi dispensatoris. Quia Papa ministeriorum Dei & ecclesiasticorum bonorum non Dominus, sed dispensator est. Quare in condendis legibus, in dispensando circa leges, & in distribuendis ecclesiæ honoribus & oneribus, non propriam, sed Domini voluntatem obseruare tenetur. De condendis verò legibus B. Bernardus ad Eugenium ait: At quomodo non indecens tibi, voluntate pro lege vti, et quia nō est ad quem appelleris: potestatem exercere, negligere rationē? Tu ne maior Domino tuo qui ait. non veni facere voluntatē meā. quanquā nō minus deiecti, quàm elati animi est, veluti rationis expertē, nō pro ratione, sed libitu agere, nec iudicio agi, sed appetitu. Quid tā bestiale? Atq; quemadmodū lex vt sit iusta, nō priuati, sed publici boni causa est ferēda. ita imò multò magis in dispensando, nō priuati sed publici boni habēda est ratio, vt B. Bernardus exponit, dicēs: Quid inquis? prohibes dispēsare? nō, sed dißipare. Nō sum tā rudis, vt ignorē positos vos dispēsatores, sed in ædificationē, non in destructionē. Deinde quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Vbi necessitas vrget, Philip. apo lo. de eccl. Berna. de consi. li. 3.

excusa-

excusabilis dispensatio est. Vbi vtilitas prouocat dispensatio laudabilis est: Vtilitas dico communis, non propria. Nam cùm nihil horum est, non planè fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est. Ad legitimè siquidem dispensandum, non minùs æqui et boni ratio, quàm potestatis plenitudo exigitur. AEqui nimirum & boni ratio tunc in dispensando seruatur, quando meliùs est nō seruare scriptam legem, quàm seruare. Quod si in dispensando priuatum bonum præfertur publico, huiusmodi profectò dispensatio, dilapidatio est. Quandoquidem dispensator domini voluntatem non obseruauit. Catholici igitur doctores etsi summus Pōtifex potestatis plenitudine abutitur, tamen penes illum esse primatum constanter affirmant. Qui enim propter potestatis abusum negat potestatem, is profectò cum Donatistis consentit. Huiusmodi esse nostræ tempestatis sectarios, illorum cōmentaria præ se ferunt. Sectarij enim ad deturbandum Papæ primatum, magis abusibus, quàm rationibus innituntur Ob plenitudinis nimirum potestatis abusum de Romana ecclesia, verum est id quod Cicero de Romano imperio ait: Externa libentiùs in tali re, quàm domestica recordor. Verùntamen quàndiu Imperium populi Romani beneficijs tenebatur, non iniurijs: bella aut pro socijs, aut de imperio gerebantur. Exitus erant bellorum aut mites aut necessarij. Regum, populorum, nationum, portus erat & refugium senatus: nostri autem magistratus, imperatoresq́, ex vna hac re maximam laudem capere studebant, si prouincias, si socios æquitate & fide defendissent.

Cic. offici. lib. 2.

fendissent. Itaque illud patrocinium orbis terræ veriùs, quàm imperium poterat nominari. Sensim hãc consuetudinem & disciplinam iam ante minuebamus. Post verò Syllæ victoriam, pænitus amisimus. Illa inquam vera sunt non de primatu à Christo in Petro constituto, vt perpetua successione maneret, sed de hominibus potestatis plenitudine abutentibus. Quandoquidem abusus non primatus defectu, sed hominis culpa grassantur in Dei ecclesia.

Christus non errandi in fide priuilegio, vt perpetua succelsione maneret, beatum Petrum donauit.

ETsi Papa in dijudicandis quibusdam ecclesiasticis causis, de iusticiæ siue æquitatis via, potest declinare, tamen in fidei dirimendis controuersijs, atque in explicandis atque proponendis religionis dogmatibus, non potest errare. Papa, inquam, non potest errare, non quòd Papa vt priuata persona in fide sit confirmatus, sicut Dei prophetæ, & Christi apostoli fuerunt, quandoquidem ille in fide potest errare, ac esse hæreticus, sed quòd Papa vt publicæ persona in definiendis fidei dogmatibus diuina gratia specialiter aßistat. Papæ certè priuata persona, & publicum Pontificatus munus, non sunt confundenda, sed distinguenda. Siquidem priuilegium non errandi in fide, Papæ non vt singulari homini, sed vt summo Pontifici specialiter est collatum. Verùm Caluinus illam catholicam sententiam deridens, ait: Christi priuilegio cautum esse, ne Papa errare poßit. Cap. 127. Calu. ca. 8. par. 69.

Et

Et infrà : Expungant è numero pontificum oportet Ioannem vigesimum secundum, qui palàm asseruit animas esse mortales Verum quidem est, papam hæreticum expungendum esse è numero pontificum. Sed Ioannes vigesimus secundus, licèt circa articulum de animæ immortalitate errauerit, tamen non fuit hæreticus, & per consequens è numero pontificum non fuit expunctus. Ille enim animas esse mortales, non vt papa definiuit, sed vt singularis homo, citra pertinaciam asseruit. Summum certè pontificem vt publicam personam in fide non errare, diuina scriptura apertè satis testatur, dùm ait : Vnus autem ex ipsis Caiaphas nomine, cùm esset pontifex anni il
Ioan.c. 11. *lius, dixit eis: Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed cùm esset pontifex anni illius, prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente, &c. Quibus profectò verbis clarè significatur, priuilegium nō errandi circa religionis dogmata, pontifici non vt*
Theophy. Chrys. *singulari homini, sed vt pontifici esse datum, vt Theophylactus cum Chrysostomo exponit, dicens : Cum alijs apud Iudæos & pontificatus dignitas erat corrupta, ac venalitij facti fuerunt principatus, ne vltra per omne tempus vita vnus, sed duntaxat in annum vnum sacerdotio fungeretur. Et quamuis ita corrupta foret dignitas, adhuc tamen aderat spiritus sanctus, operans in his qui vncti erant. Postquam autem manus iniecerunt in Iesum, tunc omninò gratia dereliquit illos, & transijt ad apostolos. Et*

infrà

infrà: Considera igitur pontificalis dignitatis virtutem, quomodo plena sit gratia spiritus, tametsi indigni sint qui illam gerant. Et honora sacerdotes dignè propter gratiam in eis, non propter eorum voluntatem. Beatus quoque Augustinus eandem sententiam confirmans, ait: *Hic docemur, etiam homines malos prophetiæ spiritu futura prædicere: quod tamen Euangelista diuino tribuit sacramento, quia pontifex fuit, id est, summus sacerdos. Igitur illa prophetica sententia: Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, &c. Non à Caiphæ priuata persona, sed à pontificatus munere emanauit, quod diuina scriptura expreßè exponit, dicens: Hoc autem à semetipso non dixit: sed cùm esset pontifex anni illius prophetauit.* Quod si summus Pontifex sub lege Moysi in definiendis dogmatibus de fidei regula non declinauit, tantò magis Papa sub Euangelio in fide non hallucinatur. Quandoquidem priuilegium non errandi in fide tam adiunctum est euangelico sacerdotio, quàm legali. In Dei quidem ecclesia veræ religionis sacerdotium tantum abest, vt per Christi euangelium fuerit euacuatum, vt potiùs sit auctum. Siquidem Christus non venit soluere legem, sed adimplere. Quare cùm sacerdotium per Christum non antiquatum, sed auctum fuerit, beato Petro eiusq; successoribus Romanis pontificibus potiora gratiæ dona collata fuêre, quàm Aaron & eius filijs. Beato certè Petro

Aug. tracta. 49. super Ioan.

priuilegi

priuilegium non errandi in fide fuisse collatum Dei verbum expreßè exponit, dicens: Ait autem Dominus Simoni: Simon, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego aũt rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Dominus quidem noster Iesus Christus fidei perseuerantiam beato Petro, vt singulari homini promisit, dùm illi definitè dixit, rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua. Cũ qua promißione trina Petri negatio non pugnat. Nã etsi Petrus Christum quẽ oportebat confiteri ad salutẽ, ore negauit, corde tamen quo creditur ad iustitiã retinuit fidem, vt B. Chrysostomus exponit, dicens: Quomodo igitur orare ei opus fuit, vt vnius hominis cõmotum animũ stabiliret? Quare igitur ita dixit? Propter causam pfecto, quam iam exposuimus, & propter infirmitatẽ discipulorũ, qui nondũ decentem omninò de ipso existimationẽ habebant. Quomodo igitur negauit? Nõ dixit quippe, non negabis, sed vt nõ deficiat fides tua. Cura enim ipsius atq; fauore factũ est, ne omninò Petri fides euanesceret. Eiusdem sententia est Theophylactus, cùm ait: Rogaui igitur, dicit, vt non deficiat fides tua, quãuis enim breui tempore concutiendus sis, habes tamen recondita semina fidei, vt etiam si folia abiecerit spiritus inuadentis, radix tamen viuet, & non deficiet fides tua. Petrus etiam in legalium immodica obseruatione, quã legitimè Paulus reprehendit, de fidei regula non declinauit, quod Tertullianus sapientißimè exponit, cùm ait: Caterùm si reprehensus est Petrus, quòd conuixisset Ethnicis, posteà se à conuictu

Lucæ 22.

Chrys. homi. 83. sup. Matth.

Theop. super Luc.

Tertul. de præs. hær.

conuictu eorũ separabat personarũ respectu: vtiq; cõuersationis fuit vitiũ, nõ prædicationis. Igitur etsi B. Petrus, negando Christũ & obseruando legalia de recta morũ via declinauit, tamẽ à fidei synceritate nõ defecit. Item dominũ nostrum Iesum Christũ illis verbis: Ego rogaui pro te, &c. non modò B. Petro vt singulari homini, sed etiã vt ecclesiæ Pastori, atq; in illo successoribus eius, nempe Romanis põtificibus, fidei perseuerantiã promisisse, Theoph. sapientissimè exponit Theop.
dicens: Planus huius intellectus is est. Quia te habeo vt principẽ discipulorum, postquã negato me fleueris, et ad pœnitentiã veneris, confirma cæteros. Hoc enim te decet, qui post me ecclesiæ petra es, et firmamentũ. Intellexerit aũt quis non solùm de apostolis dictũ, quod cõfirmati fuerint à Petro, sed de omnibus, qui vsq; ad consummationẽ sæculi futuri sunt fideles. Bernardus Bernard.
quoq; illam sententiã ad Innocentium secundũ scribens, mirificè illustrat: Oportet, inquit, ad vestrũ re- epist. 191.
ferri apostolatũ pericula quæq; & scandala emergentia in regno dei, ea præsertim quæ de fide contingunt. Innoc. 2.
Dignũ namq; arbitror, ibi potissimùm resarciri damna fidei, vbi non possit fides sentire defectũ. Hæc quippe huius prærogatiua sedis. Cui enim alteri aliquando Luc. 22.
dictũ est: Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Ergo quod sequitur, à Petri successore exigitur: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Id quidem modò necessariũ. Tempus est vt vestrum cognoscatis pater amantissime principatũ, probetis zelum, ministeriũ honoretis. In eo planè Petri impletis vicẽ, cuius tenetis et sedẽ, si vestra admonitione, corda fide

 fluctu-

fluctuãtia cõfirmatis, si vestra auctoritate conteritis fidei corruptiones. Priuilegiũ certè nõ errandi in fide
Aug epist. 165. *in B. Petro fuisse collatũ Romanis pontificibus B. Augustinus à posteriori apertè satis exponit, dicens: Si enim ordo episcoporum sibi succedentiũ considerandus est, quantò certiùs, et verè salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius ecclesiæ figurã gerenti, dominus ait: super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, et portæ inferorũ non vincent eam. Petro enim successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Euaristus, etc. Atq; enumeratis episcopis Romanis vsq; ad Anastasiũ ait: In hoc ordine successionis nullus Donatista episcopus inuenitur. Sed ex transuerso ex Aphrica ordinatũ miserunt, qui paucis præsidens Aphris in vrbe Roma Montensiũ vel Cuzupitarũ vocabulum propagauit. In illũ autem ordinem episcoporũ qui ducitur ab ipso Petro vsq; ad Anastasium, qui nũc eandem Cathedram sedet, etiam si quisquã traditor per illa tempora subrepsisset, nihil præiudicaret ecclesiæ & innocentibus christianis, quibus Dominus pro-*
Matt. c. 28. *uidens, ait de prepositis malis: Quæ dicunt facite, etc. Quæ profectò B. Augustini sententia, tam est vera de Romanorum Pontificum successione, vsque ad Pium Quintũ, qui nunc Petri Cathedram sedet, quàm de Pontificum successione vsq; ad Anastasium: quandoquidem nullus Romanus pontifex fuit hæreticus.*

FRANCISCI CORDVBENSIS MINORITAE SERMO IN SOLEMNITATE OMNIVM SANCTOrum denuò recognitus atque auctus,

quo expresso Dei verbo ostenditur, religionis controuersias esse referendas & ad Concilium, & ad Papam.

VIdens Iesus turbas, ascendit in montem: & cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius: & aperiens os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, &c. Matth. 5.

Beatitudinis præmium, pauperibus spiritu propositum, omne desiderium euacuat.

Cap. 1.

PIentißimus & misericors Dominus, vt ad obseruantiam suorum mandatorum homines illiceret, vt inde eos ad beatitudinem æternã pertraheret, nouum modũ legẽ ferendi seruauit. Vt Chrysostomus apertè satis exponit, cùm ait: Christus doctrinam suam non sub specie mandatorum atq; exhortationis inducit, sed sub præmijs beatitudinum, Chrys. sup. Matth. c. 5.

vt scilicet sermonem ipsum faciat gratiosiorem, & stadium doctrinæ suæ cunctis recludat. Ad idem Paulus apostolus: Nescitis, inquit, quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. sic currite vt comprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & ille quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Vt autem exemplo suo fideles ipsos ad fidei certamen attraheret, continuò subiecit: Ego igitur sic curro, nõ quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans. Obserua quod christiana religio stadio, in quo certant Athletæ, non immeritò assimulatur. Differt tamen, quod in Olympico stadio ostendebatur temporale brauium, sed in ecclesiæ stadio victoribus præmium æternum proponitur. Vt ergo bonorum cælestium homines amore flagrantes, in huius vitæ certamine constanter aduersa subirent, hæc præmia beatitudinum, velut in theatro proposuit, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. A seculo non est auditum, temporale regnum propositum esse stadij cursoribus, & tamen nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quòd suis fidelibus legitimè certantibus, magnificentissimus Dominus repromittit, dicens: Beati pauperes, &c. non comitatum, non ducatum, non regnum, non deniq; imperium terrenum sed beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. verè beati sunt, qui tali donantur brauio: verè beati, quoniam omnium bonorum sufficientia ditescunt. Beatitudo enim status est omnium

1. ad Cor. cap. 9.

1. Cor. 2.

nium bonorum aggregatione perfectus, æterna stabilitas, gaudium perenne, præpes corona, & permanens in æternum fœlicitas. Tale quidem est præmium, qualis ille est qui proposuit: tale vt omnium hominum appetitum in sui desiderium inclinet. Quod Augustinus exponit, dicens: Beati omnes esse volunt, immò sic est creaturæ rationali insitus appetitus beatitudinis, vt nullus omninò sit qui beatitudinem nō desideret: nullus sit, qui non detestetur miseriam. Nihil aliud appetitum explet, nihil satiat præter beatitudinem, vt verè sit dictum: Replebimur in bonis domus tuæ. Et satiabor cùm apparuerit gloria tua. In rebus enim creatis augetur libido, appetitus crescit, incitatur auiditas, & nunquam conquiescit homo. Adeò enim generosus est, quia ad Dei imaginem factus, vt ipsius Dei sit capax, & nulla re alia satiari possit. Vt Augustinus ait: Quia fecisti nos domine ad te, inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Hinc illa vox est Alexandri Magni: Eu me miserum, quòd nec vno potitus sum mundo. Vasa capacissima sumus reprobi quidem iræ, electi misericordiæ, illa in contumeliam, hæc autem sunt in honorem perfecta. Vasa sumus, sed videamus qualem infundamus liquorem: non insipidum, sed suauem: non amarulentum, sed dulcissimum: non vilem, sed pretiosissimum, vt cùm ventum fuerit ad cellarium æternæ gloriæ, pro vasis capacitate cælesti repleamur beatitudine, fugiamusq́ æternum supplicium, simus deniq́ quale illud vas electionis: Ecce quo replebatur liquore. Bonum certamen certaui, cursum consum-

Aug. de trinit. l. 13. c. 4.

Psalm. 16.

Aug. lib. 1. Conf. ca. 1.

Ad Rom. cap. 9.

2. ad Ti. 4.

maui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Hunc pretiosissimum liquorem propinat nobis omnibus Christus, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Ipsorum, inquit, non superborum: hos enim manet æterna gehenna, vbi nunquam deficiunt tortores, vbi fletus ex fumo maximus, vbi stridor dentium continuus, vbi cùm in damnatis adhuc appetitus vigeat beatitudinis, hoc ad cumulum dānationis eorū accedit, quòd frustratos à suo desiderio se vident, vbi cùm beatitudinem non desiderare non poßint, & de ea omninò desperent, carentia fœlicitatis æternæ (quam pœnam damni vocant theologi) supra modum eos ipsos torquebit.

Augu. Enchri. ca. 25.

Caput 2.

Paupertas spiritus, hoc est, humilitas, & viam sternit ad fidem, & fidem illibatam conseruat.

Beati pauperes spiritu, &c. Beatitudinis ineffabile præmiū illis est duntaxat promissum, qui humilitate profunda perarmantur contra superbiam. Hoc opus, hîc labor est: qui enim in hoc certamine, radicem omnium malorum funditus non contendit euellere, frustrà contra alia vitia laborat. In hoc autem ratio veræ humilitatis consistit, vt omnis factura à suo conditore, quicquid habet se habere cognoscat. Non enim, vt dicit apostolus, sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Largitori

2. ad Cori. 3.

gitori igitur quæ accepimus dona, ex ipso datore pensemus, illa sicut par est æstimemus, & nosipsos paruipendamus. Contra humiles non præualent inimici, quoniam misericors dominus eos de stercore subleuat, vires & omnem sufficientiam, qua acerrimum hostem, superbiam, eneruare poßint, suppeditat, & tandem eis ipsis, quoniam legitimè certauerunt, dicit: Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Iam si fide Deum cognoscimus, & fide tenemus firmiter nos ad eius imaginem factos, & fide non dubitamus sufficientiam nostrã à deo esse, sine fide verũ humilem esse, est proculdubio impoßibile. Quod si fide quid simus librantes, Deũ nobis contulerimus, cùm nihil ponderis in nobis inuenire poßimus, fieri non poterit, quin verè humiliemur. Hoc enim est quod regius Psaltes dicebat: Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. Quem locum in hunc modum exponit Chrysostomus: Qui hæc non intelligunt, versum malè cohærere putant: verùm si nos idem sentiremus de Deo, quod Dauid, nullus eßet ex nobis, qui non & ipse de se clamaret: Ego autem humiliatus sum nimis. Etenim quisquis indicibilem dei maiestatem oculo cordis contemplatur, et cognoscit deum homine tantò sublimiorem, quantò cælum formica sublimius, nimirũ si stupescat intra se, et dicat: Ego autem humiliatus sum nimis. Vnde & Abraham in comparatione dei terram se esse ac cinerem videbat, dicens: Ego autem sum terra & cinis. Contrà superbi Deum non cognoscunt,

Psalm. 115.
Chrysost.
Gen. c. 10.

neq; semetipsos, quid sint, sciunt: quo pacto enim qui non anteà agnoscit opificem, agnoscet seipsum esse Eccle.c.10. *figmentum? quia enim nescitur Dominus, nascitur superbia, id quod attestatur scriptura, dicens: Initium superbiæ est, nescire Deum, desciuit enim à factore cor eius. Tantum Chrysostomus. Hinc & doctor* 2. ad Cor. cap. 10. *gentium clamabat: Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei. & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium* August. *Christi. Et beatus Augustinus ait: Mater hæreticorum est superbia. Hinc etiam Christus redemptor* De Gen. cōtra Mani. li. 2. ca. 8. *noster, sanctam humilitatem commendans, dicit: Beati pauperes spiritu. Sine humilitate namq; fides languescit. fouetur superbia, vitia siluescunt, & scientia inflat. Quam sententiam Augustinus explicat, cùm ait: Dæmones à scientia sunt dicti, qui cùm* De ciu. dei li. 9. ca. 20. *careant humilitate, in superbia & inflatione persistunt. Humilitatem igitur amplectamur, qua munitionum consilia (quæ contra Dei scientiam, hoc est, contra fidem insurgunt) labefactemus: humilitate in obsequium fidei intellectum captiuemus, et in rebus fidei proprio non innitamur iudicio.*

Caput 3. Non omnibus credendum est, maximè superbis.

CVm in nostra potestate sit credere, vitium est omni credere, & peccat qui credit nulli. Nec enim, si vitium non esset, aut si in no-

stræ

stra potestate non esset, Sapiens diceret: Qui citò credit, leuis est corde: vbi enim peccatum est, voluntas non liberatur à noxa. Augustinus inquit: Quid est credere, nisi consentire verum esse, quod dicitur? Con sensio autem vtiq; volentis est, profectò fides in potestate est. Vnde licèt intellectus ad actum credendi concurrat, quia tamen voluntas imperat ipsum actum, principaliùs quàm intellectus concurrit. Ratione igitur est moderanda voluntas, ita vt cui oportuerit, & vt oportuerit, credamus. Quamuis enim inter alia charitatis encomia quæ Diuus Paulus com memorat, sit vnum, quod omnia credit, nunquam tamen charitati hanc leuitatem iussit, quasi ipsa, quod absit, omnibus sine discretione crederet, nec enim charitas leuis est, inanis aut minus constans, vt sine delectu fidem habeat quibuscunque: quod si in credibilibus quæ ad humanum conuictum spectant, vituperabile est omni credere, quàm execrabile, quàm impium, quamuè sacrilegum in his erit, quæ ad religionem pertinent credibilibus? Hæc enim credibilia humanam rationem excedunt, & ideò opus est, duci nos testimonio diuino, neq; liberum debet esse cuiquam ex cerebro interpretari scripturam, sed ad veritatem fidei catholicæ, catholicum sensum, hoc est, vniuersalem atque communem semper oportet amplecti, Augustinus enim ait: Deus enim prius per prophetas locutus, scripturam condidit, eminentissimæ auctoritatis, quæ canonica nominatur, cui fidem habemus de his rebus, quas ignorare non expedit, neque per nos ipsos nosse idonei sumus, &c.

August. De spiri. et lit. ca. 1. 31.

1. ad Co. 13.

August. Li. 11. de ciuitate dei.

His omnibus insinuatur imbecillitas humani intellectus, doctrinæ necessitas, & eminentissima eiusdem auctoritas. Ideo enim prophetæ tam diligentissimè scripturæ mandarunt, quæ per reuelationem à spiritusancto acceperunt, vt quæ erant necessaria ad salutem, homines obliuioni non traderent. Tantæ autem auctoritatis est hæc diuina scriptura, quam nos in testimonium adducimus, vt & suos errores hæretici ea munire procurent. Quod manifestè docet Augustinus: Si qua, inquit, nunc erroris secta contra veritatem, hoc est, contra ecclesiam emerserit, nisi nomine cooperta christiano, ad pugnandum prosilire non audet. Et infra: Cuius scripturæ auctoriati, tantò deuotiùs obtemperare oportet, quantò videmus nullum iam errorem se audere extollere, ad congregandas sibi turbas imperitorum, qui non christiani nominis velamenta conquirat. Hucusque ille. Hoc enim in his deflendis temporibus omnium experientia testatur. Omnes enim hæretici, impia sua dogmata testimonio scripturæ licet malè intellectæ, confirmant. Equidem norunt eam testē esse auctoritatis eminentissimæ, & ideò ad suæ factionis errores eam trahere moliuntur. Cùmq́ue arcem ecclesiæ potentissimam esse cognoscant, magnis conatibus eam occupare nituntur. Sed cùm nullam scriptura diuina repugnantiam præ se ferat, & semper sibi similis, & in omnibus constans permaneat: cùmq́ue ecclesia catholica mirabilem hanc consonantiam stabilis & firma conseruet, hæretici verò in varias & portentosas sectas diuisi, nec secum, nec

August. Epist. 56.

cum

cum ecclesia concordent, euidentißima ratio concludit, nullo eos modo intelligere scripturam diuinam. Quod cùm sit ita, nec est eis habenda fides. Ex schismatibus enim eorum potest vnusquisque colligere, non eos Deum docuisse, sed hominem, vel potiùs spiritum mendacij atque vertiginis. Apertè ergo demonstrant qualem magistrum habuerint. Augustinus certè illam sententiam astruit, dùm ait: Sic autem diuersas inter se Socratici de isto fine sententias habuerunt, vt quod vix credibile est, vnius magistri potuiße facere sectatores: sic etiam & nos dicamus, tam diuersas inter se Lutherani de religione sententias habuerunt, vt vix credibile sit vnius magistri potuisse facere sectatores. Planè non talia monstra in schola Christi fuerunt, non Christus docuit has sectas, non eius discipuli, aut eorum successores episcopi, has hæreses suscitarunt. Omnes in rebus fidei vnanimes extiterunt, omnes eundem spiritum in vinculo pacis seruarunt, & ideo solis illis patrocinatur scriptura diuina. Nunquid schismata mouit Petrus, aut Simon hæreticus non dedit illi pœnas? nunquid Ioannes apostolus vnitatem non tenuit, aut Cherintum lauantem se non exhorruit? Et quid opus est percensere eos omnes, qui hactenus intra ouile Christi vixerunt? nunquid fuerunt hæretici intra gremium eecclesiæ catholicæ? minime, sed si qui sub ouina pelle latuerunt, ad tempus tandem eos euomuit ecclesia. Vnde Ioannnes ait: ex nobis exierunt, De ciu. dei li. 3. cap. 3.

sed

sed non erant ex nobis: si enim ex nobis essent, permansissent vtique nobiscum. Quia enim superbam ceruicem ecclesiæ iugo noluerunt submittere, flocci pendentes bonum humilitatis, nec seruant vinculũ vnitatis, nec ad mercedem peruenient æternæ fœlicitatis. At beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

Caput 4. Exemplo diui Pauli, in controuersijs fidei concionatores debent humiliter Concilium consulere.

Vas illud electionis multis nominibus obseruandum, talem cum apostolis concordiam vnitatemq́ tenuit, qualem concionatoris munus exigebat & postulabat. Sic enim perfectè se gessit, vt perfectissimum esset exemplar, iure deinceps prædicatoribus imitandum: inter eius autem alias et heroicas virtutes profundissima resplenduit humilitas. Nec in commendando Paulum opus est hic immorari, cum eius doctrina atque actus, qualis quantusq́ fuerit, satis superq́ commonstrent, interim tamen & nos, quatenus propositæ materiæ conuenerit, iam iam vel aliqua ex parte ostendemus. Christiana ergo vera & germana concionatoris humilitas est, caput non extollere contra superiorem, sed eum honorare & recognoscere, ei obedire atque deferre. Sic Paulus, vt ipse inquit, Hierosolymam ascendit Chrys. Theophy. ad Galatas 1. *causa visendi Petrum, vt eum tanquam apostolorum principem honore debito afficeret. Chrysostomus enim cum Theophylacto illam sententiam apertè satis*

tis exponit, dicens: Hoc insignis humilitatis animi signum, si qui tanta transegerat, ad Petrum abijt, non vtilitatis gratia, sed solo visendi studio honorãs eum, ceu maiorem se, propterea neque dixit ἰδεῖν, hoc est, vt cernerem Petrum, sed ἱστορῆσαι, hoc est, vt viderem, & cum obseruatione intuerer. Hæc illi. *Illud verò attentiùs perscrutari libet, quod sic in actibus apostolicis legitur: Quidam descendentes de Iudæa docebant fratres, quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis saluari. Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabæ, aduersus illos statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad apostolos et presbyteros in Hierusalem, super hac quæstione. Ecce pro incredulis, qui obtemperare renuũt ecclesiæ, ecce inquam expressum Dei verbum, ecce scripturæ apertissimum testimonium, ecce contra superbos hæreticos humile Pauli manifestum exemplum: sed cuius Pauli obsecro, illius certè qui raptus fuit in tertium cælum, & audiuit arcana, quæ non licet homini loqui, illius qui euangelium didicit, non ab homine, sed a Deo per reuelationẽ, illius qui fuit electus à deo, vt esset vas electionis ad portandum nomen dei in gentes. Hic ergo seditione orta circa legis obseruationem, non agrè tulit, neque distulit ad Hierusalem ascendere, perrexit, & de quæstione orta patres in concilio consulit. Doctor ille gentium nunquid indigebat doctore? Qui per reuelationem à Deo iam doctus fuerat, habebat opus, vt aliquis eum doceret? & tamen ascendit Hierusalem, vt omnibus esset vera humilita* Actor. 15.

humilitatis forma, vt eorum qui contra ecclesiam euangelicum sibi nomen vsurpant, effrenem superbiam elideret. Hanc salutarem doctrinam a tempore Constantini Imperatoris principes catholici obseruarunt. Tempore enim Constantini ad abolendam hæresim Arrianam congregatum fuit concilium Nicenum. Tempore magni Theodosij, Constantinopolitanum contra Macedonium. Tempore Theodosij iunioris, Ephesinum contra Nestorium. Tempore Marciani, Chalcedonense contra Eutychetem.
Distin. 15. *Quatuor ista concilia beatus Gregorius suscipere & venerari se fatetur, sicut sancti euangelij quatuor libros. Hoc etiā sunt imitati hucusq; religiosissimi principes: in controuersijs enim fidei semper adierūt concilium, quod nunquam fuit congregatum sine auctoritate apostolicæ sedis, & episcopis*

Caput 5.

Euangelicam doctrinam, quam doctor gentium prædicabat, humiliter cum ecclesia contulit.

ORta, vt suprà retulimus, seditione, non solum Hierusalem Paulus ascendit, sed & Patres cōsuluit, & cum eis contulit euangelium, inquit
Ad Gal. 2.
enim: Ascendi autem secundum reuelationem, & contuli cum illis euangeliū quod prædico. Pensanda sunt hæc verba, cùm dicit: ascendi secundum reuelationē. Spiritus enim sanctus, qui ei euangelium reuelauit,
Matt. Marci vlt. ca. *illemet eidem præcepit vt Hierusalem ascenderet, & ibidem euangelium conferret. Cùm enim euangelium Christi ex eius institutione, omnibus gentibus de*

beat

beat prædicari, quoniam est doctrina catholica, id est, vniuersalis, atque communis ex communi sensu, non ex priuato iudicio, debet interpretari. Quod cùm ita sit, nec debet nec potest variari doctrina euangelica secundum hominum ingenia diuersa: sed vna & eadem, secundum eundem sensum ecclesiæ debet omnibus prædicari. Vnam enim & eandem doctrinam omnibus prædicabat, qui dixit: Sicut in omnibus ecclesijs sanctorum doceo. Oportet ergo vt cum ecclesia catholica conferatur, & ab eadem approbetur, quod pro omnibus institutum est. Planè erat Paulus verè humilis, & ideò euangelium, quod prædicabat, humiliter cum patribus contulit. Certus quidem erat se prædicare verũ euangelium, alias enim non ita constanter dixisset: Licet nos, aut angelus de cælo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus, anathema sit. Ad hæc, euangelium per reuelationem didicerat, deinde sensum domini habebat. Huc accedit, quod vir erat spiritualis, spiritualis autem, ipso teste, omnia dijudicat, ipse verò à nemine iudicatur. Sed nunquid aliquid allegauit istorum, vt Hierosolymam non ascenderet? minimè gentium, sed spiritui sancto (qui nisi super humilem corde, qualis erat Paulus, non requiescit) statim obtemperans, Hierosolymam sine mora perrexit. Quid superest, vt dicant hi noui concionatores, qui tanta pompositate verborum sese suámque inauditam à tempore apostolorum doctrinam extollunt & iactant: fortaßis (quæ sua est arrogantia et superbia) non

1. ad Cor. 14.

Ad Gal. 1.

1. Cor. 2.

non verebuntur asserere, quod sensum domini abundantiùs habeant, quàm diuus Paulus. Et quod reuelationes diuinas cumulantiùs acceperunt. Sed vbi est illa concordia, illa vnitas spiritus, illud vinculum pacis, quod toties flagitat & inculcat apostolus? Ille vnum Deũ prædicabat pacis, non dissensionis. Quid quod et ipsa veritas, hos nouos euangelicos velut digito nobis ostendens, dixit: Qui non colligit mecum, dispergit. Sed quid ille, quem ipsa veritas docuit, nonnè Hierosolymam ascendit, vt cum Christo in vnũ ouile dispersas oues colligeret, & à truculentis rapacibusq; lupis (qui eas conabuntur abigere) patrum auctoritate defenderet? Quàm longè, bone Deus, ab eius proposito distant, qui ortus tot seditionibus, quarum ipsi auctores fuerunt, nec ecclesiam consulunt, neque Christi vicarium honorant, imò nihil magis detestantur & improbant. Vix est credibile, eos tam detestabili lethargia laborare, vt doctore gentium se esse doctiores affirment.

Ad Ephes. 4.

Ideo patres de sua doctrina Paulus consuluit, vt illâ apud gentes obtineret auctoritatem.

Caput 6.

Facilè est deprehendere, si propriè rem perpendamus, doctrinam cum ecclesia conferre non esse idem, quod populo concionari. Concionantur enim qui populum hortantur & docent, sed doctrinã conferunt, qui de ea consulunt aliquos, cum quibus eam communicant. Nec enim ascendit Hierusalem

salem Paulus, vt aut doceret apostolos, aut doceretur ab illis: sed vt doctrinam quam prædicabat, omnes vnanimi consensu approbarent, & apud omnes gentes firmam obtineret auctoritatem. Ne ergo posset videri cuiquam aliud quàm apostolos cæteros, Paulum prædicare euangelium, opus fuit, vt à concilio ecclesiam repræsentante prius reciperetur. Quæ enim obsecro prophetia vnquam tam celebrem auctoritatem obtinuit, vt scriptura diceretur diuina, nisi ab ecclesia Israëlitici populi prius approbata & recepta? aut cuius euangelistæ doctrina, sicut diuinum oraculum meruit obseruari, nisi ab ecclesia prius admissa? ita vt non immeritò diceret Augustinus: Euangelio nõ crederem, nisi auctoritas ecclesiæ catholicæ me cõmoueret. Hac ergo de caussa, doctor ille gentium, euangelium cum apostolis contulit, vt neminem deinceps lateret, omnium apostolorum eandem esse doctrinam: neq; ipse dùm prædicaret, dubietatis scrupulum in animo alicuius relinqueret: Augustinus nimirum illam sententiam mirificè illustrat, dicens: Cùm ipse apostolus Paulus post ascensionem Domini de cælo vocatus, si non inueniret in carne apostolos, quibus communicando, & cum quibus conferendo euangelium eiusdem societatis appareret, ecclesia illi omninò non crederet: sed cùm cognouissent eũ hoc annunciantem, quod etiam illi annunciabant, et in eorum communione atque vnitate viuentem, accedentibus etiam per eum talibus signis, qualia & illi operabantur, ita eam domino commendante meruit auctoritatem, vt verba illius sic audirentur ab eccle-

August. Cont. epist. Fund. ca. 5

Li. 28. cõt. Faust. 4. c.

sia, tanquam in illo Christus, sicut ipse verißimè dixit, locutus audiatur. Hactenus Augustinus. Videamus ergo vtrùm isti prædicatores, qui indebitum hunc honorem & fidem volunt exigere, si exemplo diui Pauli astruunt & ipsi fidem. Videamus si euangelium quod prædicant, cum ecclesia iam contulerunt, quòd cùm eos constet nihil horum egisse, vt quid moliuntur doctrinam nouam inducere, & apostolicam sibi contra diuinum ius assumere & vendicare auctoritatem?

Caput 7.

Prædicatoribus euangelicis, sicut et Paulo, iniunctum est à deo præceptum de conferendo cum ecclesia Euangelio.

Constat ex supra dictis, spiritussancti iußione Paulũ Hierusalem ascẽdisse, vt ibi euangeliũ, quod gẽtibus prædicabat, cũ patribus ecclesiæ cõferret. Ascendi, inquit, secundũ reuelationem: quasi diceret, non à me hoc feci, sed id habui à spiritusancto in mandatis: exerceo publicum munus, & ideo oportet doctrinam quam prædico, communi totius ecclesiæ iudicio recipi & approbari. Si ergo prædicatori gentium iniunctum præceptum hoc fuit, vt cum patribus euangelium conferret, quis inficiabatur, quin in omnes euangelicos concionatores transeat illud idem præceptum? vt scilicet nihil noui, aut non cum ecclesia collatum populo audeant proponere. Superéstne quicquam probandum? expresso Dei verbo, quis nisi dementißimus, contrà dicet? sed ne cui-

quam

quam hoc insolitum videatur, aduertat, quod præcepta, quæ ad administrationem pertinent christianæ reipublicæ, non sub illa generali forma traduntur, qua illa quæ vitam & mores componunt. Illud enim præceptum: Prædicate euangelium omni creaturæ, quod officio pastorali est annexum, solis apostolis, eorumq; successoribus est iniunctum. Hi enim sicut & illi euangelium annunciare tenentur, aliàs apostolis decedentibus nullus prædicare teneretur ex diuino præcepto, quod manifestariam hæresim redolet. Successoribus ergo apostolorum, sicut & ipsis apostolis, vtrumq; præceptum fuit iniunctum, videlicet, & euangelium prædicare, & idem cum ecclesia conferre. Quibus enim est demandatum, vt prædicent, demandatum est etiam, vt modum tradendi doctrinam, quam apostoli à Deo acceperunt, seruent. Quod quidem si hactenus factitatum fuisset, non inualuissent tot hæreses. Marc. vlt.

Vnaquæq; ecclesia in fidei cōtrouersijs concilium tenetur consulere. Cap. 8.

Cùm verba quæ ex actibus apostolorū supra retulimus, nostro huic instituto, maximè omniū cōducant, operæ erit pretiū, diligentiùs eadē verba perpendere. Facta itaq; seditione illa nō minima circa obseruationē circuncisionis, statuerunt inquit Lucas, vt ascenderēt Paulus et Barnabas, et quidā alij ex alijs, ad apostolos et presbyteros in Hierusalē. Hic primo verbū illud Statuerūt, diligenti est cōsideratione obseruādū: Ecclesia nanq; Antiochena, cui circa religionem studium, cura, solertia, atq; vigilantia summa erat,

His omnibus insinuatur imbecillitas humani intellectus, doctrinæ necessitas, & eminentissima eiusdem auctoritas. Ideo enim prophetæ tam diligentissimè scripturæ mandarunt, quæ per reuelationem à spiritusancto acceperunt, vt quæ erant necessaria ad salutem, homines obliuioni non traderent. Tantæ autem auctoritatis est hæc diuina scriptura, quam nos in testimonium adducimus, vt & suos errores hæretici ea munire procurent. Quod manifestè docet Augustinus: Si qua, inquit, nunc erroris secta contra veritatem, hoc est, contra ecclesiam emerserit, nisi nomine cooperta christiano, ad pugnandum prosilire non audet. Et infra: Cuius scripturæ auctoriati, tantò deuotiùs obtemperare oportet, quantò videmus nullum iam errorem se audere extollere, ad congregandas sibi turbas imperitorum, qui non christiani nominis velamenta conquirat. Hucusque ille. Hoc enim in his deflendis temporibus omnium experientia testatur. Omnes enim hæretici, impia sua dogmata testimonio scripturæ licèt malè intellectæ, confirmant. Equidem norunt eam testẽ esse auctoritatis eminentissimæ, & ideò ad suæ factionis errores eam trahere moliuntur. Cùmq́; arcem ecclesiæ potentissimam esse cognoscant, magnis conatibus eam occupare nituntur. Sed cùm nullam scriptura diuina repugnantiam præ se ferat, & semper sibi similis, & in omnibus constans permaneat: cùmq́; ecclesia catholica mirabilem hanc consonantiam stabilis & firma conseruet, hæretici verò in varias & portentosas sectas diuisi, nec secum, nec

August. Epist. 56.

cum

cum ecclesia concordent, euidentissima ratio concludit, nullo eos modo intelligere scripturam diuinam. Quod cùm sit ita, nec est eis habenda fides. Ex schismatibus enim eorum potest vnusquisque colligere, non eos Deum docuisse, sed hominem, vel potiùs spiritum mendacij atque vertiginis. Apertè ergo demonstrant qualem magistrum habuerint. Augustinus certè illam sententiam astruit, dùm ait: Sic autem diuersas inter se Socratici de isto fine sententias habuerunt, vt quod vix credibile est, vnius magistri potuisse facere sectatores: sic etiam & nos dicamus, tam diuersas inter se Lutherani de religione sententias habuerunt, vt vix credibile sit vnius magistri potuisse facere sectatores. Planè non talia monstra in schola Christi fuerunt, non Christus docuit has sectas, non eius discipuli, aut eorum successores episcopi, has hæreses suscitarunt. Omnes in rebus fidei vnanimes extiterunt, omnes eundem spiritum in vinculo pacis seruarunt, & ideo solis illis patrocinatur scriptura diuina. Nunquid schismata mouit Petrus, aut Simon hæreticus non dedit illi pœnas? nunquid Ioannes apostolus vnitatem non tenuit, aut Cherintum lauantem se non exhorruit? Et quid opus est percensere eos omnes, qui hactenus intra ouile Christi vixerunt? nunquid fuerunt hæretici intra gremium eecclesiæ catholicæ? minime, sed si qui sub ouina pelle latuerunt, ad tempus tandem eos euomuit ecclesia. Vnde Ioannnes ait: ex nobis exierunt,

De ciu. dei li. 3. cap. 3.

sed

tis exponit, dicens: Hoc insignis humilitatis animi signum, si qui tanta transegerat, ad Petrum abijt, non vtilitatis gratia, sed solo visendi studio honorãs eum, ceu maiorem se, propterea neque dixit ἰδεῖν, hoc est, vt cernerem Petrum, sed ἱστορῆσαι, hoc est, vt viderem, & cum obseruatione intuerer. Hæc illi. Illud verò attentiùs perscrutari libet, quod sic in actibus apostolicis legitur: Quidam descendentes de Iudæa docebant fratres, quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis saluari. Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabæ, aduersus illos statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad apostolos et presbyteros in Hierusalem, super hac quæstione. Ecce pro incredulis, qui obtemperare renuũt ecclesiæ, ecce inquam expressum Dei verbum, ecce scripturæ apertissimum testimonium, ecce contra superbos hæreticos humile Pauli manifestum exemplum: sed cuius Pauli obsecro, illius certè qui raptus fuit in tertium cælum, & audiuit arcana, quæ non licet homini loqui, illius qui euangelium didicit, non ab homine, sed a Deo per reuelationẽ, illius qui fuit electus à deo, vt esset vas electionis ad portandum nomen dei in gentes. Hic ergo seditione orta circa legis obseruationem, non agrè tulit, neque distulit ad Hierusalem ascendere, perrexit, & de quæstione orta patres in concilio consulit. Doctor ille gentium nunquid indigebat doctore? Qui per reuelationem à Deo tam doctus fuerat, habebat opus, vt aliquis eum doceret? & tamen ascendit Hierusalem, vt omnibus esset vera Actor. 15.

humilita

humilitatis forma, vt eorum qui contra ecclesiam euangelicum sibi nomen vsurpant, effrenem superbiam elideret. Hanc salutarem doctrinam a tempore Constantini Imperatoris principes catholici obseruarunt. Tempore enim Constantini ad abolendam hæresim Arrianam congregatum fuit concilium Nicenum. Tempore magni Theodosij, Constantinopolitanum contra Macedonium. Tempore Theodosij iunioris, Ephesinum contra Nestorium. Tempore Marciani, Chalcedonense contra Eutychetem. Quatuor ista concilia beatus Gregorius suscipere & venerari se fatetur, sicut sancti euangelij quatuor libros. Hoc etiã sunt imitati hucusq; religiosissimi principes: in controuersijs enim fidei semper adierũt concilium, quod nunquam fuit congregatum sine auctoritate apostolicæ sedis, & episcopis

Distin. 15.

Euangelicam doctrinam, quam doctor gentium prædicabat, humiliter cum ecclesia contulit.

Caput 5.

ORta, vt suprà retulimus, seditione, non solùm Hierusalem Paulus ascendit, sed & Patres cõsuluit, & cum eis contulit euangelium, inquit enim: Ascendi autem secundum reuelationem, & contuli cum illis euangeliũ quod prædico. Pensanda sunt hæc verba, cùm dicit: ascendi secundum reuelationẽ. Spiritus enim sanctus, qui ei euangelium reuelauit, illemet eidem præcepit vt Hierusalem ascenderet, & ibidem euangelium conferret. Cùm enim euangelium Christi ex eius institutione, omnibus gentibus de

Ad Gal. 2.

Matt. Marci vlt. ca.

beat

beat prædicari, quoniam est doctrina catholica, id est, vniuersalis, atque communis ex communi sensu, non ex priuato iudicio, debet interpretari. Quod cùm ita sit, nec debet nec potest variari doctrina euangelica secundum hominum ingenia diuersa: sed vna & eadem, secundum eundem sensum ecclesiæ debet omnibus prædicari. Vnam enim & eandem doctrinam omnibus prædicabat, qui dixit: Sicut in omnibus ecclesiis sanctorum doceo. Oportet ergo vt cum ecclesia catholica conferatur, & ab eadem approbetur, quod pro omnibus institutum est. Planè erat Paulus verè humilis, & ideò euangelium, quod prædicabat, humiliter cum patribus contulit. Certus quidem erat se prædicare verũ euangelium, alias enim non ita constanter dixisset: Licet nos, aut angelus de cælo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus, anathema sit. Ad hæc, euangelium per reuelationem didicerat, deinde sensum domini habebat. Huc accedit, quod vir erat spiritualis, spiritualis autem, ipso teste, omnia diiudicat, ipse verò à nemine iudicatur. Sed nunquid aliquid allegauit istorum, vt Hierosolymam non ascenderet? minimè gentium, sed spiritui sancto (qui nisi super humilem corde, qualis erat Paulus, non requiescit) statim obtemperans, Hierosolymam sine mora perrexit. Quid superest, vt dicant hi noui concionatores, qui tanta pompositate verborum sese suámque inauditam à tempore apostolorum doctrinam extollunt & iactant: fortassis (quæ sua est arrogantia et superbia) non

1. ad Cor. 14.

Ad Gal. 1.

1. Cor. 2.

non verebuntur asserere, quod sensum domini abundantiùs habeant, quàm diuus Paulus. Et quod reue lationes diuinas cumulantiùs acceperunt. Sed vbi est illa concordia, illa vnitas spiritus, illud vinculum pacis, quod toties flagitat & inculcat apostolus? Ille vnum Deū prædicabat pacis, non dissensionis. Quid quod et ipsa veritas, hos nouos euangelicos velut digi to nobis ostendens, dixit: Qui non colligit mecum, di spergit. Sed quid ille, quem ipsa veritas docuit, nonne Hierosolymam ascendit, vt cum Christo in vnū ouile dispersas oues colligeret, & à truculentis rapacibusq; lupis (qui eas conabuntur abigere) patrum auctoritate defenderet? Quam longè, bone Deus, ab eius proposito distant, qui ortus tot seditionibus, quarum ipsi auctores fuerunt, nec ecclesiam consulunt, neque Christi vicarium honorant, imò nihil magis detestantur & improbant. Vix est credibile, eos tam detestabili lethargia laborare, vt doctore gentium se esse doctiores affirment.

Ad Ephes. 4.

Ideo patres de sua doctrina Paulus consuluit, vt illâ apud gentes obtineret auctoritatem.

Caput 6.

FAcile est deprehendere, si propriè rem perpendamus, doctrinam cum ecclesia conferre non esse idem, quod populo concionari. Concionantur enim qui populum hortantur & docent, sed doctrinā conferunt, qui de ea consulunt aliquos, cum quibus eam communicant. Nec enim ascendit Hieru

salem

salem Paulus, vt aut doceret apostolos, aut doceretur ab illis: sed vt doctrinam quam prædicabat, omnes vnanimi consensu approbarent, & apud omnes gentes firmam obtineret auctoritatem. Ne ergo posset videri cuiquam aliud quàm apostolos cæteros, Paulum prædicare euangelium, opus fuit, vt à concilio ecclesiam repræsentante prius reciperetur. Quæ enim obsecro prophetia vnquam tam celebrem auctoritatem obtinuit, vt scriptura diceretur diuina, nisi ab ecclesia Israëlitici populi prius approbata & recepta? aut cuius euangelistæ doctrina, sicut diuinum oraculum meruit obseruari, nisi ab ecclesia prius admissa? August. *ita vt non immeritò diceret Augustinus: Euangelio* Cont. epist. *nō crederem, nisi auctoritas ecclesiæ catholicæ me cōmoueret.* Fund. ca. 5 *Hac ergo de causa, doctor ille gentium, euangelium cum apostolis contulit, vt neminem deinceps lateret, omnium apostolorum eandem esse doctrinam: neq; ipse dùm prædicaret, dubietatis scrupulum in animo alicuius relinqueret: Augustinus nimirum illam sententiam mirificè illustrat, dicens: Cùm ipse apostolus Paulus post ascensionem Domini de cælo vocatus, si non inueniret in carne apostolos, quibus communicando, & cum quibus conferendo euangelium eiusdem societatis appareret, ecclesia illi omninò non crederet: sed cùm cognouissent eū hoc annunciantem, quod etiam illi annunciabant, et in eorum communione atque vnitate viuentem, accedentibus etiam per eum talibus signis, qualia & illi operabantur, ita eam domino commendante meruit auctoritatem, vt verba illius sic audirentur ab eccle-*

Li. 28. cōt. Faust. 4. c.

sia, tanquam in illo Christus, sicut ipse verissimè dixit, locutus audiatur. Hactenus Augustinus. Videamus ergo vtrùm isti prædicatores, qui indebitum hunc honorem & fidem volunt exigere, si exemplo diui Pauli astruunt & ipsi fidem. Videamus si euangelium quod prædicant, cum ecclesia iam contulerunt, quòd cùm eos constet nihil horum egisse, vt quid moliuntur doctrinam nouam inducere, & apostolicam sibi contra diuinum ius assumere & vendicare auctoritatem?

Caput 7.

Prædicatoribus euangelicis, sicut et Paulo, iniunctum est à deo præceptum de conferendo cum ecclesia Euangelio.

Constat ex supra dictis, spiritussancti iussione Paulũ Hierusalem ascẽdisse, vt ibi euangeliũ, quod gẽtibus prædicabat, cũ patribus ecclesiæ cõferret. Ascendi, inquit, secundũ reuelationem: quasi diceret, non à me hoc feci, sed id habui à spiritusancto in mandatis: exerceo publicum munus, & ideo oportet doctrinam quam prædico, communi totius ecclesiæ iudicio recipi & approbari. Si ergo prædicatori gentium iniunctum præceptum hoc fuit, vt cum patribus euangelium conferret, quis inficiabatur, quin in omnes euangelicos concionatores transeat illud idem præceptum? vt scilicet nihil noui, aut non cum ecclesia collatum populo audeant propouere. Superéstne quicquam probandum? expresso Dei verbo, quis nisi dementissimus, contrà dicet? sed ne cui-

quam

quam hoc insolitum videatur, aduertat, quod praecepta, quae ad administrationem pertinent christianae reipublicae, non sub illa generali forma traduntur, qua illa quae vitam & mores componunt. Illud enim praeceptum: Praedicate euangelium omni creaturae, quod officio pastorali est annexum, solis apostolis, eorumq; successoribus est iniunctum. Hi enim sicut & illi euangelium annunciare tenentur, aliàs apostolis decedentibus nullus praedicare teneretur ex diuino praecepto, quod manifestariam haeresim redolet. Successoribus ergo apostolorum, sicut & ipsis apostolis, vtrumq; praeceptum fuit iniunctum, videlicet, & euangelium praedicare, & idem cum ecclesia conferre. Quibus enim est demandatum, vt praedicent, demandatum est etiam, vt modum tradendi doctrinam, quam apostoli à Deo acceperunt, seruent. Quod quidem si hactenus factitatum fuisset, non inualuissent tot haereses. Marc. vlt.

Vnaquæq; ecclesia in fidei cōtrouersijs concilium tenetur consulere. Cap. 8.

Cùm verba quae ex actibus apostolorū supra retulimus, nostro huic instituto, maximè omniū cōducant, operae erit pretiū, diligentiùs eadē verba perpendere. Facta itaq; seditione illa nō minima circa obseruationē circuncisionis, statuerunt inquit Lucas, vt ascenderēt Paulus et Barnabas, et quidā alij ex alijs, ad apostolos et presbyteros in Hierusalē. Hic primo verbū illud Statuerūt, diligenti est cōsideratione obseruādū: Ecclesia nanq; Antiochena, cui circa religionem studium, cura, solertia, atq; vigilantia summa erat,

orta seditione, vt prædiximus, ne doctrinis varijs vnitas abrũperetur ecclesiæ, Paulum et Barnabã, & quosdã alios hæreticæ factionis ad patres in Hierusalem, mittere pro schismate componendo decreuit. Equidem conspirationem illam, bono religionis reipublicæq; inimicam, non aliter poßet supprimere, nisi saluberrimo illo fuisset vsa consilio. Nec enim Paulus hæreticos, aut hæretici Paulum, in causa illa fidei sententiam ferre permitterent: ob quam causam, cùm Antiochiæ non poßet res diffiniri, prudentißimè est ab omnibus constitutum, vt illius controuersiæ causa ad iudices deferretur, quorum sententiam, certò sciebant, auctoritatem firmißimam habituram. Quod si Germanicæ ecclesiæ, exemplum Antiochenæ secutæ, insurgentibus tot hæresibus, hoc idem factitauißet, maledicas hæresiarcharum linguas iam pridem compescuissent. Cùm igitur statutum hoc apostolicum sit, summeq́; necessarium, debet à cunctis ecclesijs inuiolabiter obseruari. Quàmdiu enim ecclesiæ indulserint factiosis hominibus, eisq́; plus æquò permiserint, nec ad iudiciũ concilij seu Papæ fidei causas detulerint, impoßibile erit hæreses malè pullulantes succidere. Huc accedit, quòd ecclesia Antiochena, non modò Germanicis, sed & multis alijs ecclesijs, iusticia, scientia, religione atq; dignitate præstabat. in ea enim primò discipuli dicti sunt à Christo, Christiani. Deinde habebat insignes viros, vt Lucas ostendit, dicens: Erant autem in ecclesia quæ erat Antio-
Actor. 11. *chia & prophetæ & doctores, in quibus Barnabas et Simon, qui vocabatur niger, & Lucius Cirenensis, &*

Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus. Quàm celebres & quàm eximij fuerint illi viri, quibus Lucas Saulum postponit, credo non opus esse admonere. Barnabas quidem ab ecclesia Hierosolymitana in Antiochiam missus fuerat, vt ibidem euangelium prædicaret, erat enim, ait scriptura, vir bonus, plenus spiritusancto & fide, qui etiam Tharsum profectus Saulum quæsiuit, & ad Antiochiam perduxit, vt coadiutor eius esset in euangelij prædicatione. Hinc est quòd cùm Lucas prophetas & doctores commemorasset, Barnabæ primas dedit, nondum enim saulus tantum honorem sibi auctoritatēq; comparauerat. Iam ergo si ecclesia Antiochena, prophetis, doctoribus, doctissimisq; viris condecorata, non dedignata est ad concilium mittere, ex illis omnibus, qui capita seditionis extiterant, quam excusationem prætendere ecclesiæ germanicæ poterunt, quæ ad concilium schismatum auctores non mittūt? Nouimus quidem, quales fuerint illi euangelici viri, palam est omnibus, quibus hi polleant virtutibus. De illis ait sanctus Lucas: Erant aūt in ecclesia quæ erat Antiochiæ, & prophetæ, & doctores, vsque ibi. Ministrantibus autem eis & ieiunantibus, &c: Ecce in Antiochena ecclesia erant prophetæ spiritusancto pleni. Quis autem eorum qui in Germania nouam viuendi rationem, et noua dogmata suscitarūt, spiritum habuit prophetandi, longum esset singula velle percurrere, tamen sufficiat vt illos apostolicos viros innouatoribus his iure anteponamus, quod illi sacri doctores, deuotione summi, meditatione assidui,

Actor. 13.
Actor. 11.
Actor. 13.

moribus & vita conspicui, ieiunabant, & prædicabant. Hi verò contra apostolorum exemplum, contra omnem doctrinam, atq; rationem, tantùm abest vt ieiunijs vacent, vt potiùs ipsum ieiunium damnent & execrentur. Cum itaque ecclesia Antiochena tot, tamq; præclaris viris celebris et insignita, minimè sibi suffecerit, apostolosq; cum alijs orta seditione miserit ad concilium, quæ ecclesia si seruare quoquomodo renuerit, apostolicum hoc sufficientißimum & necessarium statutum, poterit sibi esse sufficiens.

Caput 9. Ei qui euangelium prædicat, cum patribus ecclesiæ non collatum, minimè est credendum.

EX verbis beati Lucæ euangelistæ, quæ superiùs adduximus, constitit. Antiochenam ecclesiam concilium consuluisse, vt faciliùs, immò securiùs posset lites atque discordias componere. Ex quo facto satis superq; monstratur, ecclesiam illam nullam prorsus hæreticis aut Paulo fidem habuisse ante determinationem concilij, nec ipsi è contrario ecclesiæ illi fidem facere potuiße. Quod cùm ita sit, & apertißimè testetur hoc scriptura diuina, quæ dementia aut potiùs quæ amentia, tot hominum mentes inuasit, vt tam improuidè, tam incautè, & tam immaturo consilio nulla præuia consideratione, Lutheri & nouo & inaudito, & nunquam collato euangelio crederet? Huiusmodi ergo excordibus hominibus, congruentißimè proprijßimeq; conuenit illud

lud, quod Galatis (leuitatis eos arguens) gemens obiecerat Paulus: O insensati Galatæ, quis vos fascinauit, non obedire veritati? Nullus in veritate de tam præcipiti assensu, & de tanta cordis leuitate coram Deo se poterit excusare. Licèt enim, quamuis temerè quidam Lutherum aut Caluinum extollant, nunquam tamen eos reddere poterunt commendabiliores doctore gentium, cui (quamuis à Deo esset electus) ante definitionem concilij Antiochenses prudentißimè credere noluerunt. Poterat quidem Paulus, quem Deus ipse docuerat fidei dogmata definire, quia tamen sciebat ex reuelatione, id esse à Deo statutum, omniq; ecclesiæ necessarium, euangelium quod prædicabat contulit, & definitam à concilio sententiam, est honore maximo prosecutus, vt iam iam patebit. Sit igitur homo doctus, sit etiam doctißimus, sit sanctus, sit licèt angelus de cælo, si præter id quod ab apostolis euangelizatum est, prædicauerit, nouam doctrinam docuerit, eamq; inconsulta ecclesia vēditauerit, si in testimoniū suæ doctrinæ expressum dei verbū (quod quidē licet videatur, nō erit expreßū) adduxerit, si deniq; in eius confirmationē miracula ediderit manifesta, omninò eū vt pestē et venenū mortiferū fugiamus, cùm talē doctorē, imo potiùs impostorē, clara voce vas electiōis, anathema iā promulgauerit.

Paulus auctoritate patrum doctrinam, quam prædicabat, muniuit. Caput 10.

Cum Galatis ab hæreticis penè seductis, libertatem euangelicam, legaliumq; cessationem, Paulus constantißimè prædicaret, vt illis eius doctrina

fidem certißimam faceret, patrum allegauit concilium, eorundemq́ue, vt par erat commendauit auctoritatem. Ascendi, inquit, secundum reuelationem, & contuli cum eis euangelium, quod prædico in gentibus. Seorsum autem his qui videbantur aliquid esse, ne forte inuanum currerem aut cucurrissem: sed neque Titus qui mecum erat, cùm esset gentilis, compulsus est circumcidi. &c. Quasi diceret: Verißima est doctrina quam prædico, nemo eam potest deinceps in dubium vertere, iam est cum patribus concilij collata, omnes huic meæ doctrinæ, vt verbo Dei subscripserunt: cum patribus, inquam, eam contuli, eamq́ue ipsimet approbarunt, non cum hominibus quibuscunque, sed cum principe apostolorum, qui primatum obtinet in ecclesia, & cum illis omnibus qui videbantur aliquid esse, non est cur cunctemini, tantæ auctoritatis doctrinam, vt diuinitùs reuelatam suscipere. Deinde obseruandum est maximè, quod vas electionis, vltra castißimos decantatißimósq́ue mores, vltra miracula, reuelationem & prophetiam, vt euangelicam quam prædicabat doctrinam, auctoritate firmißima roboraret, in eius confirmationem, concilij sententiã adduxit, dicens: iam cum patribus contuli, hæc etiam est eorum omnium doctrina, &c.

In controuersijs fidei ad illam ecclesiam est recurrendum, à qua cœpit propagari euangelium, &c.

Multa

Multa iam eliçuimus ex verbis illis Lucæ sæpius inculcatis, sed & hoc in eisdem verbis superest adnotandum, quod ecclesia Antiochena ad apostolos & presbyteros qui erant Hierosolymis congregati, quasi ad primates & totius ecclesiæ præsides, vt eos de catholica doctrina consuleret, Paulum & Barnabam, & quosdam ex alijs misit. Nec enim vacat, quod ad apostolos & presbyteros dixit, non autem ad cerdones aut veteramentarios, non ad milites, non ad duces, non denique ad nobiles, proceresq́ ipsius reipublicæ, ad eos ergo misit, quibus ex officio incumbebat fidei controuersias dirimere. Hinc etiam est, quod et diuus Paulus honorem gloriamq́ non minimam reputat, se suum euangelium contulisse cum his, qui videbantur aliquid esse. Sicut enim qui neglecto principe, magistratibusq́ contemptis, circa administrationem reipublicæ, populare vulgus consuleret, seditiosus iure haberetur, cùm circa munus publicum, qualis est administratio reipublicæ, nihil priuati homines, sed aut principes, aut magistratus possint cēsere: ita qui posthabitis ecclesiæ prælatis, quicquam circa religionē censuerit, meritò debet ab omnibus schismaticus iudicari. Nullus enim catholicus hucusque fidei symbolum aut confessionem à secularibus principibus, aut à plebe ordinatam, & non ab episcopis vidit. Cautissimè ergo imò sanctissimè, ecclesia Antiochena apostolos & presbyteros, non autem principes vulgus consuluit. Nec hoc est silentio prætermittendum, quod Antiochena ecclesia ad Hierosolymitanam mi- Caput II.

sit, quoniam ab ipsa, vt docet scriptura diuina, ac-
Actor. 11. *ceperat euangelium. Ait enim Lucas: Quod illi qui dispersi fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat sub Stephano, perambulauerunt vsque ad Phœnicem & Cyprum & Antiochiam, nemini loquentes verbum Dei, nisi solis Iudæis. Erant autem quidam ex eis, viri Cypri & Cyrenæi, qui cùm introissent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos, annunciantes Dominum Iesum, & erat manus Domini cum eis, multusq́ numerus credentium conuersus ad Dominum. Peruenit autem sermo ad aures ecclesiæ, quæ erat Hierosolymis, super istis, & miserunt Barnabam vsque ad Antiochiam: à patribus itaque à quibus acceperat euangelium voluit Antiochia doceri, quatenus ipsummet intelligere & obseruare deberet. Hac enim de causa potissimè, non id recusantibus Paulo & Barnaba, immò ipsis efficientibus, decreuit patres consulere. Apertissimè igitur, ex huius facti ratione, hanc cunctis necessariam ecclesijs, apostolicam instructionem colligimus. Quod ad illam semper ecclesiam est recurrendum in fidei controuersijs, à qua propagatum est euangelium. Ex quo deinde manifestè conficitur, vt quoniam ab ecclesia Romana omnis ecclesia tum græca tùm latina euangelicam doctrinam accepit, ad ipsam teneatur recurrere. Vtpote Petrus & Paulus apostolorum principes Romanam fundarunt ecclesiam. Hinc est, quod et diuus*
1. Cor. 4. *Paulus Corinthios increpans, quasi contemptores huius decreti apostolici, sic inquit: An à vobis verbum*

bum Dei processit, aut in vos solos peruenit? Quibus verbis potuit doctor gentium Corinthios efficacius arguere, aut quo erotemate potuit euidentius schismaticorum illorum insolentiam & superbiam reprimere? Hoc etiam Romana ecclesia ipsis Germanis iustissimè potest obijcere: Num à vobis Dei Euangelium processit, qui vosmetipsos, vt verè euangelicos commendatis? Num ad vos solos Dei verbum peruenit, qui eius germanum sensum solos vos habere iactatis? verè ab ecclesia Romana principe omnium ecclesiarum, velitis nolitis, euangelium vos accepisse fateri debetis. Sequamur ergo tantorum apostolorum exemplum, concilio siue Romanæ ecclesiæ dignitatem hanc deferamus, & quibus est vnus Deus, sit etiam vna doctrina. Quod si ecclesia apostolica vt Augustinus nos docet, iure sunt alijs præferendæ, vt quid nos dubitamus, primas inter alias ecclesias, ecclesiæ Romanæ tribuere? In canonicis scripturis ait Augustinus: Ecclesiarum catholicarum, quàm plurium auctoritatem sequamur, inter quas sanè illæ sunt, quæ apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Tantum Augustinus. His prærogatiuis inter omnes alias ecclesias, fulget ecclesia Romana, & in ea apostolorum princeps sedem apostolicam tenuit, ad eam etiam præcipuam suarum epistolarum apostolus Paulus direxit. Eam insuper omnes ecclesiæ, à tempore apostolorum hucusque, vt matrem, caputque omnium ecclesiarum sunt secutæ. Vnde sequentes ecclesiam Romanam,

Augusti. 2. de doctr. christi. cap. 8.

omnium

omnium pariter ecclesiarum sequuntur auctoritatem. Nam & ipsa ex traditione apostolorum, concilia ortis haeresibus hactenus congregauit, quamobrem omnes schismatici ei tanquam infestissimi inimici, atrocissimum bellum, apertum & intestinum nunquam destiterunt inferre. Meritò igitur ecclesiæ Romanæ omnes aliæ cedere debent.

Gloriæ mundanæ appetitus, fidei confessioni aduersatur.

Caput 12.

CHristus redemptor noster ideò nobis omnibus toties cōmendauit humilitatē, et toties quasi sedens in cathedra, nos eā omnes docuit, quo fulcimentum est omnium aliarum virtutum, & via
Matth. 11. *certissima ad indagandam comparandamq; veritatem. Discite, inquit, à me, quia mitis sum & humi-*
Ioan. 13. *lis corde. Et iterū: Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum etenim, exemplum enim de-*
Prouer. 11. *di vobis, &c. Deniq; sapiens dicit: Vbi superbia, ibi & contumacia: vbi verò humilitas, ibi & sapientia erit. Quod si auctores hæresum à Christo humilitatis doctore, doctrinam hanc didicissent, non dubium, quin se continerent, nec auderent in tot blasphe-*
Auguft. Episto. 58. *mias prorumpere. Augustinus inquit, Christo te, mi Dioscore, vt tota pietate subdas velim, nec aliam tibi ad capessandam & obtinendam veritatem viam munias, quàm quæ munita est ab illo, qui gressuum nostrorum tanquam Deus videt infirmitatem. Ea est autem prima humilitas, secunda humilitas, tertia hu*

militas

militas, & quoties interrogares, hoc dicerem. Hæc Augustinus. Cum itaque humilitati, qua intellectũ in fidei obsequium captiuamus, appetitus gloriæ mũdanæ repugnans sit, atque cõtrarius, erit planè hic appetitus fidei cõfeßioni cõtrarius. Hinc euãgelista Ioannes ait: quomodo potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo deo est, nõ quæritis. Et idem: Ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, vt de synagoga non eijcerentur, dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm Dei. Quod si spiritus paupertas adesset, & amorem inanis gloriæ, & pariter mũdanum timorem proculdubio contempsissent. Hic insanus & peßimus appetitus mentem inuadit, hominem seducit, rationem euertit, à confeßione fidei retrahit, & tandem excæcat hominem. Faxit misericos Deus, ne principes (quorum fidem bona pars subditorum amplectitur) sese inuicem honorantes, aut inuicem metuentes, vel fidem, vel errorem aßimulent. Sit igitur hic eorum verus principatus, hoc sit eorum amplißimum regnum, semetipsos vincere, errori non cedere, & nullis cupidinibus flecti. Tunc enim verè regnabunt, quando insatiabilem subegerint appetitum, quod doctißimè insinuauit Poeta, dũ ait: Latius regnes auidum domando spiritum, quàm si Lybiam remotis Gadibus iungas, & vterque Poenus seruiat vni. Quicunq; igitur à recto tramite veritatis exorbitauit, non iam resipiscentiam differat, nec eum pigeat erratum corrigere, idq; quàm primùm. Cùm enim nullus sit qui errare velit aut decipi,

Ioan. Cap. 5. 12. cap.

Horat.

cipi, sapientis erit errore cognito mutare consilium: sed inflati atque superbi, velle in errore persistere. Qui perseuerare vult in errore, quem semel admisit, captiuare vtique veritatem studet, nec dici potest constantia, sed temeritas, errorem velle defendere. Captiuare igitur intellectum in obsequium Christi, non est turpiter vinci, sed laudabiliter & gloriosissimè triumphare. Sancti nanque nolentes sapientes esse apud semetipsos, vicerunt proprium sensum, seq́; Christo & ecclesiæ catholicæ humiliter subdiderunt, ideo quasi Athletæ inuictissimi & morte occubuerunt pro Christo, & constantissima fide semper extiterunt victores. Hæc enim est vera victoria, quæ vincit mundum, fides nostra, quæ etiã patres veteris testamenti vicerũt regna, operati sunt iustitiam, & ideò adepti sunt repromissiones, &c.

Caput 13.

Opera iustitiæ ad vitam fidei sunt necessaria.

ADeò fidei confessio operaq́; iustitiæ ad salutẽ sunt necessaria, vt qui hæc aut illam excluserit, consequi salutem non valeat, quoniam & corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: & beati pauperes spiritu, quoniam, &c. Error quidẽ illorum, qui opera negant iustitiæ, ex locis scripturæ quàm plurimis apertissimè posset cõuinci. Vt ex illo Iacobi: Quid proderit fratres, si fidẽ quis dicat se habere, opera autem non habeat? Et infrà: Fides si non habet opera, mortua est. Et ad Romanos ait Paulus: Non auditores legis iusti sunt

apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Nobis autem locus hic potest abundè sufficere. Cùm enim palam sit omnibus, Christum has beatitudines ad opera retulisse iustitiæ, dicens: Beati pauperes spiritu, Beati pacifici, &c. Quis nisi malitia excæcatum habuerit intellectum, iustitiæ opera paruipendet? Aliud ergo est, pauperem esse spiritu, & aliud, fidem habere aut credere. Cùm igitur Christus dixerit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum, &c. Vltra fidem ipsam opera iustitiæ poposcit. Vnde quod ex Habacuc in sui erroris confirmatione hæretici solent adducere, vt eis libertate carnali indulgere genio liceat, nolunt omninò intelligere, iustus, inquiunt, ex fide viuit, quasi propheta dixerit, viuit ex sola fide, aut quasi non dixerit, iustus, & non fornicator, aut latro. Iustus quidē ex fide viuit, quoniam iustus est, qui benè operatur & iustè. Illam sententiā exponit Hieron. dicens: Neque quia fidem præferimus, legis opera destruimus. Et infrà: Non igitur ex fide Christi licentia nascitur delinquendi, sed ex dilectione fidei, voluntas boni operis augetur. Exemplum quo probatur, iustum ex fide viuere, & non ex operibus, de Habacuc tulit. Considerandum itaque, quia non dixerit, homo aut vir ex fide viuit, ne occasionem tribueret ad virtutum opera contemnenda, sed iustus ex fide viuit, vt quicunq; fidelis esset, & per fidem victurus, non aliter posit ad fidem venire, vel in ea viuere, nisi priùs iustus fuisset, & puritate vitæ, quasi quibusdam ad fidem gradibus ascendisset. Et infrà:

Habac. 2.

Hieron.

Super epi. ad Gal. c. 3.

Faciamus

Faciamus & nos aliquid simile huic, quod dicitur: iustus ex fide viuit, dicamus: Castus ex fide viuit, Sapiens ex fide viuit. Hactenus Hieronymus. Confeßio igitur fidei, & opera ipsa iustitiæ, ad salutem sunt necessaria. Nec enim Diuus Paulus prophetæ testimonium adduxit, vt à vita fidei neceßitatem operum tolleret, sed vt doceret, quod opera ad vitam iustitiæ minimè per se sola sufficiant, & quòd vt opera Deo sint grata, debeant ex fide procedere. Fides verò nisi eam opera comitentur, insufficiens est ad salutem. Viuit ergo iustus ex fide, quoniam & iustè operatur & credit.

Caput 14. Beatitudo. bonorum operum est merces.

POstquam superiori assertione ex verbis christi, operum neceßitatem ostendimus, reliquum est, vt pro huius sermonis coronide, expresso Dei verbo monstremus, beatitudinem esse operum bonorum mercedem. Et quidem veritatem istam apertißimè ipsa nos veritas docet, ait enim: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa in cælis. Ecce vbi tam clarè Christus ipsamet veritas loquitur, non opus erat aliunde quærere testimonium, nec enim æquiuocis translatis, aut obscuris verbis est vsus, sed propriјßimis, & ipsißimam rem exprimentibus, vt nullus de veritate ista quoquo modo posset ambigere, vestra inquit merces. Vbi merces est, omninò reperitur & meritum. Cùm igitur Christus dicat, in cælis esse nostram mercedem, fas non est dubitare, meritum

tũ in nobis præcedere. Hæc merces nostra est beatitudo Hinc est quod regius propheta cõcinit. In iustitia, inquit, apparebo conspectui tuo. Et itẽ Paulus: regnũ Dei non est esca & potus, sed iustitia, &c. Iustitia id est, bona opera, quibus (si illa ex fide & charitate procedant) vitam æternam meremur. Chrysostomus cum Theophylacto inquit: In regnum dei introducit iustitia, hoc est, virtus vniuersa, inculpata vita. Et infrà: Iustitia subministrat regnum æternum. Augustinus enim inquit: Deus per quem improbamus eorum errorem, qui animarum merita nulla esse apud te putant. Ambrosius etiam ait: Quoniam studia ipsa virtutum, sine remuneratione torpescunt, et exemplum nobis attulit, & mercedem spopondit è cælo, filios Dei futuros pollicens, qui fuerint imitatores eius. Qui enim festinat ad præmium, fastidire nõ debet exemplum, quia quantò præcellentius præmium, tantò impensius officium: sed vt quid, Deum immortalem, tot iam congerimus testimonia, vbi tam luculenter, & toties hanc veritatem inculcat scriptura diuina? Vbi vnus est totius ecclesiæ catholicæ sensus, vna omnium sacrorum doctorum sententia. Firmissima igitur fide tenendum est, Deum (qui in stadio ecclesiæ certantibus præmium æternum constituit) statuissent bona opera, meritum essent ad illud. vt quid enim redemptor noster beatitudinem dixit esse mercedem, si nullum ad illam est meritum? eodẽ namq; modo merces refertur ad meritum, sicut pater refertur ad filium, non igitur sine merito potest intelligi merces: sed opera ex constitutione diuina, merce-

Psalm. 10.

Ad Rom. cap. 14.

Ambros. Sup. Lu. l. 5. ca. 26.

Eee dis

dis æternæ sunt meritum. Sicut enim pecunia certam æstimationem suapte natura non habet, sed tantùm à lege: ita bona opera, non ex natura hominis,
Matt c. 19. *sed ex constitutione diuina, meritoria sunt procul-*
Psal. 61. & *dubio æternæ beatitudinis. Si vis, inquit Christus,*
ad Rom. c. *ad vitam ingredi, serua mandata. Et sacer Psalmus: Reddet vnicuiq; iuxta opera sua. Ad idem sapiens:*
2. Sap. 10. *Reddet iustis mercedem laborum suorum. Ex hac igitur diuina lege opera, quæ nullius erant valoris, accepere æstimationem. Quid enim aliud redemptor noster insinuauit in hoc euangelio, nisi beatitudinem bonorum operum esse mercedem? Beati, inquit, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum: nec enim paupertas spiritus est ipsa beatitudo: sed vt cibus dicitur sanus, non quia sanitatem habeat, sed quia sanitatem efficiat: ita paupertas spiritus non est quidem beatitudo, sed meritoria causa ipsius beatitudinis. Huic etiam & illud simile est, quod Christus dixit ad Petrum: Bea-*
Matt. 16. *tus es Simon Bariona. Non enim confiteri Christum esse filium Dei, est beatitudo: sed confessio illa, meritum est ad ipsam beatitudinem. Et inde est, quod locutione diuinæ scripturæ, iusti omnes, qui Dei præcepta custodiunt, vocantur beati, quoniam adimpletione mandatorum Dei vi-*
Psalm. 1. *tam æternam merentur. Beatus vir, qui non abi-*
Psal 118. *it in consilio impiorum. Beati immaculati in*
Psal. 128. *via, qui ambulant in lege Domini. Beati omnes qui timent Dominum. Verissimè igitur meritis bonorum operum promeremur æternam mercedem*

cedem. Nec ideo tamen gratiam diuinam excludimus, aut vel tantillum ei aduersamur. Cùm enim merita nostra, à diuina gratia proficiscantur, inde potiùs ipsam gratiam extollimus. & maximè commendamus. verißimum quidem, quoniam nulli quicquam debeat misericors Deus. Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei? Sed magnificentißima gratia eis, qui iustitiæ vacassent operibus, beatitudinem æternam promisit: Postquam verò gratis se debitorem constituit, quia iustus est & fidelis, seruat ex iustitia promissum. Quapropter & doctor gentium ideo beatitudinem vocat coronam iustitiæ, quia iustis operibus debetur, ex promißione diuina. Humilibus igitur, pacificis, & misericordibus, & his qui non secuncundum carnis prudentiam Deo inimicam vixerunt, promissum est regnum cælorum: amatoribus verò seculi, qui pauperes spiritu, & cæteros iustos derisui habuerunt, paratum est æternum supplicium, illi per humilitatem & fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam: & ideo adepti sunt repromißiones. Hi quoniam operibus iustitiæ, seculi diuitias vanitatemquè prætulerunt, ibunt in ignem æternum: illi lætabuntur cùm viderint vindictam, lauabunt manus in sanguine peccatorum. Hi præ angustia spiritus ingemiscent dicentes: Illi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij: nos insensati vitam illorum existimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt

2.ad Tim. 4.

Psalm. 57. Sapi. 5.

inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est? Errauimus à via veritatis, & lumen iustitiæ non illuxit nobis. Hæc vox erit hæreticorum in exterioribus tenebris existentium, qui quoniam lumini fidei scienter impedimento fuerunt, perenniter intabescent, & debitas pœnas exoluent. Qui autem cum apostolo bonū certamen certauerint, cursum consummauerint, fidem seruauerint, repositam in cælis iustitiæ coronam habebunt. Quam pro bonis operibus reddet iustissimus iudex. Qui cum patre & spiritu sancto regnat nunc & in perpetuum. Amen.

FRANCISCI CORDVBENSIS MINORITAE DE ECCLESIASTICORVM PRAEPOSItorum ministerio ac residentia libellus, denuò recognitus atq; auctus.

Ecclesiastica officia certiùs per diuinam legem, quàm per humanam innotescunt.

Caput 1.

DOminus noster Iesus Christus Iudæis non credentibus, eum esse filium Dei, neque eidem æqualem, delegit testes ad fidem faciendam, dicens: Ego autem non ab homine testimonium accipio. Per hæc verba Christus hominum testimonium suspectum non reddit, sed ostendit, quod ad confirmãda diuina mysteria, quæ & naturam, & nostri intellectus acumen excedunt, non est sufficiens hominis testimonium, sed est necessarium diuinum. Ideo Christus inquit: Ego autem habeo testimonium maius homine. Et infra: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternã habere, et illæ sunt quæ testimoniũ perhibent de me. Ecce quomodo diuina scriptura est diuinũ testimoniũ, quo per fidem Christus, qui est caput ecclesiæ, & ipsa ecclesia; quæ est corpus eius cognoscitur. Sicut enim ipse Christus, est quid super naturam, quia vnâ personâ est Deus, & est ho- Ioan. 5.

mo: Ita ecclesia, in quantum est eius corpus, est quid super naturam, quia non quaecunque hominum congregatio est ecclesia, sed illa tantùm, quae vnitur Deo per christianam religionem. Religio verò christiana, diuina mysteria concernit. Ecclesia ergo est quid super naturam. Vnde ad definiendum & intelligendum ea quae ad ecclesiam pertinent, petenda sunt testimonia non ab homine, sed à Deo, & ideo scrutanda est scriptura diuina, nam illa est quae de Christo testimonium perhibet, & de eius corpore, quod est ecclesia. Cùm verò clerus sit principale membrum corporis Christi mystici, & clericorum ministeria sint principales actus ipsius corporis, ab ipsa diuina scriptura petendum est, quid de praelatorum residentia, & de eorum ministerio personali sit sentiendum. Certior enim per ipsam scripturam, quàm per humanum ius, huius rei habebitur notitia: cùm ecclesia & eius magistratus, non ab homine, sed à deo sint constituta.

A Christo magistratus ecclesiastici, propter operationem, sunt instituti.

Caput 2.

Qvamuis ciuilis Respublica suos magistratus instituat varietq́;, quãdo reipublicae bono expedire videtur, ecclesia tamen hac potestate variandi magistratus, quos ipse Christus instituit, omninò priuatur. Nam Reipublicae ciuilis magistratuum potestas ab ipsa Republica est constituta. Est enim potestas in populo ad constituendos magistratus, ob

ob temporalis pacis, eiusdem Reipublicæ conseruationem. At potestas spiritualis episcopatus & sacerdotij non potest esse in ecclesia, nisi ab ipso Christo collata, quia hæc potestas, principaliter ordinatur ad æternā pacem, quæ superat omnem sensum, & sic non ab hominibus, sed à deo est instituta. Ait enim scriptura: Et *ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam aūt prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationē corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatē fidei, in agnitionem filij Dei.* Ad Ephes. 4. *Deus enim est qui episcopatus, & sacerdotij potestates instituit, quamuis hominum ministerio ad istas potestates spirituales homines promoueantur. Iam cùm potestates ecclesiasticæ à Deo sint institutæ, quis eas dixerit potestates esse nomine tenus? Proculdubio Christus redemptor noster non apostolos, aut euangelistas titulares instituit, sed vnicuique ecclesiastici potestati suum annexuit ministerium. Vnde Paulus, ecclesiæ ministros, corporis comparat membris, ea de causa, quia sicut in corpore oculus & manus, ex eorum propria natura habent suos actus, & hoc à Deo creante natura (nam qui fecit oculum, ad actum videndi fecit eum) aliàs frustrà oculus creatus esset, si proprium actum non haberet, ita redemptor noster episcopos & presbyteros instituens, non frustrà, sed ad suas oues cura & solicitudine pascendas instituit. Hoc est quod ait apostolus:* Ad consummationem sanctorum in opus ministerij. *Ecce quomodo ad ministeriū*

 sunt

sunt instituti prælati, & sic Paulus se & alios apostolos, euangelij ministros vocat.

Caput 3. Habens potestatem ecclesiasticam astringitur ad operandum.

CVm ergo ex præmissis, Christum potestates ecclesiasticas ad suas oues pascendas constet instituisse, iam euidenter sequitur, quòd qui adeptus est potestatem ecclesiasticam & honorem episcopatus, astringatur diuino iure ad eiusdem episcopatus onera subeunda. Quia sicut suapte natura oculi sunt ad videndum, ita & prælati ad oues Christi pascendas sunt ex institutione diuina. Et quod in oculo valet natura rerum, id vt in episcopatus munere fiat, præcipit lex ipsa diuina. Vnde in eodem præcepto, quo ad Christi euangelium annunciandum apostoli tenebantur, eodem & ad prædicandum, & ad gregem Christi pascendum, episcopi qui eandem cum apostolis potestatem ordinis obtinuerunt tenentur. Neque vllus hoc poterit rationabiliter inficiari, cùm princeps apostolorum apertissimum scripturæ testimonium allegans, id in electione Matthiæ apertissimè demonstrarit.
Acto. 1. *Scriptum est enim, inquit, in libro Psalmorum. Et episcopatum eius accipiat alter.*
Ioan. 20. *Deinde sicut verba illa: Accipite spiritumsanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Hodie habent efficaciam in ecclesia, quia verbis illis potestas absoluendi à peccatis tradita est sacerdotibus, ita quãdo Christus*
Ioan. 21. *redemptor noster ouium suarum curam Petro mandauit, pasce (inquit) oues meas, verba illa ad omnes*

nes ecclesiæ prælatos direxit. Sicut ergo verbis illis Christi, personaliter Petrus, & non per vicarios, tenebatur annunciare euangelium, ita & omnes ecclesiæ prælati eodem iure tenentur, neque facient satis diuino præcepto oues per vicarios pascendo. Ad hæc, quàm districtè curam suarum ouium Christus apostolis iniunxerit atque præceperit, Paulus insinuat dicens: Si enim euangelizauero non est mihi gloria, necessitas mihi incumbit, væ autem mihi est, si non euangelizauero. Singula verba emphasim habent. Necessitas, inquit, incumbit, mihi, & non alteri pro me. Qui ergo secus fecerit, ac apostolus Christi declarat, nullo modo euadere poterit væ vltionis diuinæ, & per consequens ecclesiæ prælati tenentur ex præcepto diuino oues Christi pascere personaliter. 1. ad Co. 9.

Prælatorum residentia continetur in præcepto de euangelizando.

Cap. 4.

CVm prælati diuino iure, ratione dignitatis quam habent, ouium curam gerere, easque vt satis iam constat, pascere personaliter teneantur, euidenter ex his consequitur, eodem iure diuino prælatos ecclesiæ ad residentiam personalem teneri, quo & tenentur pascere Christi gregem. Qua enim ratione secundum diuinum præceptum, munus episcopatus sine residentia poterunt exercere? Sicut enim eodem iure diuino tenemur diligere proximum & eidem indigenti subuenire (quia ad præceptum de proximi dilectione, subuectio per elemosynam per-

tinet, vt docet scriptura inquiens: Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua, quomodo charitas Dei manet in eo) ita eodem iure diuino prælati ecclesiastici, euangelizare & residere tenentur. Quotiescunque enim tenemur ad vnum quod præsupponit aliud, sine quo minimè potest fieri, quo præcepto tenemur ad vnum, eodem tenemur ad aliud. Cùm ergo ecclesiæ prælati teneantur iure diuino euangelium personaliter annunciare, & hoc sine residentia nequaquam effici possit, consequens inde fit eos ad residentiam eodem iure teneri. Neque enim sunt distincta præcepta oues Christi pascere, apud ipsasq́; residere, cùm tantùm sit vnum præceptum de ouibus Christi pascendis, & illud prælatorũ residentiam includat. Mora enim et incolatus episcopi, dùm verbo & doctrina in sua diocesi non laborat, tantum abest vt ædificet, vt nihil magis & destruat & scandalizet. Talis prælatus ecclesiæ, cùm nullius sit frugi, sitq́; nomine pastoris indignus, ouium vtilitati non consulit, sed ecclesiæ bona consumit, & per consequens transgreditur præceptum diuinum. Prælatus ergo sit instar solis præsentiæ, quem lux comitatur & calor, legem Christi doceat, ad ipsamq́; faciendam subditorum animos moueat, vt verè sit in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi.

1. Ioan. 3.

Prælati vt miniſtrent, non vt dominentur à Chriſto ſunt inſtituti.

QVanquam in eccleſia Chriſti, epiſcopalis poteſtas ſit publicum munus, oportet tamen quod ſit in aliquo homine, qui illo fungatur munere, cùm poteſtas ſit perſonalis quantum ad actum & exercitium, neq; poſſit eſſe in tota communitate, ſicut eſt quæcunq; poteſtas ciuilis. Quoniam in aliquibus quidem ciuitatibus ciuilis poteſtas eſt penes regem, in alijs verò penes ſenatum, in alijs autem penes populum, in catholica verò eccleſia epiſcopatus ſiue ſacerdotij poteſtas, non penes ſenatum, neq; penes populum, ſed penes ſingulos epiſcopos ſiue presbyteros eſt, quod Paulus apertè ſatis docet, dicens: Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. Et quoſdam quidem poſuit Deus in eccleſia primùm apoſtolos, ſecundò prophetas, tertiò doctores deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum. Nunquid omnes apoſtoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? &c. Vnde paſcere Chriſti oues eſt actus, & debitum perſonale. Hoc expreſſè continetur, in ſacra ſcriptura. Nam Chriſtus de ſe dicit: Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Hoc imitati ſunt apoſtoli, qui verbo & opere fuerant (vt ait apoſtolus) miniſtri euangelij, et diſpenſatores miniſteriorum Dei. In hoc gradu conſtituti ſunt apoſtoli à Chriſto miniſtri. Ait enim

Cap. 5.

1. ad Cor. 12.

Matt. 20.

1. ad Co. 4.

Ioan. 21.

Matt 28. *Petro. Pasce oues meas, & alibi: Euntes docete om-*
Marc. 16. *nes gentes, baptizantes eos. Item: prædicate euange*
Luc. 22. *lium omni creaturæ. Et in alio loco. Hoc facite in me*
am commemorationem: & multa alia his similia, in
quibus exprimitur ministerium personale debitum-
q; personale à Christo iniunctum apostolis, à quo li-
berari non poterant ministerio vicariorum. Christi
enim apostoli ordinauerunt & elegerunt alios apo-
stolos & episcopos, & presbyteros, vt haberent socios
Hieron. ad *coadiutoresq; in ministerio. Hieronymus enim ait:*
Gala. ca. 1. *Paulatim verò tẽpore procedente, & alij ab his, quos*
Dominus elegerat, ordinati sunt apostoli. Nam iu-
xta Christi verbum, messis quidem multa, operarij
autem pauci erant, rogauerunt Deum qui est Do-
minus messis, & misit illis alios, qui simul cum illis
facti sunt episcopi & operarij, &c. Non enim habu-
erunt apostoli potestatem, seu potiùs licentiam, quã
in hoc seculo aliqui ecclesiæ prælati vsurpant, nullũ
ministerium exercentes per se ipsos, sed omnia per
conductitios ministros. Aliud est enim assumere
coadiutores, & consortes ad pascendas oues Christi,
quando episcopus est idoneus, & personaliter docet,
tamen indiget adiutorio, quia solùs ad tantum opus
non sufficit, hoc enim & apostoli Christi fecerunt.
Aliud est sufficere vicarium, quando episco-
pus legem Dei ignorat, aut non vult etiam si sit suf-
ficiens, onera episcopatus subire, vel occupatus est cu
ris alijs, quibus nemo militans Deo implicatur. Cùm
ergo ex hoc abusu innumera mala sequantur, maxi-
mè omnium interest ecclesiæ, illum exterminare.

Etenim

Etenim qua fronte quis dixerit, Christum redemptorem nostrum, Dominos non ministros in ecclesia constituisse? Qui quidem, vt quorumcunque prælatorum futuros dolos retexeret, discipulos suos edocuit, dicens: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos, non ita erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Neque enim hoc loco redemptor noster dominium politicum damnat, sed admonet & ostendit, ecclesiasticis magistratibus, ab ipsomet institutis ministerium personale inseparabiliter adhærere. Et hac de causa episcopus, hoc est speculator, minister etiã atque seruus vocatur. Matt. 20.

Prælato ministranti, diuino iure debetur stipendium.

Caput 6.

Sicut apostolis, episcopis, discipulis, & presbyteris (quos sui euangelij Christus instituit ministros) potestatem fecit, vt ad vitam degendam acciperent necessaria, ita & populis præceptum iniunxit, vt spiritualia ministrantibus, ipsi tribuerent temporalia. De iure autem, quo populus christianus tenetur alere ministros ecclesiæ, nullus hactenus vertit in dubium, sed omnes diuino iure populum ad hoc teneri, sine controuersia fatentur. At ex eo quod ecclesiæ prælati, per se ipsos sacra ministrant, populus tenetur eis tribuere necessaria, & ipsi prælati licitè eadem possunt accipere (vtrunque enim & debitum soluendi,

inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est? Erravimus à via veritatis, & lumen iustitiæ non illuxit nobis. Hæc vox erit hæreticorum in exterioribus tenebris existentium, qui quoniam lumini fidei scienter impedimento fuerunt, perenniter intabescent, & debitas pœnas exoluent. Qui autem cum apostolo bonũ certamen certauerint, cursum consummauerint, fidem seruauerint, repositam in cælis iustitiæ coronam habebunt. Quam pro bonis operibus reddet iustissimus iudex. Qui cum patre & spiritu sancto regnat nunc & in perpetuum. Amen.

FRANCISCI CORDVBENSIS MINORITAE DE ECCLESIASTICORVM PRAEPOSItorum ministerio ac residentia libellus, denuò recognitus atq; auctus.

Ecclesiastica officia certiùs per diuinam legem, quàm per humanam innotescunt.

Caput I.

Dominus noster Iesus Christus Iudæis non credentibus, eum esse filium Dei, neque eidem æqualem, delegit testes ad fidem faciendam, dicens: Ego autem non ab homine testimonium accipio. Per hæc verba Christus hominum testimonium suspectum non reddit, sed ostendit, quod ad confirmandā diuina mysteria, quæ & naturam, & nostri intellectus acumen excedunt, non est sufficiens hominis testimonium, sed est necessarium diuinum. Ideo Christus inquit: Ego autem habeo testimonium maius homine. Et infra: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternā habere, et illæ sunt quæ testimoniū perhibent de me. Ecce quomodo diuina scriptura est diuinū testimoniū, quo per fidem Christus, qui est caput ecclesiæ, & ipsa ecclesia; quæ est corpus eius cognoscitur. Sicut enim ipse Christus, est quid super naturam, quia vnâ personâ est Deus, & est ho- Ioan. 5.

ob temporalis pacis, eiuſdem Reipublicæ conſeruationem. At poteſtas ſpiritualis epiſcopatus & ſacerdotij non poteſt eſſe in eccleſia, niſi ab ipſo Chriſto collata, quia hæc poteſtas, principaliter ordinatur ad æternã pacem, quæ ſuperat omnem ſenſum, & ſic non ab hominibus, ſed à deo eſt inſtituta. Ait enim ſcriptura: Et *ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos, quoſdam aũt prophetas, alios verò euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationẽ corporis Chrſti, donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, in agnitionem filij Dei. Deus enim eſt qui epiſcopatus, & ſacerdotij poteſtates inſtituit, quamuis hominum miniſterio ad iſtas poteſtates ſpirituales homines promoueantur. Iam cùm poteſtates eccleſiaſticæ à Deo ſint inſtitutæ, quis eas dixerit poteſtates eſſe nomine tenus? Proculdubio Chriſtus redemptor noſter non apoſtolos, aut euangeliſtas titulares inſtituit, ſed vnicuique eccleſiaſtici poteſtati ſuum annexuit miniſterium. Vnde Paulus, eccleſiæ miniſtros, corporis comparat membris, ea de cauſa, quia ſicut in corpore oculus & manus, ex eorum propria natura habent ſuos actus, & hoc à Deo creante natura (nam qui fecit oculum, ad actum videndi fecit eum) aliàs fruſtrà oculus creatus eſſet, ſi proprium actum non haberet, ita redemptor noſter epiſcopos & presbyteros inſtituens, non fruſtrà, ſed ad ſuas oues cura & ſolicitudine paſcendas inſtituit. Hoc eſt quod ait apoſtolus: Ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij. Ecce quomodo ad miniſteriũ* Ad Epheſ. 4.

sunt instituti prælati, & sic Paulus se & alios apostolos, euangelij ministros vocat.

Caput 3. Habens potestatem ecclesiasticam astringitur ad operandum.

CVm ergo ex præmissis, Christum potestates ecclesiasticas ad suas oues pascendas constet instituisse, iam euidenter sequitur, quòd qui adeptus est potestatem ecclesiasticam & honorem episcopatus, astringatur diuino iure ad eiusdem episcopatus onera subeunda. Quia sicut suapte natura oculi sunt ad videndum, ita & prælati ad oues Christi pascendas sunt ex institutione diuina. Et quod in oculo valet natura rerum, id vt in episcopatus munere fiat, præcipit lex ipsa diuina. Vnde in eodem præcepto, quo ad Christi euangelium annunciandum apostoli tenebantur, eodem & ad prædicandum, & ad gregem Christi pascendum, episcopi qui eandem cum apostolis potestatem ordinis obtinuerunt tenentur. Neque vllus hoc poterit rationabiliter inficiari, cùm princeps apostolorum apertissimum scripturæ testimonium allegans, id in electione Matthiæ apertissimè
Act. 1. *tissimè demonstrarit. Scriptum est enim, inquit, in libro Psalmorum. Et episcopatum eius accipiat alter.*
Ioan. 20. *Deinde sicut verba illa: Accipite spiritumsanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Hodie habent efficaciam in ecclesia, quia verbis illis potestas absoluendi à peccatis tradita est sacerdotibus, ita quãdo Chri*
Ioan. 21. *stus redemptor noster ouium suarum curam Petro mandauit, pasce (inquit) oues meas, verba illa ad omnes*

nes ecclesiæ prælatos direxit. Sicut ergo verbis illis Christi, personaliter Petrus, & non per vicarios, tenebatur annunciare euangelium, ita & omnes ecclesiæ prælati eodem iure tenentur, neque facient satis diuino præcepto oues per vicarios pascendo. Ad hæc, quàm districtè curam suarum ouium Christus apostolis iniunxerit atque præceperit, Paulus insinuat 1. ad Co. 9.
dicens: Si enim euangelizauero non est mihi gloria, necessitas mihi incumbit, væ autem mihi est, si non euangelizauero. Singula verba emphasim habent. Necessitas, inquit, incumbit, mihi, & non alteri pro me. Qui ergo secus fecerit, ac apostolus Christi declarat, nullo modo euadere poterit væ vltionis diuinæ, & per consequens ecclesiæ prælati tenentur ex præcepto diuino oues Christi pascere personaliter.

Prælatorum residentia continetur in præcepto de euangelizando.

Cap. 4.

CVm prælati diuino iure, ratione dignitatis quam habent, ouium curam gerere, easq́ue, vt satis iam constat, pascere personaliter teneantur, euidenter ex his consequitur, eodem iure diuino prælatos ecclesiæ ad residentiam personalem teneri, quo & tenentur pascere Christi gregem. Qua enim ratione secundum diuinum præceptum, munus episcopatus sine residentia poterunt exercere? Sicut enim eodem iure diuino tenemur diligere proximum & eidem indigenti subuenire (quia ad præceptum de proximi dilectione, subuectio per elemosynam per-

tinet, vt docet scriptura inquiens: Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua quomodo charitas Dei manet in eo) ita eodem iure diuino prælati ecclesiastici, euangelizare & residere tenentur. Quotiescunque enim tenemur ad vnum quod præsupponit aliud, sine quo minimè potest fieri, quo præcepto tenemur ad vnum, eodem tenemur ad aliud. Cùm ergo ecclesiæ prælati teneantur iure diuino euangelium personaliter annunciare, & hoc sine residentia nequaquam effici possit, consequens inde fit eos ad residentiam eodem iure teneri. Neque enim sunt distincta præcepta oues Christi pascere, apud ipsasq; residere, cùm tantùm sit vnum præceptum de ouibus Christi pascendis, & illud prælatorũ residentiam includat. Mora enim et incolatus episcopi, dùm verbo & doctrina in sua diocesi non laborat, tantum abest vt ædificet, vt nihil magis & destruat & scandalizet. Talis prælatus ecclesiæ, cùm nullius sit frugi, sitq; nomine pastoris indignus, ouium vtilitati non consulit, sed ecclesiæ bona consumit, & per consequens transgreditur præceptum diuinum. Prælatus ergo sit instar solis præsentiæ, quem lux comitatur & calor, legem Christi doceat, ad ipsamq; faciendam subditorum animos moueat, vt verè sit in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi.

1. Ioan. 3.

Prælati

Prælati vt miniſtrent, non vt dominentur à Chriſto ſunt inſtituti.

QVanquam in eccleſia Chriſti, epiſcopalis poteſtas ſit publicum munus, oportet tamen quod ſit in aliquo homine, qui illo fungatur munere, cùm poteſtas ſit perſonalis quantum ad actum & exercitium, neq; poßit eſſe in tota communitate, ſicut eſt quæcunq; poteſtas ciuilis. Quoniam in aliquibus quidem ciuitatibus ciuilis poteſtas eſt penes regem, in alijs verò penes ſenatum, in alijs autem penes populum, in catholica verò eccleſia epiſcopatus ſiue ſacerdotij poteſtas, non penes ſenatum, neq; penes populum, ſed penes ſingulos epiſcopos ſiue presbyteros eſt, quod Paulus apertè ſatis docet, dicens: Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. Et quoſdam quidem poſuit Deus in eccleſia primùm apoſtolos, ſecundò prophetas, tertiò doctores deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum. Nunquid omnes apoſtoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? &c. Vnde paſcere Chriſti oues eſt actus, & debitum perſonale. Hoc expreßè continetur, in ſacra ſcriptura. Nam Chriſtus de ſe dicit: Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Hoc imitati ſunt apoſtoli, qui verbo & opere fuerant (vt ait apoſtolus) miniſtri euangelij, et diſpenſatores miniſteriorum Dei. In hoc gradu conſtituti ſunt apoſtoli à Chriſto miniſtri. Ait enim

Cap. 5.
1. ad Cor. 12.
Matt. 20.
1. ad Co. 4.
Ioan. 21.

Petro

Matt. 28. *Petro. Pasce oues meas, & alibi: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos. Item: pradicate euangelium omni creatura. Et in alio loco: Hoc facite in meam commemorationem: & multa alia his similia, in quibus exprimitur ministerium personale debitumq́ personale à Christo iniunctum apostolis, à quo liberari non poterant ministerio vicariorum. Christi enim apostoli ordinauerunt & elegerunt alios apostolos & episcopos, & presbyteros, vt haberent socios coadiutoresq́ in ministerio. Hieronymus enim ait: Paulatim verò tēpore procedente, & alij ab his, quos Dominus elegerat, ordinati sunt apostoli. Nam iuxta Christi verbum, messis quidem multa, operarij autem pauci erant, rogauerunt Deum qui est Dominus messis, & misit illis alios, qui simul cum illis facti sunt episcopi & operarij, &c. Non enim habuerunt apostoli potestatem, seu potiùs licentiam, quā in hoc seculo aliqui ecclesia pralati vsurpant, nullū ministerium exercentes per se ipsos, sed omnia per conductitios ministros. Aliud est enim assumere coadiutores, & consortes ad pascendas oues Christi, quando episcopus est idoneus, & personaliter docet, tamen indiget adiutorio, quia solus ad tantum opus non sufficit, hoc enim & apostoli Christi fecerunt. Aliud est sufficere vicarium, quando episcopus legem Dei ignorat, aut non vult etiam si sit sufficiens, onera episcopatus subire, vel occupatus est curis alijs, quibus nemo militans Deo implicatur. Cùm ergo ex hoc abusu innumera mala sequantur, maximè omnium interest ecclesia, illum exterminare.*

Marc. 16. Luc. 22. Hieron. ad Gala. ca. 1.

Etenim

Etenim qua fronte quis dixerit, Christum redemptorem nostrum, Dominos non ministros in ecclesia constituisse? Qui quidem, vt quorumcunque prælatorum futuros dolos retexeret, discipulos suos edocuit, dicens: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos, non ita erit inter vos, sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Neque enim hoc loco redemptor noster dominium politicum damnat, sed admonet & ostendit, ecclesiasticis magistratibus, ab ipsomet institutis ministerium personale inseparabiliter adhærere. Et hac de causa episcopus, hoc est speculator, minister etiã atq; seruus vocatur. Matt. 20.

Prælato ministranti, diuino iure debetur stipendium.

Caput 8.

SIcut apostolis, episcopis, discipulis, & presbyteris (quos sui euangelij Christus instituit ministros) potestatem fecit, vt ad vitam degendam acciperent necessaria, ita & populis præceptum iniunxit, vt spiritualia ministrantibus, ipsi tribuerent temporalia. De iure autem, quo populus christianus tenetur alere ministros ecclesiæ, nullus hactenus vertit in dubium, sed omnes diuino iure populum ad hoc teneri, sine controuersia fatentur. At ex eo quod ecclesiæ prælati, per se ipsos sacra ministrant, populus tenetur eis tribuere necessaria, & ipsi prælati licitè eadem possunt accipere (vtrunq; enim & debitum soluendi,

soluendi, & potestas accipiendi, ex vno illo capite oritur) ergo quo iure populus tenetur ministros alere, eodem ipsi prælati ad gregem Christi pascendum per se ipsos astringuntur, nec satisfaciunt per vicarios. AdGala.6. *Paulus enim ait: communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Ecce ex diui Pauli sententia, communicatio spiritualium, & communicatio temporalium, tanquam correlatiua se habent in lege diuina. Quod cùm ita sit, quo iure episcopo spiritualia non ministranti, licebit exigere temporalia? Nonné exactioni huiusmodi apertè contra dicit scriptura? Ecce* Matt. 10. Marc. 11. *inquit: Dignus est operarius cibo suo. Et in alio loco* 1. ad Cor. 10. *Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt. Et qui altari deseruiunt, cum altari participant. Si nos spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus. Ex his & alijs scripturæ quàm plurimis testimonijs manifestum est, potestatem accipiendi temporalia, in ministerio personali fundari. Ex quo fit consequens: Contra illam dei legem esse, quod ecclesiasticus non ministrans accipiet temporalia. Sequitur deinde populum diuina lege non teneri, eidem non ministrãti bona illa communicare. Est etiam contra equitatem legemq; naturalem, vt stipendium lege diuina ministrantibus constitutum detur, aut non ministrantibus, aut non bene meritis de ecclesia. Paulus enim dicit: Nulla mihi ecclesia communicauit, in ratione dati & accepti, nisi vos. Ipse enim non semper vsus est hac potestate accipiendi, & diuino*

iuri

iuri, quo ab illis quibus euangelium annunciabat, poterat accipere temporalia; cessit vt et merito de hoc sit laudandus. sed proh dolor, quia nunc temporis multæ, ne dicam quàm plurimæ ecclesiæ, iustè de suis pastoribus conqueri possunt, quæ cùm eis sufficientissimè temporalia communicent, ipsi tamen aut non resident, aut per seipsos spiritualia non ministrant. Vnde non bene cohærent ista duæ propositiones, scilicet: Prælatus diuino iure habet potestatem accipiendi bona ecclesiæ: &, prælatus iure humano & non diuino tenetur ad residentiam: Nec istæ benè consentiunt: Prælatus non tenetur diuino iure, sed humano personaliter ministrare: & populus diuino iure tenetur prælatum alere.

Ex Christi lege prælatorum residentia est. Caput 7.

Sapientia enim diuina, per boni pastoris parabolam explicat curam & solicitudinem, quam Ioan. 10.
ouium Christi iure diuino prælati tenentur habere. Est autem notissimum, scripturam sacram vti verbis translatis, quæ magis explicant atque significant rem intentam à spiritusancto. Quod Ioan. 10.
iam iam patebit. Ego (inquit Christus) sum pastor bonus, bonus pastor animam suam, &c. Plus Christus his verbis significat, quàm si proprijs vsus fuisset, dicens videlicet, bonus prælatus aut bonus episcopus, &c. Pastor enim tantam curam habet ouiũ, vt die noctéq; non deserat oues, incolit loca deserta,

quia ibi sunt pascua, non conuersatur inter homines, vt præsens sit ouibus, non quærit delitias, sed ouium tantum vtilitatem. Talem quippe curam & solicitudinem Christus voluit in hac translatione significare, qua nulla esset maior aut æqualis. Quod quidem ipsius Christi verba sequentia declarant. Qui autem (inquit) intrat per ostium, pastor est ouium, huic ostiarius aperit, & vocem eius oues audiunt, et proprias oues vocat nominatim, & educit eas; & cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit, et oues illum sequuntur. Quid significantiùs dici potuit ad explicandam residentiam, & curam personalem pastoris: & quomodo oues audient vocem pastoris, si pastor est de illis speculatoribus, de quibus scriptum est: Speculatores eius cæci, omnes nescierunt, vniuersi canes muti, non valentes latrare? Qui enim non residet, quomodo vocabit nominatim oues quas non cognoscit? Quomodo educet eas? & quomodo eum oues sequentur? Quid aliud per parabolam pastoris Christus enucleare intendit, nisi supremam circa suum gregem curam prælatorum? Et quibus verbis expreßiùs potuit residentia significari, quàm illis? Mercenarius autem videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit & dispergit oues. Si residentia non esset necessaria, aut non esset ex lege diuina, quomodo relinquens oues argueretur? pastoris quippe officium, ex natura rei residentiam includit. Non est enim pastor ouium qui ciuitates incolit, & viuit in delitijs: quia pastoris est minare gregem ad pascua, & seruare oues ab incursione

Esaiæ 26.

ſione ferarum. Et ſicut hæc duo neceſſariò exigunt paſtoris præſentiam, ſic populus ſemper indiget doctrina & præſidio, contra diaboli incurſus. Ideo Chriſtus (vt inquit Paulus) quoſdam dedit paſtores et doctores ad conſummationem ſanctorum, hoc eſt, vt fideles ſpiritualiter perficiantur in charitate, donec occurramus omnes in vnitatem fidei. In præſenti enim vita ſemper charitas eſt perficienda, ſemper ex parte cognoſcimus, ideò prælatus continuè debet agere paſtorem & doctorem, vſque quo populus perueniat ad futuræ vitæ perfectionem, atque beatam immortalitatem conſequatur.

Populus continua paſtoris indiget reſidentia. Caput 8.

SEquitur in parabola: Qui non eſt paſtor ouium, videt lupum venientem & fugit. Non hîc propoſuit Chriſtus latronum incurſus, ſed luporum, quoniam latro inuadit homines eorumq́ bona: lupus autẽ tantummodò ouibus nocet. Vnde bonus Paſtor omnia damna propria ſuſtinet, vt ſeruet oues indemnes (eius enim perfectio, quatenus Paſtor eſt, debet eſſe in ordine ad oues) qui quidem ita perfectus exigitur, vt potens ſit cum Dei gratia, omnia tela inimici extinguere, & non timere eos qui occidunt corpus. Ezech. 4.
Et ſic prælatus erga ſubditos debet ſe gerere, teſte ſcriptura, vt medicus ad infirmos, & fortis ad debiles, vt doctor ad ignorantes, velut aſylum ad refugas, ſicut conſolator ad afflictos, & vt miniſter reconciliationis ad peccatores. Hæc omnia ſpiritualis paſtor tenetur

Fff

netur exercere, ad quæ exigitur residentia: nam oues Christi luporũ incursus cõtinuè patiuntur, quàm diu peregrinantur à Domino, vt inquit Petrus apostolus: Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Hic est lupus, qui varijs modis rapere nititur, atque dispergere oues Christi, aliquando persecutione corporali, aliquando hæreticorum fallacia, continuè verò per concupiscentiam carnis, & oculorum, & per superbiam vitæ. Non ergo solùm est necessaria præsentia Pastoris, tempore tyrannorum & hæreticorum & schismaticorum, sed etiam pacis tempore, quia multoties sub pacis velamento, magis grassantur vitia in Christi populo, quàm tẽpore persecutionis. Vnde nullus vnquam prælatus veraciter dicere potuit, aut poterit, suam ecclesiam residentia non indigere: semper enim ouibus necessaria est præsentia Pastoris: Aequum tamen est, ecclesiam aliquando absentiam tolerare Pastoris, vt quando Patres in concilio congregantur, vel etiam quando tyrannus persequitur Pastorem & non oues, & nõ desunt alij ministri, tunc prælato licet facere quod Christus præcepit, videlicet: Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite ad aliam. In hac enim fuga, non attenditur principaliter bonum Prælati, sed bonum ecclesiæ, cuius est Prælatus: nam vt prosit illi sedata persecutione fugit, & tunc non deserit oues, sed potiùs eas seruat, & magis consulit illis per suam fugam, quàm si tunc resideret. Causas quidem per quas episcopi à non residendi peccato excusantur

1. Petri 5.

cusantur, Tridentinum concilium, de Prælatorum residentia disserens, apertè satis exponit, dicens: Ne- *que abesse posse (scilicet episcopos) nisi ex causis, & modis infrà scriptis.* Nam cùm christiana cha- *ritas, vrgens necessitas, debita obedientia, ac euidens ecclesiæ vel Reipublicæ vtilitas, aliquos nonnunquam abesse postulent & exigant, decernit eadem sancta Synodus, has legitimæ absentiæ causas à beatissimo Romano pontifice, aut à Metropolitano, vel eo absente, suffraganeo episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit in scriptis esse approbandas, &c.* Aliquas nimirum esse legitimas causas, per quas Prælati aliquando residere non tenentur in confesso est, quandoquidem mandatum de residendo est affirmatiuum. Sed paucas euenire legitimas causas, per quas Prælati excusentur à non residendi peccato, & apostolica ordinatio, & nostræ tempestatis ecclesiæ inclinatio euidenter docet. Christus enim redemptor noster ordinauit apostolos, id est, vniuersales episcopos, qui crescente discipulorum numero, ad Christi oues pascendas speciales episcopos creauerunt. Apostolorum quidem munus fuit, vniuersali ecclesiæ præesse: Episcoporum verò speciales siue particulares ecclesias gubernare, illorum quidem munus fuit in vniuerso orbe prædicare euangelium, istorum verò, vt singuli euangelizarent in definita ciuitate. Et ne pauperum cura, ministerium euangelij impediret, apostoli elegerunt diaconos, vt Lucas exponit, dicens: *Conuocantes autem duodecim*

Trid. cōc. sessi. 23 de fre ca.1.

Actor.c.6. *cim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum, nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres, viros ex vobis, boni testimonij septem, plenos spiritusancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus. Nos verò orationi & ministerio verbi, instantes erimus.* De episcopatuum etiam partitione seu diuisione, & de specialium episcoporum constitutione Paulus ait: *Huius* Ad Titum cap. 1. *rei gratia, reliqui te creta, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi.* A Christi certè apostolis, diuino spiritu afflatis primò facta est diuisio ecclesiasticorum beneficiorum siue munerum, illi enim vt ecclesiæ consulerent, Petri saluo primatu, non modò inter se orbis prouincias, sed etiam cùm multis dignitates, prouentus & operas partiti sunt. Insuper ne temporalium 2.ad.Tim. cap 2. rerum solicitudo ecclesiastica ministeria impediret, Clero & præcipuè episcopis Paulus ait: *Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus: vt ei placeat cui se probauit.* Quare & apostolorum, & apostolicorum patrũ temporibus, clericorum singulis ad beneficium promotis, illisq́ personaliter satisfacientibus ecclesiastico officio, præcipuè episcopis euangelizantibus; atq; vniuerso clero expedito, & negocijs secularibus nõ impedito Dei ecclesia est propagata, & religio promota. At in præsenti infœlicissimo seculo beneficia; quæ olim fuêre constituta, aut connectuntur, aut plura dantur vni, vnde clericorũ bona pars est destituta beneficijs. Episcopatus etiam non in singulis ciuitatibus

bus est constitutus, sed vnus episcopus præest multis ciuitatibus. Quare clericorum quidem quibusdam beneficium non obtinentibus, quibusdam verò singulis plura beneficia occupantibus, & illorum paucis personaliter ecclesiastico officio satisfacientibus, cæteris officium deserentibus, paucis etiam episcopis euangelizantibus, cæteris autem, aut implicatis secularibus negocijs, aut otio vacantibus, Dei ecclesia indies magis inclinatur, atque hæreses & schismata promouentur. Hæc nimirum ecclesiæ inclinatio cleri non frequentiæ, sed negligentiæ imputanda est: quippe negligentibus episcopis inimicus homo in Dei ecclesia superseminauit zizania.

Prælatorum residentia, non tantùm humana, sed etiam diuina lege præcipitur. — Caput 9.

HAEreticorum mos est, affirmare ea quæ sunt legis diuinæ & traditionis apostolorum, si inter definitiones conciliorum, aut inter statuta reperiantur pontificum, esse de iure humano, & à pontifice Romano adinuenta, vt faciliùs ab omnibus illa contemnantur. Et hoc illis accidit, aut ex ignorantia diuinæ scripturæ, aut in plurimum ex malitia, qua volunt perturbare christianismum. Verbi gratia: affirmant hæretici, quod confessio sacramentalis, quæ fit in aurem sacerdotis, est de iure humano. Dicunt enim eam statutam à Pontifice Romano, in concilio Lateranensi, vt habetur de pœnitentijs, & remissionibus. C. omnis vtriusque sexus. Quos quidem

Matt. 28. Petro. Pasce oues meas, & alibi: Euntes docete om-
Marc. 16. nes gentes, baptizantes eos. Item: prædicate euange
Luc. 22. lium omni creaturæ. Et in alio loco Hoc facite in me
am commemorationem: & multa alia his similia, in quibus exprimitur ministerium personale debitumq; personale à Christo iniunctum apostolis, à quo liberari non poterant ministerio vicariorum. Christi enim apostoli ordinauerunt & elegerunt alios apostolos & episcopos, & presbyteros, vt haberent socios
Hieron. ad coadiutoresq; in ministerio. Hieronymus enim ait:
Gala. ca. 1. Paulatim verò tēpore procedente, & alij ab his, quos Dominus elegerat, ordinati sunt apostoli. Nam iuxta Christi verbum, messis quidem multa, operarij autem pauci erant, rogauerunt Deum qui est Dominus messis, & misit illis alios, qui simul cum illis facti sunt episcopi & operarij, &c. Non enim habuerunt apostoli potestatem, seu potiùs licentiam, quā in hoc seculo aliqui ecclesiæ prælati vsurpant, nullū ministerium exercentes per se ipsos, sed omnia per conductitios ministros. Aliud est enim assumere coadiutores, & consortes ad pascendas oues Christi, quando episcopus est idoneus, & personaliter docet, tamen indiget adiutorio, quia solus ad tantum opus non sufficit, hoc enim & apostoli Christi fecerunt. Aliud est sufficere vicarium, quando episcopus legem Dei ignorat, aut non vult etiamsi sit sufficiens, onera episcopatus subire, vel occupatus est curis alijs, quibus nemo militans Deo implicatur. Cùm ergo ex hoc abusu innumera mala sequantur, maximè omnium interest ecclesiæ, illum exterminare.

Etenim

Etenim qua fronte quis dixerit, Christum redemptorem nostrum, Dominos non ministros in ecclesia constituisse? Qui quidem, vt quorumcunque prælatorum futuros dolos retexeret, discipulos suos edocuit, dicens: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos, non ita erit inter vos, sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Neque enim hoc loco redemptor noster dominium politicum damnat, sed admonet & ostendit, ecclesiasticis magistratibus, ab ipsomet institutis ministerium personale inseparabiliter adhærere. Et hac de causa episcopus, hoc est speculator, minister etiã atq; seruus vocatur. Matt. 20.

Prælato ministranti, diuino iure debetur stipendium.

Caput 6.

Sicut apostolis, episcopis, discipulis, & presbyteris (quos sui euangelij Christus instituit ministros) potestatem fecit, vt ad vitam degendam acciperent necessaria, ita & populis præceptum iniunxit, vt spiritualia ministrantibus, ipsi tribuerent temporalia. De iure autem, quo populus christianus tenetur alere ministros ecclesiæ, nullus hactenus vertit in dubium, sed omnes diuino iure populum ad hoc teneri, sine controuersia fatentur. At ex eo quod ecclesiæ prælati, per se ipsos sacra ministrant, populus tenetur eis tribuere necessaria, & ipsi prælati licitè eadem possunt accipere (vtrunq; enim & debitum soluendi,

iuri, quo ab illis quibus euangelium annunciabat, poterat accipere temporalia; cesſit vt et merito de hoc ſit laudandus. sed proh dolor, quia nunc temporis multæ, ne dicam quàm plurimæ eccleſiæ, iuſtè de ſuis paſtoribus conqueri poſſunt, quæ cùm eis ſufficientiſsimè temporalia communicent, ipſi tamen aut non reſident, aut per ſe ipſos ſpiritualia non miniſtrant. Vnde non bene cohærent iſta duæ propoſitiones, ſcilicet: Prælatus diuino iure habet poteſtatem accipiendi bona eccleſiæ: &, prælatus iure humano & non diuino tenetur ad reſidentiam: Nec iſtæ benè conſentiunt: Prælatus non tenetur diuino iure, ſed humano perſonaliter miniſtrare: & populus diuino iure tenetur prælatum alere.

Ex Chriſti lege prælatorum reſidentia eſt.

Caput 7.

Sapientia enim diuina, per boni paſtoris parabolam explicat curam & ſolicitudinem, quam ouium Chriſti iure diuino prælati tenentur habere. Eſt autem notiſſimum, ſcripturam ſacram vti verbis tranſlatis, quæ magis explicant atque ſignificant rem intentam à ſpirituſancto. Quod iam iam patebit. Ego (inquit Chriſtus) ſum paſtor bonus, bonus paſtor animam ſuam, &c. Plus Chriſtus his verbis ſignificat, quàm ſi proprijs vſus fuiſſet, dicens videlicet, bonus prælatus aut bonus epiſcopus, &c. Paſtor enim tantam curam habet ouiũ, vt die noctéq; non deſerat oues, incolit loca deſerta, Ioan. 10. Ioan. 10.

quia

quia ibi sunt pascua, non conuersatur inter homines, vt præsens sit ouibus, non quærit delitias, sed ouium tantum vtilitatem. Talem quippe curam & solicitudinem Christus voluit in hac translatioue significare, qua nulla esset maior aut æqualis. Quod quidem ipsius Christi verba sequentia declarant. Qui autem (inquit) intrat per ostium, pastor est ouium, huic ostiarius aperit, & vocem eius oues audiunt, et proprias oues vocat nominatim, & educit eas; & cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit, et oues illum sequuntur. Quid significantiùs dici potuit ad explicandam residentiam, & curam personalem pa
Esaiæ 26. *storis: & quomodo oues audient vocem pastoris, si pastor est de illis speculatoribus, de quibus scriptum est: Speculatores eius cæci, omnes nescierunt, vniuersi canes muti, non valentes latrare? Qui enim non residet, quomodo vocabit nominatim oues quas non cognoscit? Quomodo educet eas? & quomodo eum oues sequentur? Quid aliud per parabolam pastoris Christus enucleare intendit, nisi supremam circa suum gregem curam prælatorum? Et quibus verbis expressiùs potuit residentia significari, quàm illis? Mercenarius autem videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit & dispergit oues. Si residentia non esset necessaria, aut non esset ex lege diuina, quomodo relinquens oues argueretur? pastoris quippe officium, ex natura rei residentiam includit. Non est enim pastor ouium qui ciuitates incolit, & viuit in delitijs: quia pastoris est minare gregem ad pascua, & seruare oues ab incursione*

ſione ferarum. Et ſicut hæc duo neceſſariò exigunt paſtoris præſentiam, ſic populus ſemper indiget doctrina & præſidio, contra diaboli incurſus. Ideo Chriſtus (vt inquit Paulus) quoſdam dedit paſtores et doctores ad conſummationem ſanctorum, hoc eſt, vt fideles ſpiritualiter perficiantur in charitate, donec oc curramus omnes in vnitatem fidei. In præſenti enim vita ſemper charitas eſt perficienda, ſemper ex parte cognoſcimus, ideò prælatus continuè debet agere paſtorem & doctorem, vſque quo populus perueniat ad futuræ vitæ perfectionem, atque beatam immortalitatem conſequatur.

Populus continua paſtoris indiget reſidentia.

Caput 8.

SEquitur in parabola: Qui non eſt paſtor ouium, videt lupum venientem & fugit. Non hîc propoſuit Chriſtus latronum incurſus, ſed luporum, quoniam latro inuadit homines eorumq́ bona: lupus autẽ tantummodò ouibus nocet. Vnde bonus Paſtor omnia damna propria ſuſtinet, vt ſeruet oues indemnes (eius enim perfectio, quatenus Paſtor eſt, debet eſſe in ordine ad oues) qui quidem ita perfectus exigitur, vt potens ſit cùm Dei gratia, omnia tela inimici extinguere, & non timere eos qui occidunt corpus. Ezech. 4. *Et ſic prælatus erga ſubditos debet ſe gerere, teſte ſcriptura, vt medicus ad infirmos, & fortis ad debiles, vt doctor ad ignorantes, velut aſylum ad refugas, ſicut conſolator ad afflictos, & vt miniſter reconciliationis ad peccatores. Hæc omnia ſpiritualis paſtor tenetur*

netur exercere, ad quæ exigitur residentia: nam oues Christi luporũ incursus cõtinuè patiuntur, quàm
1. Petri 5. *diu peregrinantur à Domino, vt inquit Petrus apostolus: Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Hic est lupus, qui varijs modis rapere nititur, atque dispergere oues Christi, aliquando persecutione corporali, aliquando hæreticorum fallacia, continuè verò per concupiscentiam carnis, & oculorum, & per superbiam vitæ. Non ergo solùm est necessaria præsentia Pastoris, tempore tyrannorum & hæreticorum & schismaticorum, sed etiam pacis tempore, quia multoties sub pacis velamento, magis grassantur vitia in Christi populo, quàm tẽpore persecutionis. Vnde nullus vnquam prælatus veraciter dicere potuit, aut poterit, suam ecclesiam residentia non indigere: semper enim ouibus necessaria est præsentia Pastoris: Aequum tamen est, ecclesiam aliquando absentiam tolerare Pastoris, vt quando Patres in concilio congregantur, vel etiam quando tyrannus persequitur Pastorem & non oues, & nõ desunt alij ministri, tunc prælato licet facere quod Christus præcepit, videlicet: Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite ad aliam. In hac enim fuga, non attenditur principaliter bonum Prælati, sed bonum ecclesiæ, cuius est Prælatus: nam vt prosit illi sedata persecutione fugit, & tunc non deserit oues, sed potiùs eas seruat, & magis consulit illis per suam fugam, quàm si tunc resideret. Causas quidem per quas episcopi à non residendi peccato excusantur*

cusantur, Tridentinum concilium, de Prælatorum residentia disserens, apertè satis exponit, dicens: Neque abesse posse (scilicet episcopos) nisi ex causis, & modis infrà scriptis. Nam cùm christiana charitas, vrgens necessitas, debita obedientia, ac euidens ecclesiæ vel Reipublicæ vtilitas, aliquos nonnunquam abesse postulent & exigant, decernit eadem sancta Synodus, has legitimæ absentiæ causas à beatissimo Romano pontifice, aut à Metropolitano, vel eo absente, suffraganeo episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit in scriptis esse approbandas, &c. Aliquas nimirum esse legitimas causas, per quas Prælati aliquando residere non tenentur in confesso est, quandoquidem mandatum de residendo est affirmatiuum. Sed paucas euenire legitimas causas, per quas Prælati excusentur à non residendi peccato, & apostolica ordinatio, & nostræ tempestatis ecclesiæ inclinatio euidenter docet. Christus enim redemptor noster ordinauit apostolos, id est, vniuersales episcopos, qui crescente discipulorum numero, ad Christi oues pascendas speciales episcopos creauerunt. Apostolorum quidem munus fuit, vniuersali ecclesiæ præesse: Episcoporum verò speciales siue particulares ecclesias gubernare, illorum quidem munus fuit in vniuerso orbe prædicare euangelium, istorum verò, vt singuli euangelizarent in definita ciuitate. Et ne pauperum cura, ministerium euangelij impediret, apostoli elegerunt diaconos, vt Lucas exponit, dicens: Conuocantes autem duodecim

Trid. cõc. sessi. 23 de fre ca. 1.

Actor.c.6. *cim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum, nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres, viros ex vobis, boni testimonij septem, plenos spiritusancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus. Nos verò orationi & ministerio verbi, instantes erimus.* De episcopatuum etiam partitione seu diuisione, & de specialium episcoporum constitutione Paulus ait: *Huius*

Ad Titum cap. 1. *rei gratia, reliqui te Creta, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi.* A Christi certè apostolis, diuino spiritu afflatis primò facta est diuisio ecclesiasticorum beneficiorum siue munerum, illi enim vt ecclesiæ consulerent, Petri saluo primatu, non modò inter se orbis

2.ad. Tim. cap 2. prouincias, sed etiam cùm multis dignitates, prouentus & operas partiti sunt. Insuper ne temporalium rerum solicitudo ecclesiastica ministeria impediret, Clero & præcipuè episcopis Paulus ait: *Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus: vt ei placeat cui se probauit.* Quare & apostolorum, & apostolicorum patrũ temporibus, clericorum singulis ad beneficium promotis, illisq́; personaliter satisfacientibus ecclesiastico officio, præcipuè episcopis euangelizantibus, atq; vniuerso clero expedito, & negocijs secularibus nõ impedito Dei ecclesia est propagata, & religio promota. At in præsenti infœlicissimo seculo beneficia; quæ olim fuêre constituta, aut connectuntur, aut plura dantur vni, vnde clericorũ bona pars est destituta beneficijs. Episcopatus etiam non in singulis ciuitatibus

bus est constitutus, sed vnus episcopus praeest multis ciuitatibus. Quare clericorum quidem quibusdam beneficium non obtinentibus, quibusdam verò singulis plura beneficia occupantibus, & illorum paucis personaliter ecclesiastico officio satisfacientibus, caeteris officium deserentibus, paucis etiam episcopis euangelizantibus, caeteris autem, aut implicatis secularibus negocijs, aut otio vacantibus, Dei ecclesia indies magis inclinatur, atque haereses & schismata promouentur. Haec nimirum ecclesiae inclinatio cleri non frequentiae, sed negligentiae imputanda est: quippe negligentibus episcopis inimicus homo in Dei ecclesia suu perseminauit zizania.

Prælatorum residentia, non tantùm humana, sed etiam diuina lege præcipitur.

Caput 9.

HAEreticorum mos est, affirmare ea quae sunt legis diuinae & traditionis apostolorum, si inter definitiones conciliorum, aut inter statuta reperiantur pontificum, esse de iure humano, & à pontifice Romano adinuenta, vt faciliùs ab omnibus illa contemnantur. Et hoc illis accidit, aut ex ignorantia diuinae scripturae, aut in plurimum ex malitia, qua volunt perturbare christianismum. Verbi gratia: affirmant haeretici, quod confessio sacramentalis, quae fit in aurem sacerdotis, est de iure humano. Dicunt enim eam statutam à Pontifice Romano, in concilio Lateranensi, vt habetur de poenitentijs, & remissionibus. C. omnis vtriusque sexus. Quos qui-

et, quòd licèt furtum & homicidium prohibeantur lege ciuili, eadem tamen & diuina lex prohibet, sicut & multa alia, quæ lege ciuili sunt interdicta. Sapienter quidem lex humana prohibet interdicta iam lege diuina, vt quæ ibi erant occulta, hîc prætèrire neminem poßint, & qui dei amore legem non implent, eam vel pœnæ formidine seruent. Quapropter expediret, vt quæ positiui duntaxat sunt iuris, vno códice secernerentur ab his, quæ omninò sunt iuris diuini. Ea verò quæ ius vtrùmq; concernunt, qualia sacramenta sunt atque beneficia, seorsum explicarentur, vt quid respiceret hoc aut illud ius, innotesceret. Piè autem credendum est, beneficia illa, quæ residentiam non exigunt, ob aliquam iustam causam, etsi non omnibus notam, fuiße sic constituta. Licèt nunc temporis, plurimùm ecclesiæ referat, illis adnectere residentiam. Quod enim beneficia omnia postulent residentiā, quodq; Prælati omnes in suis ecclesiis resideant, equitati (quam lex diuina cōmendat) magis est consonū. Habenti enim ecclesiasticos reditus, si & ipse ad residentiam cōpellatur, nequaquā fiet iniuria, imò potiùs si eidem vt non resideat, dum nō adest rationabilis causa, videlicet, quia meliùs vtiliusq; est ecclesiæ ipsum ad tēpus non residere, summus Pontifex copiam faciat, in perniciem est Christianismi.

Prælatorum residentia, in sacra scriptura traditur.

Caput 10.

QVamuis enim verbum hoc, residentia, expreßè non reperiatur, aut in sacra scriptura, aut apud antiquos doctores, non tamen viris catho-

licis hoc est argumentum sufficiens ad affirmandum prælatorum residentiam, non esse de iure diuino. Hoc quidem Arrianorum fuit olim machinamentum, qui propterea negabant diuinarum personarũ consubstantialem æqualitatem, quod verbum ὁμοούσιον non reperiebatur in scriptura. Huic etiam Arrianorum sententiæ, hæretici nostri temporis subscribere non verentur. Affirmant enim omninò nihil esse de fide, nisi quod expressè habetur in sacra scriptura. Doctores tamen catholici, iuxta fidei regulam, longè aliter interpretantur scripturam, intelligentes multa in ea euidentissimè contineri, quæ tamen reperiri verbis expressis non possunt. Quanquam ergo verbum hoc Residentia, in scriptura nõ habeatur expressè, ipsa tamen prælatorum residentia ibidem apertissimè contineri, vel lippis est notum. Nec enim
Ad Rom. 12. cap. *dùm de re constat immorandum est verbis. Ait enim Paulus: Qui præest in solicitudine. Et in alio loco:*
1. ad Tim. 3. *Oportet enim episcopum vsque ibi, sed suæ domui benè præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate: si quis aũt domui suæ bene præesse nescit, quomodo ecclesiæ Dei diligentiã habebit? Ecce in sacra scriptura iniungitur expressè prælatis, vt ecclesiæ*
Chrys. *præsint. Chrysostomus. Si enim, inquit, Patriarcha Iacob pecudibus præpositus, & oues irrationales pascens, & homini rationes redditurus, & noctes ducebat insomnes, & æstum & gelu, & omnem aeris intemperiem ferebat, vt nulla pecudum periret, multò*
Hom. 3. *magis nos non irrationabilibus, sed spiritualibus oui*
Tom. 5. *bus præpositos, & non homini, sed deo præsidentiæ hu*
ius

ius rationes reddituros, ad nihil torpere & tergiuersari oportet eorum, quæ gregem iuuare poßint. Quod enim Paulus dicit, præesse, quid aliud est quàm præsidentem esse? Esse autem præsidens, non potest nisi qui & residet, nam omnis qui præest residet, non tamen omnis qui residet præsidet: & sicut est impoßibile, quod sit homo, & non sit animal, ita non potest esse præsidentia sine residentia. Prælatis ergo diuina lege iniuncta est præsidentia, & per consequens residẽtia, cùm nihil aliud sit esse episcopũ, quàm esse Christi vicarium, ecclesiæq́ præsidem. Hieronymus certè hanc sententiam mirificè exponit, dicens: Porrò quod ait: apostolus autem Iesu Christi, tale mihi videtur, quale si dixisset: Præfectus prætorio Augusti Cæsaris, magister exercitus, &c. Hoc & Christus declarans ait: Sicut homo peregrè proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Quæ hic parabolicè & figuratè traduntur, alibi in sacra scriptura proprijs verbis explicantur, videlicet quando Christus dixit Petro: Pasce oues meas. quando & dixit apostolis: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos. Idem docet Paulus, dicens: Qui præest in solicitudine. Præsides enim sunt, qui maximum post principem habent in prouincia imperium, vt legati Papæ in concilio Tridentino fuerunt præsides, Papa verò non, etiam si sit episcopus ecclesiæ catholicæ: quia ibidem non fuit. Cùm ergo Christus corporaliter sit absens ab ecclesia, & episcopos tanquam præsides in sua ecclesia reliquerit, tunc episcopi verè dicentur præsidere, cum suam præsentiam subditis exhiben-

Hieron.
Ad Tit. 1 c.
Matth. 25.
Ioan. 21. c.
Matt. 28. c.
Marc. 16. c.
Ad Rom. 12. cap.

bibentes sunt in officio.

Episcopus diuino iure residere tenetur.

Caput II.

1. ad Tim. 3.

QVàm arcta residentia in lege euangelica praecipiatur episcopis, per domesticam residentiam spiritußanctus manifestat, dicens: Sed suae domui bene praepositum, filios habentem subditos, cũ omni castitate. Nunquid paterfamilias, qui per multos annos peregrinatur à familia praeest domui suae? non quidem: sed vxor aut famulus praeest. Hic verò qui non praeest, quomodo habet filios in subiectione, qui etiam si obuient ei, suos esse filios ignorat? Quomodo in omni castitate habet filios, qui nullam habuit curam eorum? Pulchrè Paulus residentiam, curamq; Praelatorum continuam per domus praesidentiam intendit ostendere. vt namq; Paterfamilias vxorem, filios, & seruos, supellectilem, iumenta, pecudes & agros, sua praesentia moderatur, & eo absente haec omnia quodammodo confunduntur, & periclitari incipiunt: sic & ad oues episcopus: eo enim praesente spirituali cibo pascuntur, absente verò, periclitantur. Insuper cùm terreni principes paci Reipublicae consulentes, à suis praesidibus exigant vt & resideant, & prouinciam non exeant, neque Praesides alios sine eorum licentia sufficiant, cur non magis hoc idem ab episcopis Christus expostulabit, quos non temporalium Praesides, sed spiritualium in sua ecclesia constituit? Numquid prudentiores sunt principes terreni, qui Praesidibus suarum prouinciarum, &

belli pacisq; ministris, præsidentiam cum residentia præcipiunt, quam Christus, qui (secundum sententiam eorum, qui magis quæ sua sunt quærunt, quàm quæ Iesu Christi) talem residentiam episcopis non iniunxit? Numquid homo est Deo sapientior? Numquid humana & ciuilis Respublica est meliùs instituta ab hominibus, quàm sit religio Christiana ab ipsa sapientia diuina? Planè sicut administratio vniuersi præsentiã naturalium causarũ requirit, ita ecclesiastica administratio, residentiam prælatorum exposcit. Cùm ergo Paulus dicat. Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus. Sicut enim ad illuminandum necessaria est Solis præsentia, ita subditis (ne cùm sint in tãtis periculis constituti, aliqua tentatione succumbant) maximè necessaria est prælatorum residentia & doctrina. Ad Ephe. 6

Reipublicæ ecclesiasticæ constitutio, prælatorum requirit residentiam. Caput 12.

QVanquã ciuilis institutio Reipublicæ non sit de iure naturali aut diuino, nullus tamen inficiatur eã non esse contrariã sed consonam vtriq; iuri. vnde non quæcunq; hominum collectio Rempublicã aut ciuitatem constituit, sed illa quæ est ordinata, & instituta ad conseruandum bonum commune. Cùm autem ad hoc requirantur multa, necesse est Rempublicam ex pluribus, velut ex membris cõstitui, quorum quilibet suo fungatur munere, vt ipsa sit sibi sufficiens. De his autem Reipublicæ membris,

Aristo. 4. *ait Aristoteles: Siquidem ergo animam quis ponat a-*
pol. ca. 4. *nimalis esse partem, magis quàm corpus, & ciuitatum magis talia ponendum est esse partes, quàm ea quæ pertinẽt ad necessarium vsum, propulsatores belli videlicet, ac iustitiæ iudiciariæ exhibitores, quod est ciuilis prudentiæ opus.* Hucusque Aristoteles. *Ii sunt qui in Republica præsident, sine quibus tamen Respublica esset, vt corpus sine anima. Quemadmodum enim naturali lege, hoc est, ex natura totius membra corporis inuicem cohærent, & sunt præsentia corpori cuius sunt partes, tam diuq; viuificantur ab anima, quàm diu anima ipsa præsens gubernat corpus, ita reipublicæ præsides, quatenus institutione sunt tales, præsentes reipublicæ corpus regũt. Si enim Respublica præsidem non haberet, statim dissolueretur, desineretq; esse Respublica. At fortiori ergo, cùm in ecclesiæ corpore, clerus vicem animæ gerat, subditi autem membra sint corporis, eadem legem diuina qua prælati sunt instituti, eadem inquam residere tenentur. Sine clero enim nequaquam esset ecclesia: & episcopis non residentibus, aut acephalos esset, aut exanime corpus. Nulla verò circa prælatorũ residentiam lex est inquirenda præter Christi institutionem, quia ita prælatos voluit ecclesiæ esse iniunctos, vt mortem potiùs sui corporis sustinerent, quàm*
Ioan. 10. *ecclesiam sua præsentia relinquerent destitutam.* Hoc
Ioan. 12. *insinuauit Christus dicens: Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Et iterum: Petre (inquit)*
Aug. de pa *amas me, Pasce oues meas. Augustinus enim ait: Nã*
stor. ca. 13. *& ipsum Petrum, cui commendauit oues suas, quasi*

alter alteri vnum secum facere volebat, vt sic ei oues commendaret, vt esset ille caput: ille, figuram corporis portaret, id est, ecclesiæ, & tanquam sponsus & sponsa essent duo in carne vna. Proinde vt oues commendaret, quid illi priùs dicit, ne illi tanquam alteri commendaret? Petre amas me: & respondit: amo. Et iterum: amas me, & respondit, amo. Et tertiò, amas me, & respondit: amo. Confirmat trinitatem, vt consolidet vnitatem. Hæc Augustinus. Hæc ergo omnia residentiam non interruptam, atque solicitam præsidentiam requirunt, & hoc à legislatore Christo, qui caput est ecclesiæ, institutum est.

Ecclesia sine prælatorum residentia esse non potest.

Caput 13.

SI prælatorum residentia esset de iure tantùm humano, posset quidem ecclesia esse sine prælatis, sine Pontifice summo, sine episcopo, sine clero. Vbi enim quis non adest, perinde est ac si non esset, quatenus ibidem non præsidet. Si ergo ad residentiam iure diuino non astringuntur prælati, & licitè possunt abesse, eadem ratione ecclesia semper sine illis poterit esse, quod & hæreticum esse, & rationi naturali contrarium, ambigit nemo. Deinde cùm vnaquæque ecclesia habeat determinatum pastorem, qui in ea gradum supremum obtineat, quis poterit inficias ire, quin idem ipse eiusdem ecclesiæ sit præses determinatus, idemque ipse & nullus alius, ad residentiam teneatur? Quod si ipsi prælati non tenentur iure diuino, multò

multò minùs astringuntur mercenarij vel vicarij, eorũ vices gerentes. Maiori enim vinculo obligantur prælati, quàm eorum vicarij, cùm prælati ex diuina institutione sint præsides à Deo instituti, & ex eadem institutione ad residentiam iure diuino teneãtur. Vicarij verò nullo modo ad residentiam iure diuino teneantur, si prælati solo humano iure astringuntur. Ad hæc quæ sunt de iure duntaxat humano, possunt tolli, possuntq; variari, & illis sublatis, manet nihilominùs ius diuinum: sublata ergo omni prælatorum residentia, si non est de iure diuino, nihil obstabit quo minùs sit ecclesia: quo nihil absurdiùs, cùm ecclesia non possit esse sine clero, vt suprà iam constitit. Residentia ergo prælatorum, vt apertißimè hæc ostendit collectio, omninò est de iure diuino. Quis enim hominum poterit de Christo dei sapientia dicere, quod de quoquam prudenti homine indecens est cogitare? Quis est ita incuriosus, vt domum relinquens, sufficiat illi præsidem, neque eidem residentiam iniungat? Nonnè eo ipso quo quis constituitur præses, & ad residentiam astringitur? Vtinam ecclesiæ prælati, super ecclesiam Christi præsides constituti, quibus & hac ratione iniuncta est residentia, æquo libramine, domui propriæ, & ecclesiæ Christi consulerent, cùm tamen satis iam constet, ecclesiæ administrationem, eiusq; solicitam præsidentiam, & vitæ esse præferendam, nedum domus regimini. Theophilact. enim super illud Pauli: Si quis domui suæ bene praeesse nescit, quomodò ecclesiæ dei diligentiam habebit? ait. Est enim ecclesia veluti

quadam domus, est autem longè faciliùs domum, quàm ecclesiam regere. Latiùs hoc idem Chrysostomus. Constat ergo magis opus esse continua residentia ad ecclesiam Christi regendam, quàm ad domum propriam.

Episcoporum munus, ex iure diuino, est docere.

Caput 14.

E Numerans diuus Paulus ministros quos christus ecclesiæ dedit, duo hæc tanquã rem vnam coniungit, dicens: Alios aũt pastores et doctores. Augustinus super hæc verba inquit: Quoniã aũt pastores et doctores, quos maximè vt discernerem voluisti, eosdem puto esse, sicut et tibi visum est, vt non alios pastores alios doctores intelligamus. Sed ideo cùm prædixisset pastores subiũxisse doctores, vt intelligerẽt pastores ad officiũ suũ pertinere doctrinã, ideo enim non ait: quosdam pastores, quosdã aũt doctores, et infrà: Hoc tanquam vnũ aliquid duobus nominibus amplexus est, quosdã pastores et doctores. Chrysost. etiã ait: Pastores ac doctores, quibus videlicet vniuersus populus cõcreditus erat. Et infrà: Qui habitando quieti circa vnum duntaxat locum occupabantur, vt Timotheus & Titus. Et infrà: Sermonis doctrina nobis commendata est, non principatus, neque potestatis auctoritas. Hactenus Chrysostomus. Pastores quidem consensu omnium sunt episcopi, qui residentes populũ docent: nam pastus est ipsa doctrina. Pascere ergo gregẽ Christi, nihil aliud est quàm docere. Ideo spiritussanctus cùm dixisset pastores, per verbi transla-

Ad Eph. 4.

Aug. epist. 59.

Chrys. Homi. 11. ad Eph. 4.

translationem, prælatos significauit. Qui vt quid intendebat ostenderet, non iam parabolicè, sed propria locutione commonstrans officium munusq́; prælatorum, ex Dei ordinatione esse docere, adiunxit et doctores.

1.ad Tim. ca.3. *Paulus, oportet enim inquit, episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem. Chrysostomus cum Theophylacto ait. Præmemorata sanè à subditis etiam exiguntur, hoc verò maximè*

Ad Tim.1. cap. *omnium adesse episcopo conuenit, videlicet esse doctorem. Et in alio loco Paulus ait: Oportet episcopum sine crimine esse. Et infrà: Amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem. Quem locum in hunc modum exponit Chrysostomus & Thephylactus: Nam qui neque cum hostibus dimicare, neque captiuum ducere omnem intellectum ad obedientiam Christi, neque suos consolari, & adhortari & confirmare potest, pseudoepiscopus est. Et infrà: Alias enim virtutes in alijs sub episcopo cōstitutis inueniat aliquis, nimirum hospitalem esse, & sobrium, idq́; genus alia. Quod maximè verò episcopum veluti characteribus quibusdam & signis exprimat, do*

Hieron. *cendi munus est & facultas. Et Hieronymus ad Paulinum inquit: Paulus Tito præcipit, vt inter cæteras virtutes episcopi, quem breui sermone depingit, scien*

Ezech.44. *tiam quoque in eo eligat scripturarum. Idem sacerdotis officium est docere populum. Cùm ergo ecclesiæ catholicæ communis sit sensus, docere populum esse prælatorum officium, & id quoque sacra scriptura (vt visum est) sæpiùs inculcet, docere aūt non possit,*

qui

qui non personaliter residet (cùm docere munus sit personale) consequitur inde, Episcopos quibus diuino iure docere populum est iniunctum, ad residentiam personalem, eodem iure teneri. Præterea cùm Paulus dicat: Amplectentem eum qui secundũ doctrinam est, fidelem sermonẽ: & Hieronymus inter cæteras virtutes episcopi, scientiam quoq; in eo eligat scripturarũ: Nunquid dicetur Episcopus doctor, quia eius vicarius est doctor? aut dicetur castus & sobrius, quia is quem substituit, his virtutibus est insignis? equidem nullo modo. Ipsemet ergò oportet, sit & doctor & studiosus. Sicut enim Episcopus non est sutor per hoc, quòd pro sua familia sutorem conducit: neq; principes seculares gymnasia constituentes, in quibus per conducticios doctores populi docetur, docent, aut sunt doctores: sic Episcopi quantùmuis per vicarios doceant, non implent Christi præceptum, cùm ipsi per se ipsos populum teneantur docere. Aliàs enim si docere populum tantùm esset de iure humano, cùm tale ius possit variari & auferri: posset quidẽ ecclesia esse sine doctore, et omninò sine lege euangelica, cùm nullus alius præter ipsos prælatos, iure diuino teneatur docere.

Prælatis diuino iure cõtinuè docere conuenit. Caput 15.

EPiscopatus (vt ex parabola superiùs adducta, & ex diuo Paulo colligitur, dùm ait: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat) administratio quædam est ministeriorum Dei, quæ in opere personali consistit. Inter alia autem, quæ hæc administratio concernit, præcipuum maximeq; obseruandum est ipsa doctrina, quæ pastus est ouiũ Christi. Hac enim translatione, doctrinam euangelicam spiritussanctus 1. ad Tim. cap. 3.

 voluit

Mercenarius enim, vt inquit Christus, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit. Chrysostomus inquit, Pastoris ergo exemplo, deceptores duos meminit, furem mactantem, & rapientem oues, & mercenarium permittentem, neq; defendentẽ commissas. &c. Non ergò abs re erit, considerare pastoris virtutem & officium, medium tenere inter extrema vitia, vt cæteræ virtutes tenent, quæ circa medium consistunt. Mercenarius siquidem deficit à pastoris virtute, non in subeundo labore, nam ipse laborat, etiã si precio locet operas suas, deficit tamen, quia magis quæ sua sunt, quàm quæ Iesu Christi sunt, quærit. Vnde Augustinus ait: Quis est ergò iste mercenauius, & culpabilis necessarius? Sunt quidam ecclesiæ prælati, de quibus Paulus ad Philippenses 2. cap sua quærentes, non quæ Iesu Christi. Quid est sua quærentes? Non gratis Christum diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes. Hæc quando amantur à prælatis, & propter hæc seruitur Deo, quisquis est talis, mercenarius est, inter filios non se computet. Qui autem sint mercenarij, Deus nouit, tamen ex operibus, vt de falsis prophetis dicit Christus, possumus eos cognoscere. Audite autem, quia & mercenarij necessarij sunt: multi quippè in Ecclesia cõmoda terrena sectãtes, Christũ tamẽ prædicãt, & per eos vox Christi auditur, et sequuntur oues, non mercenarium, sed pastoris vocẽ per mercenarium. Audite mercenarios ab ipso domino demonstratos. Scribæ (inquit) & Pharisæi super Cathedram Moysi sedent, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt,

Caput 16.
Ioan. 10.
Chrys. hom. 49. super Ioan.
Aug. tract. 46. sup. Ioan. cap. 10.

ciunt, facere nolite. Hucusque Augustinus. Hîc obseruandum est, propriè mercenarium dici, qui pascit oues Christi, vt seipsum pascat, vndè manifestè colligitur, talem mercenarium ad residentiam personalem teneri: aliàs mercenarius non esset, qui per seipsum non laboraret, et contra diuinam legem, omnemq́; iustitiam, mercenarius non laborans, mercedem laboris reciperet. Quicunque ergò mercenarius, siue conductitius sit, siue ita dictus, quia solùm ob temporale lucrum ministrat, quem & meritò improperat Augustinus, docere atque residere tenetur. Videant iam Episcopi, vtrùm eis de euangelio liceat viuere, cùm non annuncient euãgelium? Videant si mercenarij maiori, quàm ipsi vinculo teneantur? Hoc quidem maximè perturbat Ecclesiam, quòd prælati ignorant se esse, non dominos, sed ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Nunquid vt operariòs ad laborandum conducant, ipsi verò ocio vacent, prælati sunt constituti? quid intolerabilius hac incuria? quid animaduersione dignius? In hoc enim pastor bonus differt à mercenario, quòd ille amore virtutis, hîc verò alicuius cõmodi, aut tẽporalis honoris gratia, oues pascit, siue ministrat. Cùm igitur constet, eum qui per seipsum non pascit, neque pastorem euangelicum, neq; mercenarium agere, ipse viderit, si ecclesiasticum beneficium iniquè retinet.

(∴)

ANNOTA-

TYPOGRAPHVS CANDIdo Lectori.

Annotationẽ erratorũ relegendo deprehensorum, quæ partim ex amanuensis negligentia manuscripti exemplaris culpa, partim etiam Correctoris & operarum incuria obrepserê, hîc adijcere, officij, cãdorisq́ nostri esse, iudicaui.

In Articulo de fide.

Pag.	Lin.	Lege.	Pag.	Lin.	Lege.
10	21	illectus.	75	13	aût iuuide-
14.	4	apostolus			ant.
24	14	arce.	77	9	imperitorũ
31	7	ad.	78	15	stylum.
31	22	humilitatẽ	84	12	iam.
31	27	incessu.	86	17	pluries.
35	17	quietum.	87	7	& alterum
40	7	verba.			dissentiri.
42	20	fidei.	87	30	euangeliũ.
48	29	Quia.	89	3	quales qua
52	6	illas.			les.
57	22	explicâdâ.	92	26	veritate.
64	20	hęresis.	95	4	perfecto.
65	14	naturis est.	97	12	color.
65	22	faciliûs fal	98	28	refertur.
		sum.	100	28	hoc.
67	3	ostensio.	101	4	fides.
67	29	etiam.	101	10	calefacere.
71	9	in, super-			re.
		fluit.	101	12	calefacit.

Pa.	Lin.	Lege.
102	29	proptereà, pro aſſerendis.
109	5	definitè.
110	8	enim eſt.
110	8	quia.
116	20	nullo.
116	23	inquam.
127	18	ſpecialem.
127	27	dę illo.
137	22	prȩterito.
144	27	perficiatur
147	9	ac apud.
152	11	tantum.
152	22	deeſt, quis demens diceret, nihil eſt prophetia.
155	13	Diuina.
160	1	humanæ.
167	10	hunc.
173	13	in aliquo.
176	16	poſſeſsio.
177	17	ſpeciem.
179	25	quieſcunt.
184	12	fidei.
191	27	illo.
192	13	patrem.
193	10	tamen.
193	22	Pauli.
194	4	propoſiti.
195	3	vero vt.
195	21	de affectibus.
198	13	non aſſequuntur.
199	20	dictatum.
200	6	indefinitè.
208	17	audacem.

Errata.

ERRATA NI ARTIculo de Eccesia.

Pag.	Lin.	Lege.
210.	11	de indubitata.
211	29	euidens.
223	6	ecclesia.
223	28	pſerueatiã.
224	5	perſtaret.
224	7	perſtandũ.
226	20	mitente.
228	27	pretorij.
230	16	iſtum.
232	1	iuſtum.
232	8	tantum.
241	15	ijs.
242	6	Non.
243	9	nouerant.
250	16	et in.
252	17	nobis.
252	22	opponit.
257	17	animorũ.
257	27	affectus.
261	17	mitti.
265	17	Deo.
268	6	amittere.
268	17	ſanctificat.
269	3	in Chriſto.
273	23	varios.
278	20	ſymbola.
280	4	eccleſiam appellat.
281	4	in zizaniorum.
282	6	de vera.
283	8	abũdat ab.
286	16	ſanctam eccleſiam.
288	18	et.
295	29	reperitur.
300	17	experiretur
301	24	non videt, abundat.
302	11	apoſtolica eccleſia.
303	penul.	ita ſchiſma vel potius.
304	23	ſchiſmaticis
306	15	ſcinderit.
306	29	nõ ſeruãtes
310	30	fuit.
311	19	ſunt.
314	18	de, abundat
316	17	condẽnat.
318	20	aduerſus.
319	15	parati.
322	23	ſchiſmatũ.
322	26	

322

Pa.	Lin.	Lege.
322	27	illud.
324	9	deeſt,
Quare apoſtolorũ.		
328	15	iniquas.
329	16	abolerent.
330	12	eccleſia.
336	1	et illis.
338	20	deligamus
343	27	prœſentem diem:
343	28	fidem.
345	27	& in nomen lib.
386	29	habituri ſint.
391	7	papatui.
394	16	autoritati.
420	29	reliquis.
421	20	iuſtior.
448	4	animaduertens.

Pa.	Lin.	Lege.
466	27	Paulus.
556	27	iniungunt
560	17	eccleſiæ.
569	7	quia.
586	8	paſtorum.
599	6	Canonicæ.
Ibidẽ	28	quod
600	5	collegis.
618	6	negant, ignorãtes.
622	19	cõtrouerſia
633	1	principum.
644	3	dixerim.
666	27	extendere.
698	penul.	auertat) mutauerit.
786	24	inficiabitur.
801	25	ſtatuiſſe vt bona.

FINIS.

